


LONDON · SCHOOL · OF · HYGIENE · AND · TROPICAL · MEDICINE ·

Balcin

GER. L. B. VAN SWIETEN
ARCHIATRORVM CAESAREORVM QVONDAM
COMITIS ETC. ETC

# CONSTITVTIONES EPIDEMICAE

ET

# MORBI POTISSIMVM

LVGDVNI-BATAVORVM

OBSERVATI

EX EIVSDEM ADVERSARIIS

EDIDIT

MAXIMILIANVS STOLL
S. C. R. A. MAI. CONS. ET PROF. MED. PRACT.
IN VNIVERSIT. VINDOBONENSI P. O.

TOMVS PRIMVS

*VINDOBONAE* ET *LIPSIAE*
APVD RVDOLPHVM GRAEFFERVM
MDCCLXXXII.





## *Lectori.*

Diu multumque anceps haesitabam, an hasce Swietenianas reliquias in publicam lucem producere expediat, cum probe nouerim, et quae hodiernae medicinae conditio sit, et quibus potior legentium numerus delectetur.

Qui enim Hippocraticam artis simplicitatem hodiedum vbique crepant, hos ab eadem longissime non raro abesse video, dum aut remediis variis materiam medicam, quae mole sua iam dudum laborat, onerant potius, quam

 augent,

augent, aut methodos tortuoſas, anne ludicras dicam? et vaniſſimo profundioris ſcientiae fuco illitas, ſtupenti plebeculae vendunt, aut obſeruationum miracula venantur, contemptis iis, quae ante pedes ſunt ſita, quaeue nemo non dudum cognouiſſe idcirco falſo arbitratur, quod, quae frequentiſſime viderit, ea etiam peruidiſſe exiſtimet.

Nihilominus ſunt fortaſſe; aut erunt aliquando, quibus non inutilem operam videbor locaſſe.

Has enim Swietenii reliquias aeque magnas habendas eſſe, ac famoſiſſimas illas Hippocraticorum aegrorum hiſtorias, in libris epidemicorum deſcriptas, aeque notabiles, aeque fideliter connotatas, aeque idoneas eſſe ad morborum variorum indolem, exitus varios, criſes, et dierum criticorum rationem determinandam, fidenter aſſero, atque contendo.

Aut

Aut quid, nonne haec Swieteniana vel ipſis hiſce Hippocraticis praeſtabunt, quod, aequa vtriuſque fide, illa ſint his multo plura, et plenius deſcripta, atque idcirco ad haſce quaeſtiones determinandas aptiora?

En iam, quae Diarii conditio fuerit, quod ab Anno 1727. conſcribi coeptum ad Annum 1750. et vltra producebatur, ita tamen, vt poſterioribus annis praeter prolium propriarum et vxoris valetudinem perpauca adnotarit, aliis negotiis quam plurimis diſtentus.

Solebat Swietenius aegrotantis nomen ignoto charactere praemittere hiſtoriae morbi, Cryptographia et Tacheographia Ramſayana vſus: adpoſuit et nomen morbi, ſi de eo conſliterat, aut ſi de eodem addubitaret, id ſigno adiecto notauit. Diem tunc et menſis et morbi ad marginem reſcripſit. In duas columnas diuiſa plagula fuit, quarum altera hiſtoriam exhibe-

 ba,

bat, altera vero intacta manserat, vt scilicet esset, quorsum aut omissa quaedam et serius intellecta possent interseri, aut quaedam sua cogitata adponi.

Quos in vsus hoc diarium esse nobis possit, et antea ostendere iam coepi, et nunc pergam.

Praeter dierum criticorum, crisiumque rationes varias docebimur *methodum Boerhaauianam* ex genuino discipulo per annos plus quam viginti. Ex intellecta hac methodo id quoque edocebimur, quam sibi imaginem et ideam formarint vterque de *methodo naturae* seu *Hippocratica.*

Mirabimur, et forte etiam imitabimur hanc Swietenii industriam, quotidie cuncta in libellos pugillares conferentis, quiue seipsum tam sollicite excussit, et veluti in iudicium vocauit, si quid forte sinistri aegroto euenerat.

Quan-

Quantum, quaeſo, boni redundaret in artem medicam, ſi medentium quiuis ea ſibi diaria, ſed fide et induſtria *Swietenia*, conficeret, ſi vel vnicum quiuis ſibi morbum ſeligeret, curatius atque prae ceteris obſeruandum?

Vulgatiſſimorum morborum deſcriptionem perſaepe adpoſui, vt, ſi nihil aliud, ſcribendi modum ſaltem, et laconicam breuitatem Swietenii diſcamus, atque aſſequi quoque ipſimet conemur.

Quaſdam hiſtorias excerpſi ob morbi nomen, vt ſcillicet conſtet, quales morbos, et quo nomine inſigniuerit.

Iudicia nulla, nullas notulas adſperſi, quod *Swieteniana* depromere propoſueram, non *mea*. Sequentia tamen, cum haec diaria excerperem, praeprimis notabam.

 Morbi,

*tiſeptica ſtimulantia*, vti vinum Rhenanum, ſerpentariam virginianam, etc.

Dyſenteriam *grauem* nullam reperi, nec paulo maiorem huius morbi epidemiam.

Pleuritides ipſius non valde *inflammatoriae* fuerunt.

Neque in hoc lateris morbo veſicante vſus eſt, ad locum dolentem ponendo, ſed fotu lactis cum ſapone.

Raro aluinae libertati proſpectum fuit.

Bilis et *colluuiei bilioſae* in primis viis mentio frequens, frequens quoque *bilioſae* febris, quam acidis, tamarindinatis, aliiſque *minoratiuis* dictis, raro vero vomitorio aggreſſus eſt.

Rara *guſtus deprauati* mentio, at crebra *exanthematum*, ſed nullo alio nomine, e. g. petechia-

techiarum, ſcarlatinae, miliarium adhibito, et vaga tantum deſcriptio.

Epiſpaſticorum in omni fere febre continua vſus frequens, vix vllus, aut nullus veſicantium, niſi in arthriticis ſubinde. Amabat in articulorum doloribus apyretis ſaponem venetum cum infuſo ſaſſafras.

Notari meretur rariſſimus vſus corticis Peruuiani contra febres intermittentes, etiam autumnales. Soluentibus, ſalinis, tamarindis, pilulis Ruffi et cochiae, tandem amaris, curam abſoluit.

In tertianis dederat purgans frequenter 6. horis ante paroxyſmum.

Poſt puerperium amabat primis horis, vel etiam diebus opium dare. Die vero decimo mannam cum ſale polychreſto et ſucco citri exhibuit.

In

In primo ſtadio variolarum fere ſemper *modicam* venaeſectionem inſtituere ſolebat. Lacte ebutyrato, ſpiritu ſulphuris per campanam et potu multo vſus, cinnabari quoque et ſtibio.

Plura Lector notabit, quae ſi videro placuiſſe, praeſentem tomulum intra breue tempus alter iſque vltimus ſequetur.

---

# 1727.

## *Huius anni autumnalis morbus.*



enſe Auguſto adulto, et Septembri ineunte poſt aeſtus ſummos inceperunt oriri febres anomalae non penitus continuae, ſed remittentes, vix intermittentes: calor in multis non magnus, nec multa febris etiam indicia, vti in me ipſo percepi: magna erat anxietas circa praecordia, ſic vt torculari quaſi comprimerentur: in multis ſitis, nauſea, vomitus, aliquando diarrhoea, appetitus omnino deletus, in quibuſdam dolor capitis ingens, qui mihi non adfuerat laboranti: lingua ſordida, flaua, vel albicans, febris nullo certo typo ſe adſtringebat in initio, tandem in tertianam vel quartanam deſinebat.

Videbatur poſt ſummos aeſtus exaſſata quaſi et corrupta bilis haerere circa hypochondria; ſimilis enim epidemicus regnauerat anno 1718 et 1719. haec peior facta poſt tantos calores videbatur fomitem morbi facere: docuerunt et hoc cadauera inciſa, nam veſiculam fellis incredibili bilis copia diſtentam exhibuerunt; hinc imprimis indicatio videbatur iubere, vt per vomitum vel per ſeceſſum deturbaretur bilioſus ille et corruptus humor, praemiſſa prius V. S. ſi aliquid plethorici vel inflammatorii appareret.

Cum nauſea et vomitus ſpontanei adeſſent, vomitorium videbatur omnium commodiſſimum, dedi ipecacuannham plerisque ad dr. j. infuſam in vino, ſic et ipſe ſumſi ſuperbibendo mulſam; fortioribus et minus mobilibus vinum emeticum propinaui ex antimonio, in quibuſdam debebat repeti hoc vomitorium, dum totus bilioſus fomes non poterat ſic excuti vna vice.

Poſt vomitorium ſedato impetu per laudanum dabatur ſubauſterum acidum medicamentum ex rob diamor: myua cydon: ſp. ſalis vel nitri forti vel dulci.

Poſtea ſi ſigna docebant etiam in inteſtina delatam fuiſſe ſimilem materiam, purgante ex rhabarb. etc. excutiebatur, docebat hoc leuis anxietas, murmura etc.

Quibus putrida haec bilis attenuata in ſanguinem reſorpta fuerat, illis febres longe magis validae accendebantur cum dolore capitis ſummo.

Hac methodo tentaui morbum, et rari ſunt, qui moriebantur, immo ex ingenti numero illorum, quos tractaui, vix vnus aut alter, et illi ſenes, in quibus euacuatione facta vires ſuſtinere non potui.

Multis tamen poſtea facies in colore mutata videbatur ad flauedinem, et oculi ſubflaueſcebant, quod et mihi contigit; hinc ſumſi quotidie rhabarbarum tam parua doſi (ad gr. X.) vt notabiles purgationes non faceret.

## *Oculus elephantinus.*

Juueni 12. annorum caſu piſum ſufflando proiicitur in oculum ſiniſtrum: neglecto hoc caſu procul dubio inflammatio acceſſit: poſt aliquot menſes ego accerſitus inueni

inueni illum locum corneae, cui inflictum erat illud vulnusculum, protuberare in expansum orbem, occupantem totam fere corneam, albicantem, et vti videbatur, humore quodam plenam: visus perierat fere integre. Accedens Cl. Boerhaaue cum illo, id consilii accepi, lenem hic excitare suppurationem; hinc mollia cataplasmata apponenda esse ex farina auenae, lacte dulci, butyro insulso etc. hoc facto per aliquot tempus nulla successit suppuratio: audebam hoc tentare, quia nulla apparebat degeneratio vasorum vel fungositas hic metuenda.

Cum vero ille tumor scaber, eminens, palpebrarum sensilem neruosam superficiem irritaret, et sic produceret inflammationem; ille vero tumor videbatur inde ortum duxisse, quia vasa, resorbentia illum humorem aqueum, fuerant mutata, et quia ille locus corneae debilior vltra aequabilitatem expandebatur; hinc consilium fuit primo locum illum eminentem grano vitrioli in aquae vncia soluto tangere, et si succederet, sensim prudenter vitrioli quantitatem augere: sed non successit res, hinc consultum fuit lanceola aperire, et egressum conciliare humori contento distendenti, quod bis factum est; sed sine successu. Tota spes tunc erat, vt tandem pellicula illa callosa fieret, et sic callosa facta collaberetur, nec amplius vi inflati liquidi distenderetur, dum interim purgatione mercuriali prudenter repetita humores attenuarentur, et impetus a loco affecto, aluo lubricata, deriuaretur: sic lenissima repercutientia simul cum roborantibus mista applicita fuerunt, vt sp. matricalis aqua rosarum dilutus, cum aceto lithargyrii etc. postea cum suc-

ceſſus videretur adſpirare, ſimilia adhibita fuerunt, vna cum grano vitrioli ſenſim augendo: aliquando collabebatur, aliquando iterum aſſurgebat tumor, tamen ſpes videbatur melior quotidie affulgere, donec tandem ex improuiſo Maio menſe anni 1727. dolore capitis oborto cum febricula inceperit tota adnata rubere, tumor ille protuberans augeri immanem in molem, caruncula in oculi angulo poſita miro modo eminere, et tanta erat infarctio vaſorum et fungoſitas, vt innumera viderentur inde timenda eſſe, vt ſuffocatio et gangraena: tunc purgante antiphlogiſtico ſaepe repetito, dum interim clysmate acriori purgantis virtus aluum verſus determinabatur, vſus ſum. Saepe repetitis his remediis ſimul balnea pedum, epiſpaſtica, et cucurbitas ſine ſcarificatione nuchae applicui.

Omnibus his valide et animoſe applicitis, dum ſimul externe infuſum roſarum rubrarum, balauſtiorum cum ſaccharo Saturni et ſp. matricali applicabantur, ſucceſſit benigna ſuppuratio, qua durante perrexi in iisdem externe applicitis, quia adhuc timebam fungoſam excreſcentiam, donec tota illa excreſcentia conſumta fere perierit. Tunc conſului Cl. Boerhaaue, cuius ſententia fuit, artificialem diarrhoeam per trimeſtre ſpatium ſeruare, per fructus horaeos, per purgantia antiphlogiſtica, ſerum lactis, etc. balnea pedum frequenter applicare, vt vaſis reſtituendis et roborandis per ſimilia externe applicata tempus daretur et locus. Iam incepit ſe totus oculus reſtituere, tumor ille euanuit fere, paruum tantum ſui veſti-

vestigium relinquens, sed subfungosum, quod sensim minuitur.

Postea dum oculus ad pristinam rediret figuram applicui oculum artificialem vitreum cauum bulbo oculi applicandum, cui sensim oculus assuetus fuit, et adnata parum tumens et callosa facta formauit limbum sustinentem cauum illud vitrum: aliquando ingens copia colligebatur sub cauo vitro, quod apparebat purulentum.

## *Fungosa degeneratio ob dentem euulsum.*

1727. Iunii 16. Mulier inter 30. et 40. annos externum sana habebat mirum tumorem gingiuae, quae videbatur scirrhosa quasi et degenerans: hoc ipsi acciderat post binam dentium extractionem, et casu examinato videbatur his extractis ipsa theca maxillaris effracta esse, sic vt binae lamellae maxillae superioris effractae fuerint, vsque in cauum sinus maxillaris. Hinc illa membrana ibi interne degenerans et humoribus infarcta distendendo binas tabulas maxillae produxit hunc tumorem, quod et docebat sanguinis aliquando effluxus ex cauitate relicta post dentem extractum. Consului D. Boerhaaue, cuius haec erat opinio: Consuluit, vt pro interno medicamento vteretur sero lactis, in cocta cochlearia et acetosa; externe applicaret pro fomento oris fol. alth. pariet. scabios. ana m. ij. coque spatio ⅛ horae, dein expressi decocti ℔ ij. admisce mell. anthosati vnc. ij. salis polychr. dr. ij. dein pro errhino per nares attrahendo fol. alliar. rutae, scord. ana m. ß. fiat lege artis forte infusum, cuius vnc. xij. misce mell. ros. vnc. j. tinctur. myrrhae dr. vj.

Augusti 5. Toto hoc temporis interuallo vsa remediis praescriptis non toties haemorrhagiam passa erat; tumor magis versus anteriora perrexerat, de caetero non minutus. In media parte inferiori punctum apparebat albicans, ex quo effluebant singulo mane cochlearia duo vel tria liquoris tenuis subflaui, aliquando et sanguinis parum. Consului Cl. Boerhaaue, qui casum vidit et doluit, metuens ne in cancrosam malignitatem degeneraret, cum vasa hic adeo fungosa et aucta fuerint, vnde illa haemorrhagia. Consuluit vt continuo in leui diarrhoea retineretur per purgantia antiphlogistica, vti sunt pulp. tamarind. rob. sambuc. etc. dedi rob sambuc. pulp. tamarind. ana vnc. ij. sal. polychr. dr. vj. tart. vitr. dr. j. vt tribus horis mane caperet dr. j. superbibendo serum lactis. Pars affecta interne et externe fouenda erat sequenti: fol. recent. alth. pariet. ana m. j. sem. contusor. lini vnc. j. cum aqu. decoct. spatio $\frac{1}{4}$ horae, adde fol. recent. alliar. scord. scorodoniae ana m. j. ebulliant iterum vno momento, dein succi expressi ℔. ij. misce aceti sambuci, calendulae ana vnc. ij. sal. ammon. vnc. ß. misce. Si tunc mitigaretur his remediis, suadebat discissionem nunc non tentandam ob metum haemorrhagiae a vasis adeo dilatatis.



Pistor consuluit me, quod sentiret in deglutitione molestiam ad illum locum, vbi oesophagus bifurcationi asperae arteriae adiacet. Incidi in hanc cogitationem, an non forte glandulae illae Vesalianae hic loci positae, tumentes, hunc morbum produxerint, dedi illi hac intentione

tione tres doſes purgantes mercuriales, et gargariſma continuo ſenſim deglutiendum ex ſcord. alth. pariet. ſale ammon. melle &c.

## *Epilepſia.*

Laborabat epilepſia iam ab aliquo tempore mulier procerae ſtaturae, flaccida tamen et pallida, cum dolore capitis, vertigine etc. 50. circiter annorum. Non potens bene intelligere cauſam, iuſſi balnea pedum, et dedi ſequens medicamentum, quod ipſam per annum liberauit ab epilepſia. Valerianae vnc. ij. imperatoriae vnc. jß. limaturae chalybis vnc. j. corticum capparis, tamariſci ana dr. vj. infunde ſupra 3. pintas cereuiſiae generoſioris, cuius ſingulo trihorio capiat vnc. j. poſtea recruduit malum et tunc alterius vſa conſiliis poſt ſummos furores periit.

## *Suppuratio poſt partum.*

Mulier circiter 30. annorum obeſa et primipara poſt partum febricitauit et dolorem in latere ſiniſtro partis inferioris abdominis ſenſit vix ferendum. Dedi illi medicamenta antiphlogiſtica magna copia, et coactus fui ſaepe dolorem opiatis compeſcere: durauit ſatis diu hoc malum. Incepit oriri tumor in loco, et ſuppurationis aderant indicia: dedi emollientiſſimas herbas decoquendas, ſic vt decoctum hoc biberet, herbas vero ipſas decoctas loco tumido et dolenti imponeret: hoc diu continuato ruptus fuit abſceſſus, et ingentem copiam puris effudit, dein detergentibus decoctis datis ſanata fuit.

*Phthisis.*

Homo 25. annorum pectus habens planum, compressum, collum longum, genas roseas, tenerae in totum fabricae, cuius et pater et mater et frater perierant tabe, tussi laborabat sicca: anhelitus continuus, vrina subrubra, sudor facilis; nulla haemoptysis praegressa erat, nulla signa internae suppurationis praesentis, sed videbatur totum malum originem suam debere nimiae teneritudini pulmonis, et si fas sit ita loqui, nimiae irritabilitati neruorum pulmonalium, ita vt non aptus esset subigere ingesta, et functiones suas ad bonum totius corporis necessarias exercere.

Cum debilis ille pulmo continua tussi quassatus rupturam minitaretur, indicatio iubebat imprimis hanc tussim compescere, quod fiebat emollientissimis decoctis, et si nimis vrgeret, opiatis vel diacodiatis. Pilulas ex gummi illis roborantibus mastiche, sarcocolla, olibano, myrrha, succo glycyrrhizae sumebat fere continuo superbibendo emollientissima decocta, interim victus mollissimus praescribebatur, dum eodem hoc tempore per equitationes conabamur pulmonem et totam compagem roborare.

Ille animi affectibus obnoxius summopere et ab illis, cum quibus conuersari cogebatur ob affinitatem saepe in iras prouocatus, licet omnia haec sic peracta fuerint, lenta febricula consumebatur. Sputa incipiebant prodire vere purulenta, donec extenuato corpori et per sudores

noctur-

nocturnos macerato superuenientes aphthae tragoediam finiuerint.

Hinc videtur forte concludi posse, pus hic fieri sine inflammatione adeo notabili praegressa, et phthisim veram purulentam sine haemoptöe posse oriri.

## *Fistula lacrymalis.*

Mulier haec 46. circiter annorum laborabat fistula lacrymali vnius oculi iam purulenta: tentaui stylo, et potui fere ad exitum in nasum peruenire: inieci per multum temporis detergentissimam solutionem aloes in aqua factam, et sic depuraui locum. Tunc per multos dies conquesta fuit, se horrendum aloes saporem in faucibus sentire, dum haec solutio aloes per puncta lacrymalia iniiceretur; nunquam tamen vel vna gutta de naso effluxit. Postea nunquam sensit amarorem, et videbatur locus primo apertus iterum occlusus fuisse; sed hic depurato loco consilium dedi, vt singulis diebus mane canthum oculi digitis premeret, vt lacrymas stagnantes in sacco lacrymali sic exprimeret, sic diu hoc malum sine incommodo tulit.

## *Oculus suppuratus.*

Puella 12. circiter annorum habebat leuem opacitatem in cornea, quae tamen sensim minor facta spem dabat totalis ablationis, et vti narrabant parentes, effectus erat ophthalmiae validae praegressae: consului vt nihil agerent, sed totum opus naturae benigne resoluenti relinquerent. Promiserunt, sed chirurgus stupidissimus

iactato quodam puluere siue collyrio sicco superbiens curandi hunc morbum licentiam reluctantibus diu parentibus extorsit. Ille puluis vitriolo (vt postea fassus est) albo, coralliis rudissime tritis, tutia, et similibus conflabat, quem puluerem ille vi insufflabat; sed secuta fuit saeuissima inflammatio cum dolore summo et febre valida continua. Vocatus tunc sentiebam glandulam magnam oculi inflammatam, duram, protuberantem, et palpebram superiorem extendentem. Applicui mollissima cataplasmata, aluum duxi purgantibus antiphlogisticis, et dolorem emulsis et diacodiatis tollere conatus sum, tota cornea erat iam opaca, et pelle quasi quadam tecta. Vidi euidenter totam hanc oculi fabricam valida hac inflammatione destructam esse, hinc visus totalem iacturam in hoc oculo praedixi, licet chirurgus vellet, hac pelle crassa decidua visum rediturum.

Benigna suppuratio secuta fuit, sed satis valida; hinc totus visus fuit destructus, et cum multum de pinguedine intra orbitam posita fuerit consumtum, bulbus minor apparet, et palpebra superior parum quasi longior deformitatem facit in turpis erroris memoriam.

## *Febris acuta continua, haemorrhagia soluta.*

Iuuenis 25. annorum parum intemperatius viuens corripitur febre acuta continua, tertia die paucae guttae stillabant de naribus. Cogitaui de haemorrhagia narium, quae satis magna copia accidit septima die, parentum animos erexi promittendo bonum euentum: post binos

nos dies recruduit haemorrhagia, et tunc aſſidens ipſe de nocte cogebar fere ab amicis compeſcere; poſtquam tamen narrando quaedam tempus triueram, vitriolo in aqua ſoluto applicito ad locum ſedaui. Sed ſebris ſedatae iam et minutae multa ſigna aderant, neque vlla mala ſymptomata ſecuta ſunt, et 21. die ſanus erat; haemorrhagiam praecedebat ſatis magna anxietas ſemper et iactatio.

## *Icterus.*

Puella 26. annnorum procera, et boni habitus laborabat febre, quae videbatur eſſe de genere tertianae intermittentis. Ego accedens inueni illam penitus flaueſcentem cum oppreſſione circa hepar. Dedi ipſi magnam copiam decoctorum paratorum ex ſero lactis, ſale polychreſto et herbis planipetalis lacteſcentibus, melle etc. et in hac cura perrexi, donec poſt decem circiter dies, quibus adfueram, tota flauedo perierit, febris ceſſauerit, et priſtina ſanitas adfuerit.

Simili modo icterum in ſexagenaria curaui, vbi nulla febris aderat, ſed neque anxietas. Tota flaua erat, faeces aluinae albae, vrina crocea; ſimilibus datis cum ſale polychreſto et tartaro vitriolato, et ſpatio 3. ſeptimanarum curaui.

## *Lues venerea et bubo.*

Iuuenis Baccho et Veneri deditus vocauit me, et inveni illum laborantem bubone in dextro inguine cum doloribus capitis, animi moerore, raucedine quadam gutturis. Videbatur hoc malum ortum ſuum duxiſſe a

cancro

cancro venereo externe male curato a chirurgo, et ſic venenum illud venereum proſerpens infecerat glandulas inguinales.

Tentaui diſſipare bubonem, applicando emplaſtrum de ranis c. mercurio de nocte, de die vero penetrabiliſſima fomenta ex ſcordio, alliaria, ſale ammoniaco etc. ſimul frictionibus adhibitis. Interim curatio gonorrhoeae inſtituebatur, ſed incaſſum; manebat fere ſimilis: expertus fui tunc decoctum guaiaci, quod incredibili copia potauit, et ſimul fomenta et ſimilia cataplaſmata applicabantur, ſed incaſſum; augebatur ſenſim, et in altero latere paruulus quidam apparebat, tunc paruulo diſſipantia, maiori maturantia appoſui: interim potu decocti guaiaci non intermiſſo, ſed omnia fruſtra. Simul incipiebant dolores nocturni potius augeri, quam minui, et ſimul cruſtae quaedam de naribus emungebantur, quae ſuſpicionem vlceris tecti dabant.

Acceſſimus ad ſaliuationem, quae ſatis benigne decurſum abſoluit, niſi quod ſemel pauxillum ſanguinis de ore effluxerit: bubones diſparuerunt, qui antea nullis volebant cedere remediis. Circa aurem ſiniſtram prope proceſſum maſtoideum paruus quaſi tophus erat, qui ſenſim emolliebatur imprimis continue applicato emplaſtro de ranis cum mercurio, de caetero omnia ſymptomata euanuerunt.

Sed poſt 3. menſes dolor brachii rediit et totius capitis, de nocte affligens potiſſimum: ſimul ad latus ſiniſtrum vuulae apparuit vlcuſculum album fungoſum quaſi et dimidium piſum vix aequans: iuſſi iterum potari in-

gentem

gentem quantitatem decocti guaiaci, dolores cessauerunt; hactenus tamen illa albicans macula mansit.

Iterum saliuationem expertus fuit, et curatus. Post 12. annos adhuc laeto coniugio fruitur, et prole.

## *Fistulosum vlcus ad latus alae nasi.*

Virgo 34. annorum gerebat ad latus alae nasi tuberculum, quod dolebat, et magnam molestiam faciebat, dum clausum esset, apertum vero paucas guttas puris plorabat. Videbam satis esse fistulam, hinc dilatatione opus esse concludebam; sed quia loci positura cultrum non admittebat, lapide infernali, vicinis locis debite emplastro munitis, erosi locum, et tunc vidi fistulam primo versus nasum recta decurrere, deinde introrsum versus os maxillae pergere circiter ad illum locum, versus quem radix dentis canini aliquando ascendit: spongia praeparata intromissa locum dilataui, et apertum retinui: depuraui iniectionibus detergentibus, cum autem ob loci situm non possem ad fundum vsque discindere, dilataui, quantum potui, et cum pus prodeuns esset bonum omni sua dote, sensim minuendo longitudinem spongiolae praeparatae immissae conatus fui perficere, vt illud a fundo sursum versus concresceret, quod et videbar mihi obtinuisse. Pulcherrime concreuit, ne minima quidem cicatricula relicta.

Post septem septimanas fluxionem quandam sensit a naso huc versus deriuatam, et iterum caepit intumescere (sic vero ante 6. annos in eodem loco senserat, sed tunc tuber fuerat multo maius) sine vllo dolore praegresso.

eodem

eodem modo tractaui, vt antea; sed suspicio erat, an non dens caninus in sua radice cariosus os maxillae affecisset; spongiola iterum imposita, praesertim cum caric corrosus appareret (hinc si possibile foret, suasi dentem extrahendum) post 3. septimanas eadem cura occlusi hoc vlcusculum.

## *Pleuritis.*

1727. Iunii 23. Mulieri 60. annos natae heri post inopinato obortum frigus totum corpus incepit laborare pleuritide. Hodie hora vndecima matutina vocatus inueni febrim acutam, dolorem punctorium dextri lateris et omoplatae, dolorem capitis, vrinam tenuem cum sedimento diuulso. Iussi, cum boni habitus esset, venam secari, et dedi decoctum ex hordeo, tamarindis, acetosa, rob sambuci, nitro; pro potu serum lactis. Oculi lacrymabantur, respiratio erat multum impedita.

Vesperi sanguinem vidi multo sero praeditum; in superficie insulae crusta erat inflammatoria, dolor parum imminutus, febris tamen satis magna, calor aequabilis, respiratio impedita. Non ausus fui iterum venam secare ob aetatem: lingua sicca nigrescere incipiens: leue aliquando delirium: nec sitiebat, licet viderentur sitis causae adesse. Vomuit post dolorem capitis bilem viridem vesperi: de nocte vix dormiuit: aluus nigra excreuit.

Iun. 24. Mane vrina erat subrubra cum nebula innatante: extrema nunc calida, nunc frigida, respiratio molesta, dolores vagi per totum corpus, anxietas et inquietudo; sputa nulla, tussis sicca, sitis iam maior, licet

licet lingua videretur magis humida. Dedi decoct. hord. vnc. xx. oxymel. simpl. vnc. jv. dr. jß. lap. prunellae, pro potu serum lactis. Vesperi accedens audiui, quod deiecerit ter aut quater pellucida, post instar lactis coagulati, dein quasi ramenta.

Iun. 25. Vermem euomuit: diarrhoea durat: pulsus melior: lingua leniter albicabat: respiratio vix melior, calor aequabilis, aliquando tamen et frigus. Dedi mixturam ex tinctura cinamomi parum, syr. myrtino, aqua citri, singulo bihorio vnc. ß. superbibendo vnc. j. hydrogalae. Vesperi inueni omnia in eodem statu.

Iun. 26. Febris moderata. Phlegmata strias sanguineas habebant: vires meliores, lingua humidior, vrina subrubra cum pauco sedimento diuulso.

Iun. 27. Vrina subrubra, dolor lateris nullus, tussis in inspiratione conquassans, sputa vix vlla, vires satis bonae. Dedi oxymel cum aq. hordei vt heri, et balneum vaporis ad nasum et os.

Iun. 28. Vrina alba cum sedimento diuulso, dolor dextri lateris recrudescens; sed neglecta ab amicis sitim passa fuerat, nec medicamentum sumserat, lingua siccior hinc erat, tamen multa sputa excreuit. Dedi medicamentum vt heri.

Iun. 29. Dedi medicamentum 27. huius praescriptum, nec multum mutatus fuit morbus. Sputa copiosa.

Iun. 30. Omnia vt heri: vrina subrubra cum nubecula: diarrhoea oborta satis valida, sputa copiosa, pulsus satis bonus, calor aequabilis, facies contracta quasi

et

et marcescens. Dedi binos scrup. diascord. Syluii diuisos in binas doses.

Iulii 1. Melius se habuit: diarrhoea cessat. Vrina eadem; appetitus incipiebat redire.

Iul. 3. Sputa durant, melius se habet, diarrhoea cessat: dedi sem. foenic. cum glycyrrhiza. Vires sensim redeunt, et conualuit.

## *Ileus.*

1727. Iunii 27. Virgo Deo sacra, hystericis, vti narrabatur, obnoxia insultibus, subito de nocte corripitur ingenti dolore abdominis et pedum et lumborum, vnde fere conuellebatur. Cum nulla febris signa adessent, et pulsus foret debilis, negaui V. S. dedi mixturam ex binis granis opii cochleatim sumendam, sed sine successu, nam vomendo illam reddidit.

Mane redeuns eadem erant: dedi infus. ex flor. papau. alth. sem. foenic. et syr. papau. ad vnc. ij. reuomuit: post aliquot horas iussi clysma iniici, sed solum clysma reddidit, nullas vero faeces. Vesperi dedi scrup. ij. diascord. Syluii, vnde satis bene se habet.

Iun. 28. Noctem satis quietam transegerat: vrina rubra cum nubecula innatante. Dedi scrup. j. diascord. Syluii, post meridiem incepit reuomere. Dedi scrup. j. diascord. Sylu. et suppositorium iussi imponi, cum aluus foret stricta.

Iun. 29. Cum vomitus duraret, dedi vomitorium ex dr. ß. ipecacuanhae vna cum vnc. ij. vini: vomuit, et videbatur leuata. Hora 12. nocturna vocatus ad illam

illam inueni ſummopere anxiam: praeſcripſi clyſma; ſed non fuit bene applicatum, et mixtur. ex ſp. carminat. aq. foenic. ſyr. papau. vnc. j. ſp. nitri dulcis.

Iun. 30. Mane eadem anxietas: iuſſi iterari clyſma et mixturam. Incidit ſuſpicio, an non forte calculus in his viis haerens cauſa foret omnium horum malorum.

Iulii 1. Dedi purgans ex 12. granis ſcammonei, et poſt duas horas iuſſi imponi clyſma fortiſſimum, ſed ſine vlla fecum emiſſione, et incepit euomere feces alvinas flauas putridas.

Iul. 2. Omnia eadem, ſed vires ſenſim debiliores.

Iul. 3. Omnia in eodem ſtatu. Euomuit feces flavas aluinas vt ante: appetitus nullus: ſed circa veſperam monuerunt, illam aliquid reddidiſſe per aluum. Tunc ſperans exonerata materia leuamen fore. Dedi infuſum ex vnc. ß. fol. ſennae, dr. j. agarici binis vicibus ſumenda, et ſuppoſitorium. Sumſit medietatem huius, et euomuit, paulo poſt nempe ſecunda nocturna aluus cum impetu dimiſit flauam foetidam materiam ſumma copia.

Iul. 4. Mane inueni extrema frigida, pulſum debilem, vix percipiendum. Caput ſudans, debilitatem ſummam. Praedicto ſummo periculo dedi emulſionem, et iuſſi carnium ius lente ſubminiſtrari.

Veſperi accedens inueni omnia ſenſim peiora, decubitus inquietus, extrema frigida, mortem inſtantem, quae ſecuta fuit ſecunda nocturna.

*Tertiana.*

1727. Iunii 26. Inter 30 et 40. annos, debilis penitus et hyſterica laborat febre, vt narrat, intermittente tertiana: vrina rubra cum ſedimento et in fundo lateritio, appetitu fere nullo, dolore lumborum, ſiti magna. Dedi mixturam ex ſalis polychreſti dr. ij. tinct. myrrhae vnc. ß. aqu. vnc. vj. ſumendam cochleatim.

Iun. 27. Febris conſueta hora rediit, ſed non tam valida. Dedi decoct. hord. cum ſyr. citri, rob. ribes: et ſale prunellae tempore paroxyſmi febrilis ſumendam, ſed veſperi dedi ſal. polychr. cum rad. ſerpent. virginana gr. xv.

Iun. 28. Febris remiſit. Vrina turbida, craſſa maxime, ſudor nocturnus, et appetitus deletus. Dedi mixturam ex aq. citri, aurant: ſp. vitae Math. ſyr. Kermes, tinct. ſuccini: ſale polychr. cochleatim vſurpando, ſuperbibendo hydrogalam cum melle.

Iun. 29. Inueni ſine febre. Vrinam limpidam, ſubrubram, pulſum, colorem, omnia meliora, idem medicamentum dedi.

Iun. 30. Inueni ſine febre, omnia ſatis bona, a iure carnium aſſumto angebatur heri. Lingua ſatis naturalis, vrina fulua, limpida. Dedi medicamentum ex oleo ſtillatitio citri, aurant: cinnamomi, aq. meliſſae, ſyr. Kermes, tinctur. ſuccini cochleatim ſumenda.

Iul. 1. Vrina redit ſenſim ad ſtatum naturalem; febris ceſſauit. Dedi ſimilia.

Iul.

Iul. 2. Bene ſe habebat. Dedi mixturam ex elix. propriet. aq. citri etc. et iuſſi vſurpandum vinum medicatum ex cort. peruu. chalybe, cort. tamariſci, cinnamomo, baccis lauri etc.

Iul. 5. Inueni in eodem fere ſtatu omnia; vrina limpida et ſtraminei coloris, pulſus debilis, febris fere nulla.

Iul. 18. Inueni ſenſim melius ſe habentem poſt vſum vini medicati. Praeſcripſi tinct. Mart. aperientem cum tinct. cort. Winterani.

Iul. 26. Addidi reſiduo praecedentis tincturae tincturam ſalis tartari. Melius ſe habebat.

Aug. 3. Inueni illam ſenſim viribus reſurgentem, appetitus inualuit, perrexi in ſimilibus.

Aug. 11. Appetitus reſurgebat, immo erat fere integer, vires multo meliores, dedi elix. propriet. vnc. j. tinct. ſalis tart. dr. vj. tinct. cort. Winter. dr. iv.

## *Ileus inflammatorius.*

1727. Iulii 20. Vocatus ad virum 40. annorum pauperem et omnium rerum indigum: ille prima hora nocturna euigilans ſenſerat ſummum dolorem in abdomine: vicini ipſi dederant pulu. cort. aurant: cum vino calido, inde auctus potius, quam imminutus fuit dolor. Ego hora ſecunda pomeridiana vocatus inueni febrim acutam validam, abdomen inflatum et tumens, ad tactum dolens, linguam ſiccam, vrinam flaueſcentem: Aluus nihil reddidit. Iuſſi libram ſanguinis detrahi, clyſma iniici ex oleo lini, aq. foenic. ſale gemmae, et potari

ingentem copiam seri lactis calidi cum auena ebulliti, abdomini aquae calidae somentum imponi. Non reddidit clysma, sed euomuit flauam foetidam materiam. Sanguis extractus magnam copiam seri habebat, nec inflammatorie erat concretus, nullum tamen ab his omnibus leuamen; dedi lene diacodiatum cum nitro etc. tentaui apponere abdomini cucurbitas sine scarificatione, sed frustra; abdomen erat minus tumens et dolens.

Iul. 21. Mane inueni pulsum mollem, dolorem eundem, respirationem impeditam, nec ausus fui venam secare, quia pulsus mollis mihi videbatur indicare omnem sanguinem fere in abdominalibus visceribus esse congestum. Iussi binas nitri drachmas cum auena et lacte ebutyrato coqui pro potu, et fomenta emollientia abdomini applicari.

Vesperi inueni extrema frigida, respirationem impeditissimam, sensum doloris ablatum, praedixi mortem instantem, quae II. vespertina secuta fuit, postquam superne et inferne magnam copiam materiae subfuscae, putridae, deposuerat, vti videbatur, gangraenosae.

## *Pleuritis.*

1727. Iulii 30. Vir 34. annorum boni habitus hac nocte hora duodecima subito sensit dolorem punctorium in latere sinistro, hodie mane hora septima inueni dolorem minutum, febrim non multam, linguam satis humidam, nec respirationem multum impeditam; sed quia et habitus, et anni tempus, et olim in eodem homine

mine quotannis fere ſimiliter cum ſucceſſu inſtituta curatio, ſanguinis miſſionem imperabant: illam ad vncias x. inſtituendam iuſſi, dedi mixturam ex dr. iſs. ſal. prunell. ſyr. papau. rub. altheae ana vnc. ij. aq. cichor. vnc. XIV. pro potu ſerum lactis, pro cibo lac ebutyratum cum hordeo, piris maturis etc.

Hora 5. veſpertina dolor recruduit; vrina flaueſcens pellucida, febris et calor aucta fuerunt, dolor lumborum ad abdomen vſque protenſus aderat: reſpiratio impeditior, ſputa quaedam excreabat, ſed cum moleſtia: in ſanguine emiſſo non erat cruſta inflammatoria, ſed parua ſeri quantitas reſpectu inſulae. Iuſſi iterum ſecari venam ad vncias viij. et dedi ſimilem mixturam cum ſyr. diacodii dr. vj. et iuſſi magnam copiam ſeri lactis potandam.

Iul. 31. Sanguis heri veſperi emiſſus nullam cruſtam inflammatoriam habebat, pars rubra magna copia aderat, ſerum vero parua copia. Dolor in latere videbatur imminutus, ſed inter ſcapulas iam haerebat, vrina ſubrubra erat, et pellucida, reſpiratio magis libera, tuſſis ſatis magna vna cum ſputis craſſis: calor aequabilis ſed ſatis magnus, pulſus aequalis parum celerior. Dedi auenae excort. vnc. j. flor. alth. vnc. iſs. ſem. papau. contus. vnc. ij. decoq. in ſuf. quant. aq. comm. per ½ horam, colat. vnc. xxv. adde ſal. prunellae dr. ij. ſyr. alth. vnc. ij. papau. alb. vnc. j.

Aug. 1. Vrina rubra erat profundioris coloris quam heri, cum parua nubecula, dolor multum imminutus, circa ſcapulas adhuc haerens, reſpiratio magis

libera, lingua ſatis humida, ſputa non multa, ſed craſſa; illa tamen conatus ſum elicere per vaporem aquae tepidae applicatum ori et naribus, dedi rad. alth. vnc. ij. fol. alth. man. ij. decoq. per horam, tunc adde rad. foenic. vnc. j. glycyrrh. dr. vj. poſt digeſtionem colaturae addidi oxymell. vnc. iij. ſal. polychr. drach. j.

Aug. 2. Vrina rubra, pellucida, dolor humeri et ſubſcapularis. Ferox reſponſum videbatur incutere delirii metum: iuſſi applicari epiſpaſtica pedibus poſt balneum pedum adhibitum: dicebat ſe peſſime habuiſſe a medicamento heri praeſcripto. Febris aderat ſatis moderata. Dedi emulſum cum vnc. j. ſyr. papau.

Hora 3. meridiana dolor in latere rediit, febris maior, calor pariter; tamen non auſus fui ſecare venam (neſcio quare) quia 4. dies aderat, ſed petente aegro applicui emplaſtrum cantharidum loco affecto: iuſſi potari ingentem copiam hydrogalae, et idem emulſum repeti.

Aug. 3. Veſica apparuit habens in ſe liquorem ſatis ſpiſſum, vti videbatur, dolor minutus erat, reſpiratio magis libera, calor et febris ſatis magna: Lingua albicabat: Vrina ſubrubra pellucida, ſputa tenaciſſima ſubrubentia. Iuſſi continuari potum hydrogalae, dedi infuſum ex parua quantitate hyſſopi, glycyrrhizae, et ſyr. alth. et nitro.

Veſperi hora 6. inueni calorem in thermometro 96. graduum; reliqua fere omnia eadem. Dedi mixturam ex rob ribes; ſyr. citri, aq. meliſſae, ſale polychr.

Aug. 4.

Aug. 4. Inueni vrinam rubram cum parua nubecula innatante verſus ſuperiora: calor erat aequabilis, pulſus bonus, dolor longe minor: Sputa rubra non habentia ſtrias rubras, ſed in toto rubro tincta, vt heri, tamen color erat ſatis dilutus, dolor minor. Dedi dr. j. lap. prunell. et ſalis polychr. diuiſam in 4. doſes, ſuperbibendo ſerum lactis.

Aug. 5. Vrina ſubrubra cum parua nubecula, pulſus bonus: Febris ſatis magna, dolor vagus nunc in latere, nunc in dorſo, nunc inter ſcapulas, ſputa fere nulla, lingua albicans, ſatis humida, reſpiratio non nimis mala; vires ſibi videbantur ſatis conſtare. Nox tamen penitus irrequieta fuit, cum criſim quandam hinc inde oriundam praeuiderem, dedi liquidum tenue potandum, et leue infuſum ex tamarindis, et radicibus petroſelini, cum ſale prunellae.

Aug. 6. Sputa ſubalbicantia puriformia cum leuamine, et ſolito magis copioſa, vrina ſubrubra pellucida, febris mitior, calor aequabilis, reſpiratio melior, lingua in medio fuſca parum, de caetero omnia meliora. Idem praeſcripſi medicamentum, vt heri.

Aug. 7. Omnia vt heri, et vires incipiebant augeri; pulſus enim et reſpiratio meliora fuerant longe quam ante. Perſtiti in iisdem.

Aug. 8. Dolor humeri et ſcapularum, et in pectore circa mammam imprimis auctus, dum tuſſiebat, vrina ſtraminei coloris: lingua humida, reliqua omnia in melius vergebant, dedi ſal. polychr. aq. meliſſae, tinctur.

 myrrhae,

myrrhae, ſyr. alth. ſuperbibendo hydrogalam mellitam omni hora vnc. ß. mixturae cum vncia hydrogalae.

Aug. 9. Dolor vt ante, tantum exaſperatus quando tuſſiebat: vrina adhuc parum magis diluti coloris, quam heri, reliqua omnia ſatis bona, dedi eadem ac heri.

Aug. 10. Vrina ſtraminea erat cum nubecula: dolor in infima parte lateris dextri, lingua moderate humida, in medio ſubfuſca, reſpiratio et pulſus ſatis bona, tuſſis ad auctam reſpirationem. Heri ſenſerat aliquoties vagam horripilationem: dedi, vt mouerem parum plus, et ſoluerem illud haerens, imperat. vnc. ß. agrimon. hyſſopi, virgae aur. ana man. ß. colat. vnc. xv. ſyr. alth. vnc. ij. oxymell. vnc. j.

Aug. 11. Inueni vrinam ſtramineam, pellucidam, reliqua omnia vt heri; ſed ſenſim videbatur proficere in melius, lingua ad latera humida, in medio ſubfuſca; ſed tamen illa cruſta incipiebat minui. Dedi idem medicamentum.

Aug. 12. Vrina ſtraminea, pallucida, pulſus melior, reſpiratio ſatis libera, lingua ad latera humidior, in medio adhuc ex flauo fuſca, ſic tamen, vt ſenſim inciperet contrahi illa cruſta: dolor ſenſim minuebatur. Dedi infuſum ex hyſſopo, agrimon. beton. virga aur. foeniculo recentibus, cum lacte et aqua.

Aug. 14. Vrina ſtraminea, limpida, lingua fere tota humida, cruſta enim illa euanuerat, cuticula per totum corpus deſquamabatur, omnia ſenſim meliora. Dedi flor. alth. malu. ana vnc. ß. herb. beton. agrim. virgae aur. ana man. iß. ſem. contuſor. foenic. vnc. j.

gly-

glycyrrh. vnc. ij. f. collect. numero iv. cum lacte et aqua sumendae. Conualuit.

## *Quartana cortice sanata, et postea mirum symptoma.*

1727. Iul. 30. Homo 30. inter et 40. annos, habitus, vti videbatur, sanguinei, pilorum rubrorum, laborauerat tota hyeme praecedente febre quartana. Coactus fui, cum nulla mala signa adessent, per corticem peruvianum tollere: rediit post 6. septimanas, iterum dedi corticem peruuianum. Postquam per aliquot dies a febre liber fuerat, optime se habens, corripitur ipsa die paroxysmi dolore circa scrobiculum cordis lancinante quasi et stringente, qui recta aliquando ad pubem vsque descendebat, aliquando ad collum, imo aliquando versus vtrumque latus, semper tamen acerbior circa scrobiculum cordis, applicuerat sibi ipsi calefacta ligna, et sumserat circiter vnc. ij. sp. iuniperi. Respiratio nullo modo impedita erat, nec dolor inde augebatur, nulla febris signa, nulla inflammationis. Dedi rad. gram. vnc. ij. foenic. vnc. j. sem. foenic. vnc. ß. per ½ quadr. horae decoctis, addidi rob samb. vnc. iij. sal. polychr. dr. iß.

Vomuit saepe: aluum bis leuiter deposuerat: dolor erat, vt ante, sed non maior, non iam vagus, sed manens in linea recta quasi, cuius medium foret vmbilicus. Simul et dorsum trahebatur in consensum. Vrina straminei, diluti coloris cum nubecula alba innatante, febris vix aderat, tamen pulsus parum magis incitatus quam

ante, ſed forte ob vomitum: iuſſi imponi clyſma ex ſale gemmae, oleo lini, aqu. foenic. et ſumi dr. ß. diaſcordii Syluii.

Iul. 31. De nocte ſe ſatis bene habuit; dolor imminutus eſt: Febris nulla, clyſma vna cum fecibus reddidit: lingua humida, in ſcrobiculo cordis dolor nullus, iam ſed parum inferius, licet multo mitior. Dedi aq. foenic. vnc. iv. lap. cancr. dr. j. ſyr. 5. rad. unc. j. diaſcord. Sylu. dr. ß. cochleatim ſumendam.

Aug. 1. Heri mane emiſerat vrinam limpidam, poſtea vrinam rubram cum ſedimento diuulſo lateritio, hodie pellucidam flauam limpidam, dolor erat iam in dextra parte abdominis ſola. Dedi mixturam ex ſale polychr. rob ſamb. aq. ſambuci. Lingua humida, febris nulla.

Aug. 2. Inde ſe ſatis bene habuit, dolor minutus eſt, bis vel ter aluum depoſuit. Lingua humida, febris nulla. Nihil dedi; conualuit.

*Tormina valida.*

1727. Aug. 5. Iuuenis 18. annorum tota hyeme laborauerat febre quartana, hodie lac ebutyratum biberat, et ſatis magnam copiam mororum comederat. Hora 12. nocturna vocatus inueni ſumma tormina abdominis cum magno eiulatu, febris nulla aderat; dederant ipſi ſp. iuniperi et calidiora alia ſine leuamine. Iuſſi iniici clyſma ex oleo lini et aq. foenic. et dedi mixturam ex laud. opiati gr. ij. et dr. iij. lap. cancror. etc. cochlea-

cochleatim ſumendam omni quadrante horae, donec dolor remiſerit.

Aug. 6. Clyſma retinuit nec depoſuit, dolor imminutus erat; tamen quandoque adhuc quaedam lancinationes apparebant: conſului vt ſingulo trihorio vnc. j. olei caperet, et ſingula hora cochlear mixturae ex abſorbentibus et diacodii ſyrupo.

Aug. 7. Bene ſe habuit, ſed depoſuit aluum cum torminibus; videns hoc dedi infuſum ex binis drachmis rhapontici, vt naturae conatus adiuuarem.

Aug. 8. Sexties vel ſepties depoſuerat aluum cum leuamine, et ſemel vomuerat, videbatur ſibi penitus reſtitutus; dedi ipſi mixturam carminat: et abſorbentem ſingulo trihorio vnc. j. vt ſumeret. Sanatus eſt.

## *Tertiana cum aphonia.*

1727. Aug. 18. Virgo 22. annorum, ſanguinei, vti videbatur, temperamenti, quae teſtante matre a primis annis iam menſtruum fluxum paſſa fuerat, qui circa octauum annum medicamentis datis, vti credebat, impeditus illam hyſtericis et vterinis malis implicuerat, haec ante aliquot dies terrore perculſa poſtea incidit in febrim. Heri attulit mater mihi vrinam ſubrubram cum flocculis diuulſis, cum et aeſtus ingens eſſet, et febris videbatur ſatis magna fuiſſe, dolor capitis ingens, conſului balneum pedum, et mixt. ex rob. ribeſ. ſambuci, ſp. nitri dulcis, ſyrup. citri, ſal. polychr. aq. hordei. Venam ſecuerant ante aliquot dies ob terrorem. Hodie accedens inueni faciem rubentem, ſatis calidam, pulſum

pulsum fortem, linguam siccam, vrinam mox de corpore eductam subrubram: in iisdem perrexi. Concessi halecem salitum, quia tantopere expetebat.

Aug. 19. Non manducauit halecem. Inueni heri mane sine febre, vrinam rubram, linguam siccam, fuscam, dolorem capitis nullum: praedixi febrim redituram. Quia intra 6. dies aluus nihil deposuerat, dedi purgans ex tamarindis etc. sed caute iussi vsurpandum, vt abstineret, simul ac aluum inciperet deponere. Hodie circa meridiem prehendit illam febris cum frigore ingenti, dein calore summo, ita vt proiecto corpore et nudatis pedibus in lecto iaceret, male composita.

Aug. 20. De nocte parum dormierat, aliquoties aluum deponens. Hodie mane inueni illam cum pulsu moderato, respiratione bona, sed ore clauso loqui non poterat, et sic fuerat iam per horam. Videbatur spasmodicus affectus esse: facies rubra, extrema aequabiliter calida: praescripsi emulsum, et dedi tincturam castorei cum aceto naribus applicandam.

Aug. 21. Heri per totum diem sic sine loquela fuerat vsque ad horam quintam vespertinam. Lingua in medio fusca: pulsus, respiratio bona, appetitus satis integer, vrina rubra, copiosa cum sedimento albo diuulso satis copioso; sed diutissime vel in ipsa sanitate solet retinere vrinam sine incommodo: dormitabunda erat, facies rubra. Dedi dr. j. sal. polychr. 3 dosibus sumendam sub forma liquida.

Aug. 22. Heri valide febricitauerat, et ante febrim vomitu correpta fuit. Tempore febris delirauit cum

summa-

ſumma ſiti: hodie ſatis debilis erat: appetitus omnino proſtratus, lingua fuſca, tamen ſitis nulla: facies rubra, tamen dolor capitis nullus: vrinam ſemel reddidit copiosam cum ſubſidentia ſubfuſca, tenaciter adhaerente fundo vaſis: ſimul vrina foetebat. Dedi vnc. ij. aquae alexipharm. aq. meliſſ. vnc. v. ſal. polychr. dr. ſemis, ſyrup. citri vnc. j. pro potu ptiſan. ex hordeo, vuis paſſis, glycyrrhiza: victum antiſepticum.

Aug. 23. Vrina vt heri, ſed copioſa admodum cum ſedimento eodem vt heri. Hora quinta veſpertina heri obriguit per 4 horas, et viſa fuit inſultum febrilem pati cum ſiti magna: medicamenta noluit aſſumere, et lac ebutyratum magna copia potauit, vti et pauxillum halecis ſaliti. Vrina foetebat, et cum moroſa eſſet, dedi dr. iv. ſp. nitri dulcis, dr. j. ſp. citri, dr. iij. aq. citri ſumendas cum lacte ebutyrato.

Aug. 24. Nihil aſſumſit ex medicamentis praeſcriptis. Heri vomuit multum, cum leuamine. Mater dicebat, fuiſſe pus, ſed credidi fuiſſe lac et cereuiſ. quae potauerat. Vrina rubra ſine illo ſedimento praedicto: nullo modo medicamenta voluit aſſumere. Heri febricitauerat, hodie ſe ſatis bene habebat. Conſului victum tenuem et antiſepticum, et diſceſſi. Conualuit.

## *Exſtirpatio digiti pedis maioris.*

1727. Aug. 29. Mulier 40. annos nata laborabat vlcere degenerante, cancroſo, fungoſo, pedis ſiniſtri, quod videbatur ortum ſuum duxiſſe ex eo, quod chirurgus male tractauerat laceſſendo vnguem, dum conabatur

quaſ-

quasdam particulas vnguis relictas forcipe inde educere: dein ruditer admodum tractauerat. Deinde post annum vnum dimidio penitus degenerauerant omnia, putrescebat penitus. Consului vt per duos dies tentarent infusum ex ruta, scordio, aqua, aceto, sale et vino: inde multum detumuerat. Tunc consului Cl. B., illius consilium fuit pariter de exstirpando pollice, sed prius consulebat per 8. dies haec eadem applicari, vt parum instar mumiae corrugaretur, et sic felicius corruptum a sano posset auferri. Post 8 dies rediit; sed neglexerat haec applicare, hinc satis magna putredo orta fuit, tunc ligatis et ad latus parum retractis 4. digitis reliquis pedis, et protracto parum per ligaturam ipso pollice abscindendo, cuneo acutissimo $2\frac{1}{2}$ pollicem lato, ictu mallei plumbei fortissime adacto, supra pedamentum ex ligno molli salicis confectum vno ictu abscissus fuit. Ad latus internum pauxillum de cute integra relictum fuerat, quod dexterrime et cito forfice abscidit. Bini magni rami arteriosi, quorum vnus altero parum superior, versus internam partem locati magno impetu ad 3. pedum distantiam sanguinem emmittebant, et a vi sanguinis protrusi vltra marginem abscissum eminebant: hinc potuissent facile ligari apprehensi; sed puluere stiptico ex gypso, et medulla fungi orbicularis per ligaturam idoneam valide appressa sanguis sistebatur, superimpositis spleniis madefactis in aq. vino, sale, aceto sambuci, deinde apposita idonea ligatura, et spleniis circa malleolos vtrosque impositis ad comprimendum vasa arteriosa ibi locata. Operatione finita dedi granum opii

Aug.

Aug. 31. Cautiſſime et lenta manu ſoluta faſcia vulnus detectum fuit. Sanguis in linteis et in fungo orbiculari haerens penitus computruerat, et horrendum in modum foetebat. Calor autem erat ingens aeſtatis; hinc apparet non poſſe diutius relinqui; tamen externe continuo lintea madefacta in aceto, vino et aqua, applicata fuerant. Vulnus ipſum bene ſe habebat: nullus tumor vicinorum aderat: cuneus tranſiuerat per partem articuli pollicis ſecundi, oſſi metatarſi proximam: hinc tota pars cauernoſa oſſis patebat, vti et caro diſciſſa. Nulla haemorrhagia aderat; impoſui oſſi nudo maſtichis pollinem et deinde linteum carptum balſamo copaybae intinctum, poſtea tenax emplaſtrum foraminulatum, tunc ſplenium cruciatum madefactum in aceto, vino, ſale, aqua; dein idoneam ligaturam.

Sept. 1. Inueni omnia bona, nullus dolor, tumor etc. aderant. Oſſi inſpergi curaui pollinem thuris, et ſuperimpoſui balſam. copaybae cum emplaſtro et ſplenio vt ante.

Sept. 3. Bonum pus inueni; ſed tamen aliqualis foetor aderat. Eadem iuſſi imponi.

Sept. 4. Foetor minor ac heri, tamen nondum penitus ceſſauit, quia metuebamus luxuriem carnis circa haec loca, leuiter tincturam aloes impoſui: reliqua bona erant.

Sept. 5 et 6. In iiſdem perreximus cum copia optimi puris. Conualuit.

Aug.

Aug. 30. Mulier Angla, tenerae, vti videbatur, fabricae et ſtructurae, dixerat, ſe laborare febre intermittente quadam, cum dolore capitis moleſto: ſimul leuis aderat tuſſicula ſicca et quaſi conquaſſans. Capiti iuſſi imponi oxycratum, et conſului balnea pedum: dedi mixt. ex aq. meliſſ. rob. ribeſ. ſal. polychr. et ſp. nitri dulci.

Aug. 31. Mane inueni illam leui quadam diarrhoea laborantem: ſimul adſuerat aliquod animi deliquium (ſed hyſtericis paſſionibus obnoxia erat) capitis dolor inde multum leuatus fuerat: lingua humida, pulſus bonus. Dedi emulſum leue cum ſyrup. diacod. et tincturam cinnamomi; quia dormire non poterat. Tuſſis ſimul erat multum leuata.

Sept. 1. Inueni illam ſatis bene habentem: pulſum et reſpirationem commodam. Conquerebatur adhuc de dolore capitis, et quod dormire non poterat. Conſului Cl. Boerh. qui mixtur. ex ſal. polychr. rob ſamb. ribeſ. aq. meliſſ. ſambuc. papau. dederat; ſed cum videretur totus morbus fere eſſe a debilitate et nimia mobilitate generis neruoſi; hinc addidi ſimili mixturae ſyrup. papau. vnc. ij.

Conſului Cl. Boerh. de morbo hoc tempore regnante, reſpondit mihi duplicis generis morbum eſſe, vnum imprimis epidemicum a bile corrupta circa hypochondria haerente, vomitu vel purgante deturbanda, praemiſſa venae ſectione, ſi inflammatorii quid appareret: alterum morbum eſſe, dum ob ingentem calorem nimis magnam

magnam tenuioris liquidi copiam homines ingurgitaſſent, et ſic craſis totius ſanguinis nimis diſſoluta videbatur; vnde illis roborantia et moderate adſtringentia proderant, quod aliter videretur parodoxum. Debilitas inde tanta oriebatur quandoque, vt morti proximi viderentur.

Sept. 2. Hac nocte dormiuerat ſatis bene. Omnia apparebant meliora; ſola debilitas et nimia mobilitas videbatur peccare. Dedi roborans antihyſtericum medicam. ex aq. meliſſ. citri, aurant. cinnamomi ſp. vitae Math. tinctura ſuccini, et cum dolor capitis adhuc adeſſet, conſului cucurbitas ſine ſcarificatione nuchae applicandas.

Sept. 3. 4. vel 5. depoſuerat aluum: dolor capitis minutus erat; ſed debilis penitus, et pulſus erat acceleratus parum. Dedi infuſ. ex cinnamomo, cort. citri, rad. coſti, vino rhenano, aq. meliſſ. ſyrup. diacod.

Sept. 4. Diarrhoea inde ceſſauit, appetitus rediit; vrina ſubrubra cum nubecula diuulſa quaſi. Nondum penitùs aſſumſerat illud medicamentum; iuſſi illud continuari, et veſperi, vt occuparem, iuſſi vt aſſumeret ſcrup. j. pulu. Kent.

Sept. 5. et 6. Eadem continuaui, et videbatur conualeſcere.

## *Tertiana duplicata cum bilis vomitu.*

Sept. 1. Vir 27. annorum per 8. dies laborauit febre, primo tertiana, deinde quotidiana facta, cum dolore capitis, et vomitu continuo. Lingua flaueſcebat:

 ſitis

ſitis ſatis magna. Cum haec omnia ſigna darent bilioſae cuiuſdam materiae iuxta hypochondria ſtabulantis, nec vllus inflammationis vel plethorae metus adeſſe videretur, conſului, vt vomitorium ex ſcrup. ij. ipecacuanhae ſumeret; vomitu finito caperet elaeoſacch. cinnamomi cum grano op. ex vncia vini.

Sept. 2. Vomuit ſatis commode, et quater aluum depoſuit cum leuamine; lingua tamen amareſcens et ſubflaua, dolor capitis aliqualis, vomitus tamen ceſſauerat, et multum inde emolumenti habebat. Vrina rubra erat cum parua nubecula. Dedi mixt. ex rob. ribeſ. ſambuc. ſale polychr. etc. vt ſi quid ibi haereret putridi, abluere poſſem et corrigere.

Sept. 3. Vomuit adhuc aliquoties, ſed non multum. Diarrhoea ſatis magna, ſed cum leuamine. De nocte bene dormiuit. Lingua erat pallida, ſitis minor. Dedi roborans medicament. ex tinctura cinnamomi, diaſc. Sylu. etc. cochleatim vſurpandum.

Sept. 4. Omnia meliora erant. Lingua adhuc parum ſubfuſca: appetitus proſtratus. Dedi roborans ſtomachicum medicamentum. Conualuit.

---

1728.

## *Conſtitutio anni* 1728.

Verno tempore tertianae miſſione ſanguinis, leni purgante, et dein ſerpent etc. feliciter curatae.

Peripneumoniae ſubitiſſime ſuppurandae, et tunc ſe per ſputa euacuantes.

Pleuritides, anginae, tamen non mali moris, ſed Maio, Iunio menſe, calidiſſima tempeſtate pruritus ferini multi poſt ſudores, inflammatis folliculis cutaneis, purgantibus antiphlog. et victui molli cedebant; tamen aliquando mora moleſti.

Qui ab autumnali morbo anni praecedentis male per corticem febre intempeſtiue ſuffocata, curati fuerant, recidiuas paſſi ſunt, multi rupto hepate, calore verno mota materie, perierunt vomitu et diarrhoea ſanguinis.

Hinc inde variolae, ſed diſtinctae penitus, et boni moris, quatenus mihi obſeruare licuit, vti et morbilli ſatis benigni.

Iulio. Diarrhoeae putridae ſine multa febre in dyſſenterias mutandae, crem. tartari tamarind. etc. ſimilibus, abſtinentia a carnibus et ouis, victu antiſept. curabiles, et in fine diacodiatis.

Si diu iam duraſſet morbus, magna copia bolus armena data profuit, adhuc febres tertianae mitis ingenii hinc inde, ſed parcae reperiebantur.

Vidi etiam aliquos aegros eriſipelate laborantes bullato, cui V. S. et antiphlogiſtica cum diacod. veſperi adhibito, profuerunt.

Vidi hinc inde variolas et morbillos, ſed boni moris.

Circa finem huius menſis febres ardentes incepi videre, et adhuc tertianas, et intermittentes geminatas, quae linguam nigram, et magna dabant putredinis ſigna.

Aug. Inceperunt iterum oriri febres, ſed alterius indolis; videbantur ad tertianarum naturam accedere, licet typum ſuum non adeo nitide obſeruauerint; erat anxietas magna, conatus aſſiduus ad vomendum, aliquando et diarrhoea putrida.

Vidi omnibus collatis, morbum eſſe ſimilis indolis, ac praeteriti anni. Dedi in principio morbi vomitor. ex ipecac., ſi aliquid inflammationis vel plethora, vel ſummus dolor capitis vrgeret, praemiſi V. S. aliquando repetiui vomitoria; poſtea dedi purgant. antiphlog. acida ex tamarind. crem. tartari ſal. polychr. rob. ſamb. ribeſ. etc.

Quando nullus aderat vomendi conatus, ſed anxietas ſola, purgante ſatis forti deturbabam per aluum vt dr. j. pil. coch. diſſol. in aq. deſtill. pro hauſtu.

Euacuationibus praegreſſis, ſi vrgebant inſomnia, dabam veſperi diacodiatum.

Si tunc his factis febricula adhuc durabat, tertianae typum ſeruans, dedi infuſ. ſerpent. contraieru. ſal. polychr. etc.

Videbatur corrupta bilis hanc tragoediam facere, hoc docebant nauſea, vomitus, et egeſta bilis, aliquando flaua inſtar vitelli ouorum, aliquando porracea, quae, ſi intraret ſanguinem, faciebat dolores capitis enormes.

In ſenioribus quibuſdam vidi tertianas talibus non ſtipatas ſymptomatibus, ſed anticipantes tempus paroxyſmi.

Vrinae

Vrinae in febribus illis biliofis non erant admodum rubrae, nec multum dabant fubfidentiae, fed leuem tantum nubeculam plerumque, nec fanguis miffus habebat cruftam inflammatoriam.

Curatis ab his febribus confului vinum abfinthites, vel fimile bilem fupplens; nam videbantur proni futuri in morbos a defectu bilis oriundos, et fimul 3 feptimanis iuffi repeti purgationem ex pil. coch. Ruff. etc.

Hinc inde morbillos vidi, infantes occupantes, fed nullum inde mortuum. Poftea faepe remanfit molefta tuffis, quando in initio neglexerant.

Ruri dominabantur variolae fatis benignae.

Hinc inde morbi fporadici dominabantur, vt pleuritides, fynochi putridae, a calore humido, nunc praedominante.

Videbatur et alius morbus hinc inde vagari; homines in fummis aeftibus fitibundi, ingentem copiam aquofi potus affatim haufcrant, et videbatur inde tota fanguinis crafis fic debilitata effe, vt nimis tenuis fanguis effet, languebant, incipiebant vafa collabi, diffluebant fudoribus, pallebant, quafi, fimul putridus in ore fapor percipiebatur; credidi illa, quae fanguinem compingerent, et fimul putredini refifterent, profutura effe; hinc dedi tinct. cinnamomi cum fp. nitr. dulc. fyr. myrtin. etc. Confului moderatum vfum vini rubri aufteri.

Sept. Febres illae biliofae tamen videbantur effe mitioris indolis, quam praecedentis anni, et facilius fuccedebant per aluum euacuationes in his, quam in praecedentibus.

Si hae febres non curatae in initio per aliquod tempus pergebant sibi relictae, aegri incidebant saepe in diarrhoeam singulis paroxysmis recrudescentem, et dein in aphthas albas cito deciduas, sed tunc magnum sensum asperitatis relinquentes.

Subortae sunt hinc inde quartanae, vti videbatur, purae, sed in quibus leuia purgantia, vt tamarind. rob. sambuc. sal. polychr. etc. incredibiliter profuerunt.

Post curatas febres vina amara cum pill. laxantibus ex rheo etc. profuerunt, imo et has pilulas ex rheo, gumm. sagap. terebinth. etiam cum vino cort. peruu. exhibui.

Octob. Fere omnia eodem mòdo perrexerunt, nisi quod a febribus intermittentibus curatis necesse fuerit exhiberi illa, quae contra frigus muniunt, vt zingiber conditum, theriac. diatessaron etc.

Tempus fuit pluuiosum et humidum, et circa finem huius mensis multis et puerulis et adultioribus oriebantur putridae corruptiones gingiuarum, quae nisi sistebantur mixt. ex sp. salis tinct. myrrh. etc. pessima fiebat erosio.

Nov. Numerus aegrotantium cepit minui, ego incepi aegrotare tértiana, lente subrepente, sumsi purgans ex rheo, stib. diaphor. et scammon. ante accessum, qualem puluerem pluribus videram profuisse: quater deposueram aluum cum leuamine, sed tunc praxi obrutus, me ipsum negligens, febris incepit augeri, et semel cum vomitu validam febrim habui. Cl. Boerh. consuluit, vt die leniori sumerem mixturam ex ℔ j. aq.

rut.

rut. vnc. ij. oxym. ſcill. ſal. polychr. dr. ij. deinde 3 horis ante paroxyſmum infuſ. ex quatuor ſcrup. ipecac. ¼ horae in aq. decoctis cum regimine, deinde poſtea potarem vinum rhenanum, cum aqua et cort. citri; ſtatim ſublata febris fuit, et conualui: poſtea per aliquod tempus infuſo abſinthii vſus ſum.

Tempeſtate ex frigida in calidam ſaepe ſubito mutata grauedines et coryzae oriebantur.

Variolae ſatis multae numero ortae fuerunt, inter quas et multae ſatis funeſtae, cum dolore lumborum intolerabili incipientes cum vomitu, dolore artuum vlceroſo etc. quae me hoc bilis vomitu ſemel deceperunt, nam credebam morbum ad febres epidemicas autumnales pertinere, tamen ob inſignem calorem ante eruptionem 3 die venam ſecui, et ſanguis erat pleuriticorum, poſtea confluentes erumpebant, et periit male morigera conſiliis, forte tamen et aliter periiſſet.

Illae corruptiones gangraenoſae foetidiſſimae oris et genarum pergebant, et hic et per totum fere Belgium.

Dec. Frigus intenſum; hinc inde quartanae, nec vllae aliae febres apparuerunt, niſi hinc inde febres rheumaticae, cum ſummis artuum doloribus, et quidem hinc inde lethales.

Variolae pergebant, ſed vtcunque mitiores.

## *Tertiana.*

April. 3. Filia ſerua 31 annorum laborauerat febre epidemica autumnali praegreſſa, frigidae vt videbatur temperiei, incidit die 1. April in febrim cum doloribus

loribus ventris et oppressione circa praecordia: haec hodie reuersa fuit 4 horis citius: anxietas magna et sitis, vomuit bilem flauam aliqua copia, lingua erat satis humida, sed laborabat hernia intestinali in inguine, hinc non ausus fui dare vomitorium fortius, sed dedi oxymel. scillit. ℥iv. sal. polychrest. dr. j. dilutas in aq. hordei ℔ j. cum aq. citri ℥ iß.

April. 4. Postquam assumserat hoc medicamentum, post meridiem hora quarta post magnas anxietates incepit euomere magnam copiam bilis amarae, nigricantis, vt dixit; post vomuit bilem flauam, vrina rubra erat admodum, menses proruperant, sine febre erat, bene se habens; quia tamen timebam, nequid similis materiae haereret in intestinis, dedi purgans ex tamarindis et crem. tartari.

April. 5. Octies deposuit aluum cum leuamine, febris rediit hora prima nocturna, sitis magna, lingua parum obfuscata, vrina subturbida. Dedi iulap. ex syr. violar. lap. prunell. etc.

April. 6. Bene se habuit ab hoc medicamento, et nunc erat apyrexia perfecta, omnia meliora erant, dedi infusum ex rad. serpentar. contrajeru. etc.

April. 7. Febris paroxysmus hac nocte redierat, tamen multo minus validus, reliqua erant bona, iussi idem continuari, vt sic leni hoc stimulo adiuta natura expediret reliqua.

April. 9. Inueni illam se satis bene habentem, vix febricitantem; lingua erat humida, vrina turbata erat, et subsidebat. Vti videtur: reliqua bona erant.

Dedi

Dedi conditum ex ſale polychreſto, ſerpent. virg. myrrh. et zingib. condito, vt leuis alui ſolutio, et viſcerum roboratio fieret.

### *Tertiana.*

April. 5. Puella 24 annorum ſanguineae, vti videbatur, temperiei, laborauerat leuiter morbo epidemico autumnali praegreſſo, cum vomitu. Nunc incidit in febrim tertianam intermittentem: heri febris valida erat, hodie mane adhuc pulſus ſolito celerior, lingua ſatis humida, dolor circa hypochondria. Dedi purgans ex dr. ß. pil. cochl. diſſolutis in aq. citri etc.

April. 6. Heri purgata eſt ſatis bene: lingua albeſcebat leuiter, pulſus celerior parum. Dum artus porrigebat, tremebat: color bonus; hodie febrim expectabam. Dedi iulap. refrigerans.

April. 7. Febre caruit: perterrefacta, tremebat adhuc, forte a debilitate aliquali. Dedi tincturae ſuccin. dr. iv. tincturae ſal. tart. vnciam, guttatim vſurpandam.

### *Febris continua.*

April. 5. Antea laborauerat vomica renali ſiniſtri renis, et magnam copiam amurcoſae materiae depoſuerat; corpus repletum multis inertibus mucoſis humoribus facile corrumpendis, ſudor copioſus, lingua humida, aetas 50 annor. circiter, vita otioſa, incidit in febriculam, et vrina erat tota feculenta ſtriis quaſi mucoſis. Conſuluerat Cl. Boerh. ante 3 vel 4 dies mixturam ex dr. iv. ſal. polychreſt. dr. ß. pil. cochl. ſyr. cich. c.

rheo ℥iß. aq. foenic. ℥vij. a qua ſurſum et deorſum copioſas habuit euacuationes. Poſtea dedit mixt. ex rob. ribeſ. ſambuc. etc. Ego hodie aduocatus inueni ſimilem vrinam, linguam humidam, ſudorem copioſum, leuem febriculam, et conquerebatur de inſomniis. Dedi leue emulſ. ex amygdal. dulcibus et amaris cum melle, et pauxillo ſyr. diacod. Conſului D. Boerh. qui in ſimilibus corporibus, vbi copia materiae facile putreſcentis aderat, nil plus prodeſſe dixit, quam purgantia illa antiſeptica, quibus niſi euacuetur per febrim corrupta, magnos ſolet facere morbos.

Hac veſpera de capitis perturbatione conquerebatur, tuſſis moleſta aderat, hinc metuebam, ne iners haec materia in caput, vel pulmones rapta decumberet: aluus iam per 3 dies vix quidquam depoſuerat: iuſſi clyſma ex melle mercur. ac ſale gemmae imponi, et dedi mixt. ex ſal. prunell. ſyr. rub. idaei etc.

Apr. 6. Mane inueni linguam humidam, vrinam turbidam, et ſordibus repletam: magna moleſtia depoſuerat feces induratas nigras, et poſtea dormiuerat per 4 horas. Pulſus erat febrilis leuiter, calor ſatis magnus, ſed humidus, tuſſis aderat. Dederat Cl. Boerh. mixt. ex rob. ribeſ. ſambuc. etc.

Apr. 7. Nox moleſta fuerat, cum anxietate, ita, vt erecta ſedere cogeretur, aliquando frigus nunc erat, et horror, nunc iterum calor. Febris pergebet eodem tramite. Lingua humida, reliqua vt ante, et in iiſdem continuaui.

Veſperi

Vefperi inueni omnia fere eadem, fordes in vrina magis fubactas. Perrexi in iifdem: febris continuo aderat, fed non admodum intenfa.

Apr. 8. Vrina adhuc habebat fordes illas mucofas: pulfus debilis, fed tamen vtcunque febrilis: lingua humida, tuffis aderat, et leuis, quafi incipiens fopor. Alvum depofuerat fufcis, et duris fecibus. Dedi rob. ribef. ℥ij. oxym. ℥j. fal. polychr. dr. iß aq. meliff. ℥viij. citri ℥ij. pro cibo, decoctum panis cum vino rhenano.

Vefperi inueni fere omnia eadem: calor moderatus, et ad thermometrum fano calore minor potius; credidi, an non conueniret parum incitans medicamentum exhibere, fed non feci, quia expetebat mixtur. ex rob. ribef. et fambuc. Cl. Boerh. a qua fe mirum leuamen fentire affirmabat, quod conceffi.

Apr. 9. Vrina adhuc fordida, nox molefta, dolor circa renem dextrum, vbi antea vomica fuerat, pulfus non admodum febrilis. Confuluit Cl. Boerh. decoct. ex rad. bardan. foenic. petrofel. gram. glycyrrhizae.

Vefperi inueni omnia eadem: calor ad thermometrum minor.

Apr. 10. Aluum depofuit magna copia, emiffis fecibus fufcis; heri ingens aeftus fuerat, et hodie mane tonitru illam turbauerat meticulofam: vrina eadem adhuc, mucofam, limofam, albicantem materiem continens. Dolor in dextro rene minor. Dedi fimile decoctum cum melle.

Vefperi calor erat ad thermometrum auctus, perrexit in vfu huius decocti; vrina leuiter fubrubri coloris,

cum

cum nubecula quaſi, vel ſaltem parum admodum feculenti, tenacioris: omnia meliora. Lingua humida, caput leue, vt dicunt. Conſului ſitum corporis erectum.

Apr. 11. Nox moderate quieta: vrina erat magis iterum ſordida, ſed tamen ſordibus minus mucoſis, et magis quaſi attenuatis: lingua eadem, pulſus idem fere; perrexi in iiſdem, conquerebatur de dolore grauatiuo crurum.

Veſperi inueni vrinam mane mictam, depoſitis ſordibus mucoſis impraegnatam, et vrinam minxerat ſubrubram, quae non adeo ſordida apparebat. Siccitatis et aſperitatis ſenſus in faucibus, cum ſiti maiori, ſenſus debilitatis. Dedi vnc. jß. ſyr. viol. vnc. j. ſucc. aurant. vlyſip. cum aq. meliſſ. ſp. nitr. dulcis.

Apr. 12. Nox moderate quieta, dolor circa dextrum renem, moleſtus iam euanidus; vrina, quae heri veſperi talem nubeculam habebat, ſic remanſit. Siccitas faucium longe minor, calor moderatus, lingua humida, neque multum impura, pulſus ſatis bonus; alui excrementa depoſuerat fuſca, tenacia valde; in iiſdem perrexi.

Veſperi omnia eadem, ſed hora quarta horrorem quemdam ſenſerat: lingua humida moderate, aſperitas in faucibus, vrina, quam hodie mane dimiſerat, tota ſordida, ſtriis lentis mucoſis. Poſt meridiem dimiſit vrinam, tantum nubeculam habentem, vix turbandam. Dedi mixtur. ex ſucc. ſemperuiui, ſyr. viol. ana vnc. iß. aq. meliſſ. naphae, ſp. nitr. dulc.

Apr. 13.

Apr. 13. Nox quieta, faucium aſperitas. Heri veſperi frigus ſenſerat, cum inſequenti calore, vrina ſubrubra, non admodum colorata, nubeculam tantum continens, febris parua: cum moleſtia aluum depoſuerat, parum ſubnigrae, tenaciſſimae fecis egerens. In iiſdem continuaui. Ab incipiente tonitru perculſa aluum ſtatim depoſuit, ſimilem egerens materiem, lingua moderate humida, vrina longe melior, nec habens ſtrigmenta illa mucoſa; dum quid aſſumebat, vomebat, debilitato nempe ventriculo. Conſului Cl. Boerh. qui, cum vires vix quid inſurrexiſſent, credidit, vinum plus poſſe concedi, et cardiaca dari, dein viribus inſurgentibus dari purgantia leuia ex tamar. ſal. polychr. etc.

Apr. 14. Inueni vrinam ſubrubram, nubeculam tantum continentem: nox quieta ſatis fuerat, nec illi ſudores aderant; dedi infuſ. ex contraierua, cort. citr. aq. citr. vino rhenano et diaetam inſtaurantem antiſepticam ſuaſi. Haec vrina veſpera dederat ſedimentum, ſed longe facilius miſcibile, neque adeo tenax, et fundum non penitus tangebat, ſed quieſcebat in illo loco, vbi erat; nihil ſumſerat de hoc infuſo: vrina ſimili nubecula praedita, alui excrementa minus fuſca, pulſus vt ante.

Apr. 15. Inueni pulſum parum auctiorem, linguam vt ante, capitis dolor, nox quieta fuerat, calor 94. grad. perrexi in eodem medicamento, ſed parcius dato. Vrinam nubeculam continebat, vti et hoc veſperi idem phaenomenon apparebat. Conquerebatur de debilitate,

litate, miro incommodo per totum corpus, et ſenſu vellicationis. Credidi critica eſſe ſigna.

Apr. 16. Nullum vidi euacuationis criticae ſecuturae ſignum, omnia enim priora euanuerant, vrina iterum non admodum rubra, leuem tantum dabat nubeculam, lingua humida, pulſus melior, reſpiratio commoda; hinc credidi, omnia in melius tendere, iuſſi interpolatis vicibus aliquid praecedentis cardiaci dari.

Hoc veſperi ſe ſatis commode habebat, niſi quod conquereretur de deglutitione laeſa, in ſiniſtra parte faucium, vbi tonſilla rubebat: dedi leue emulſum: depoſuerat aluum magis naturali colore: vrina parum rubicunda, leuem tantum dabat nubeculam.

Apr. 17. Noctem duxit inſomnem, fauces leniter inflammatae et tumentes, vrina limpida, cum parua nubecula, horrores vagi adhuc adfuerant, et capitis leuitas quaſi. Dedi decoctum leue ex fl. altneae, rad. gramin. melle, ſale polychr. veſperi fauces erant inflammatae, et tonſillae tumentes, ſic, vt fere contiguae forent; hinc dedi gargariſma ex fl. balauſt. et melle.

Apr. 18. Se melius habuit in omnibus; vrina eadem, ſed cum moleſtia depoſuerat aluum, hinc credidi, conducere clyſma ex ſale gemm. ſyr. alth. et oleo; a clyſmate cum moleſtia depoſuerat materiem paucam, tenacem, duram, in globos conuolutam, et dein ſequebatur magna phlegmatis mucoſi copia, debilis videbatur penitus et incipiebat tumere plus abdomen. Dedi cardiacum ex aq. cinnamomi cort. citr. aurant. ſyr. viol. et ſale polychreſto.

Apr. 19.

Apr. 19. De nocte ſe melius habuerat, vrina tenuis, vt ante, tamen in fundo paulo maiorem tenacis muci copiam depoſuerat, faucium euanuerat dolor. Dedi idem, et conſului Cl. Boerh. qui rogauit, an putredinis ſigna adeſſent: dixi, non; nam nec ſitis, nec alia aderant, ſed monuit et pulſus vacillationem, et intermiſſionem hoc docere, qui tamen non aderat; hinc dixit. gr. xij. pil. Ruff. conuenire mane.

Apr. 20. Nox inquieta fuerat: vrina tenuis cum nubecula, lingua humida: iuſſi vinum rhenanum potari acetoſ. in cibo, et gr. xij. pilul. Ruff. vnde ſemel depoſuit foetidam, fuſcam materiam.

Apr. 21. Poſtea adhuc ter depoſuit materiam ſimilem, niſi quod aliquantum ſpumoſa eſſet, vrina leuiter ſordida: ſenſit de die aliquando ſummum frigus pedum, et capitis leuitatem. In vrina hodie emiſſa notabilis copia glutinis, inſtar olei fuſi ſubſidebat. Dedi mixt. ex ſyr. viol. ſucc. citr. etc.

Apr. 22. Nox inquieta, et dixerat ſe laboraſſe febre, et conquerebatur de dolore inflammatorio palpebrarum; vrina tenuis, habebat parum illius ſedimenti mucoſi inſtar olei liquefacti in fundo fluitantis; dedi gr. xij. pil. Ruff. veſperi nondum depoſuerat inde aluum. Dedi cardiacum ex ſucco citri, pomor. chinenſ. ſyr. violar. lap. prunell. etc.

Apr. 23. Hac nocte quater depoſuerat aluum ſpumoſam virideſcentem, et tenacem admodum, et poſt purgationem perrexit in vſu cardiaci; dixit, ſibi familiare eſſe, poſt purgationem ſentire abdomen vtcunque

magis

magis inflatum, vrina erat limpida, tenuis, cum parua hypoſtaſi. In iiſdem perrexi.

Apr. 24. Melius dormiuerat, quam antea: pulſus fortior, et calor maior. In iiſdem perſtiti, dando elaeoſach. cinnamomi et citri cum pauxillo contraieru. ſpecie pulueris.

Apr. 25. Satis incommode ſe inde habuerat, et de maiori calore, ſiti etc. conquerebatur, vrina erat limpida, tenuis, ſubflaueſcens quaſi, cum leui nubecula verſus fundum, aliquid ſubfuſcum, tenax, glutinoſum aluo depoſuerat. Dedi mixt. ex ſyr. citr. ſale polychreſto etc.

Apr. 26. Hodie calor erat 96. grad. nox melior, pulſus maior, et celerior, lingua nitida ſatis, tamen ſitis aderat; in iiſdem perrexi: vrina eadem, tamen corpus difficilius; et cum maiori tarditate mouebat. Dedi mixt. ex ſucco pomorum chinenſ. ſyr. violar. ſal. polychr. ſucc. citr. aq. meliſſ. cinnamomi.

Apr. 27. Nox inquieta admodum, palpitationes cordis, et anxietates ſummae, pulſus debilior. Poſtquam haec aliquamdiu durauerant, incidit in vomitum, vnde aliquod leuamen: vrina eadem, et ſentiebat adhuc quaſi ſenſum fluctuantis pituitae circa ventriculum: vix tamen poterat ſe mouere in lecto, quia videbantur vires oriri non a corpore exhauſto, nam plenum erat humoribus, ſed a defectu mobiliſſimi liquidi; conſuluit Cl. B. decoctum ex carne pulli, agni, bouis, vituli, cum ſucco aurantior. et aq. cort. citr. cinnamomi rob. ribeſ. ſyr. violar. ſp. vitr. Math. nitr. dulc. etc.

Apr. 28.

Apr. 28. Bis vomuerat cum ſumma anxietate, et animi quaſi deliquiis: vrina magis ſordida erat, extremitates nunc calebant, nunc frigebant: in iiſdem perſtiti, veſperi inueni vrinam adhuc eandem, anxietatem ſimilem, pulſum tamen adhuc ſatis bonum, dedi ſimilia.

Apr. 29. Pulſus bonus ſed debilis, vrina magis ſordida, nox moderate quieta, lingua humida, in iiſdem perrexi.

Apr. 30. Debilis adhuc: feces alui fuſcae, tenaces, foetidae, vrina magis ſordida; dedi infuſ. cort. citr. rhei dr. ß. coſti etc. vt et vires erigerem, et leni ſtimulo aluum ſollicitarem.

Maius 1. Omnia fere eadem, in ſimili vſu huius medicamenti perrexi.

Mai. 2. Omnia eodem modo ſe habebant. In iisdem perrexi, Cl. Boerh. conſuluit dr. ii. crem. tartari ſingulo mane ſumendas.

Mai. 3. Hac nocte anxia fuit et ſudauit, et animi deliquia habuit. Sumſit dr. ij. crem. tart. et Cl. Boerh. vetuit, ne vllum ius carnium ſumeret: depoſuit aluum foetidam.

Mai. 4. Depoſuit aluum liquidam, fuſcam, et foetidiſſimam, vrina tenuis non ſordida. Dedi cardiac. ex aq. cort. aurant: citri, cinnamomi etc. iterum ſumſit dr. ij. crem. tartari.

Mai. 5. Depoſuit aluum ſimiliter: iterum ſumſerat dr. ij. crem. tart., vrina vt ante tenuis, hodie veſperi febricitabat ſatis acriter, ſed tamen ſine malis ſymptomatibus, et ſudabat profuſe.

Mai. 6. Sumſit dr. ij. crem. tart., et depoſuit alvum ſimili vt ante materie, languebat hodie, hinc dedi cardiacum ex aq. alexiph. vitae Math. cort. citri aur. ſyr. viol.

Mai. 7. Commode habebat, conſului Cl. Boerh. qui voluit eadem repetenda.

Mai. 8. Sumſit dr. ij. crem. tart. et inde depoſuit magnam copiam materiae foetidae, fuſcae; veſperi dedi gtt. x. laud. liq.

Mai. 9. De nocte ſe ſatis bene habuit. Dedi ſimilia, nempe crem. tart. ſemel depoſuit alvum foetidam, veſperi dedi cardiacum vt 24 April.

Mai. 10. Iterum ſumſit crem. tart. et depoſuit alvum vt ante; reliqua eadem.

Mai. 11. Iterum ſumſit crem. tartari.

Mai. 12. Anxia fuerat ſummopere tota nocte, nec dormiuerat; aluum depoſuit foetidam, vt ante, nec vires inſurgebant.

Mai. 13. Dedi iterum crem. tartari.

Poſtquam ſimili fere modo per aliquot tempus ſe habuerat, et in ſimilibus perrexeramus, credidit Cl. B. tempeſtiuum eſſe obſtructa reſerare viſcera, datis pil. ex rhabarb. terebinth. ſale polychr. interpoſito hinc inde purgante fortiori ex rhabarb. tamarind. etc. Sic ingentem copiam repetitis vicibus, foetidiſſimae, fuſcae, atrabilaris materiae depoſuit, dum interim vino rhenano, fructibus horaeis, iure carnium macilento, cum ſucco citri vteretur.

Tandem

Tandem cum cereum appareret totum corpus, confuluit aquas Spadanas vfurpandas, in prandio fumendas carnes affas, in coena fructus, cum vino rhenano.

*Febris continua.*

April. 5. Mulier 57. annorum poft anxietatem circa praecordia incepit laborare febre, et vomere bilem, vna aluum depofuit: continua ad vomitum irritatio manebat: nulla plethora, nulla maioris febris indicia. Dedi vomitor. ex ipecac. fuperbibendo mulfum; vefperi iuffi dari elaeofacch. citri, cum grano laudani.

Apr. 6. Vomuit fumma cum anxietate, et bilis amarorem percepit; de nocte bene dormiuit: pulfus debilis, vtcunque tamen celerior, leuitas capitis, et tumor quafi aderat. Vrina pauca, turbida; dedi mixt. ex rob. ribef. fambuc. etc.

Apr. 7. Talem mixturam cum naufea affumfit, medicamenta refpuens, nec vomuit, nec aluum depofuit, vrina fubrubra, leuiter turbata, fed vti videtur, plus turbanda. Lingua humida, fatis fubalbicans; pulfus debilis, nec celer admodum, refpiratio commoda, anxietas circa praecordia, tremor ex debilitate, qui et antea faepe adfuerat: cum medicamenta refpueret, dedi paru. mixt. ex tinctura cinnamomi, fyr. citr. aq. cort. citr. etc. fuperbibendo lac ebutyratum.

Apr. 8. Sed et hoc medicamentum affumfit cum naufea, morofa penitus, dedi nihil, nifi hydrogalam cum melle: vrina fubrubra erat, leuiter turbida, pul-

ſus parum auctior, nec tamen multum febrilis, lingua humida.

Apr. 9. Vrina parca, turbida, ſine ſedimento, nihil aſſumere voluit medicamentorum: pulſus debilis ſed bonus et ordinatus, lingua humida, dum ſurgebat a debilitate tremor: iuſſi victus rationem antiſepticam et reſtaurantem.

## *Cardialgia.*

Apr. 10. Filia 12 annorum, ſanguineae, vti videbatur, temperiei, ante aliquot dies incepit laborare cardialgia, ſiue dolore circa ſcrobiculum cordis. Heri dies fuit ſolito multo calidior; poſt horrores correpta fuit febre, nox inquieta, pulſus citatior, lingua humida, ſubflaueſcens, leuiter tantum ſitis; dolor capitis. Cum ille dolor circa ſcrobiculum cordis ſuſpicionem alicuius latitantis morbilloſi iniiceret, (variolis enim iam defunctam teſtabantur) nihil auſus mouere, cum febris videretur continua, dedi aq. hord. cum ſyr. viol. ſucci citr. nitr. antimon. etc.

Apr. 11. Dolor ille ad ipſum tactum auctus manſerat, heri hora 7 veſpertina exacerbatio quaedam facta fuerat; calor 92 grad. in thermometro, lingua cruſta ſubflaua putreſcente obducta erat, ſapor minus amarus quam heri, perrexi in iiſdem.

Apr. 12. Lingua adhuc ſubflaueſcens, febris nulla, omnia meliora, nullum veſtigium varioloſum vel morbillorum apparuit, perrexi in iiſdem.

Apr. 13.

Apr. 13. Omnia redibant ad ſtatum naturalem, ſed quia aliqua de vermibus ſuſpicio aderat, conſului cras ſumendum leue purgans ex ſcammon. gr. viij.

Apr. 16. Poſt hunc pulu. quinquies aluum depoſuit, cum leuamine; reliqua omnia redierunt ad ſtatum naturalem, ventriculi aliqua debilitas et cardialgia remanſit, quae amaris, et limat. Martis in cereuiſia infuſis poterant fugari.

## *Pleuritis.*

Apr. 12. Heri attulerant vrinam craſſam non admodum, ſed penitus turbatam, et opacam, viri 36. annorum, vegeti, laborioſi, qui, vti ex hiſtoria morbi relata patebat, poſt commeſſationem, et calorem aeris maiorem, inciderat in febrim acutam inflammatoriam. Conſulueram tunc V. S. et mixt. ex rob. ſambuc. ribeſ. etc. dedi. Conqueſtum dicebant de anxietate et dolore circa praecordia, idem 10. April iuſſu Cl. Boerh. iam factum fuerat, et ſimilis mixtura praeſcripta. Hodie aduenìens vidi, moroſum chirurgum prius repugnaſſe, dein pauca copia eduxiſſe ſanguinem, donec alter aduenìens pleniori riuo eduxerat; ſanguis erat pleuriticus, et ſenſerat dolorem etiam pleuriticum. Vrina turbata, penitus ſubflaua, ſed iam ſubſidentiam minitabatur; calor faciei ruber, ſibi ſatis conſtabat, lingua videbatur antea ſiccior fuiſſe, nunc incipiebat humeſcere in medio, adhuc ad latera ſubfuſca, in cubili clauſo iacens ſudabat profuſe; hoc prohibui, ne liquido difflato vlterius inſpiſſaretur in concretionem tendens ſanguis, pulſus et reſpiratio bona,

calor aequabilis, nec ſuperans calorem ſani hominis; ſputa flaueſcentia, ſubfuſca, craſſa reddiderat cum leuamine; praedixi ſalutem, iuſſi aerem liberum, victum acidiuſculum, farinoſum, emulſionem ſimilem, quietem, pediluuia, quia leuibus ſignis incipientis comatis vigilis infeſtabatur.

Apr. 13. Heri attulerunt vrinam ſubturbidam, et teſtabantur omnia meliora fuiſſe. In iiſdem pergendum cenſui.

Apr. 15. Hodie attulerunt vrinam limpidam ſtramineam, ſputa minuebantur, omnia fiebant magis naturalia, dolor aliquis in latere remanebat. Dedi decoct. ex alth. cum ſemin. foenic. et ſyr. alth. vt aroma emollientibus miſtum parum expediret. Conualuit.

## *Febris continua cum diarrhoea putrida.*

Apr. 10. Mulier 64. annorum adhuc ſatis firma apparens, nephriticis ante laborauerat doloribus, et calculos mingendo depoſuerat, die 8. Aprilis incepit laborare dolore lumborum, ad abdomen vſque porrecto; applicatis aſſeribus calidis parum ceſſit malum, ſed nunc verſus inferiora abdominis porrigebatur. Febris ſatis magna, gradus thermom. 102. In pulſu hinc inde aliqua intermiſſio erat, ſed admodum parua, ſic, vt poſt 7 pulſus recurreret, aliquando nequidem poſt viginti. Lingua polita; non auſus fui V. S. ob aetatem, ſed dedi emulſum ex ſem. cucumer. cum parua quantitate ſyr. diacod.

Apr. 11.

Apr. 11. Hora nona accedens inueni febrim minorem, calorem 98. grad. nihil intermittentis in pulſu. Lingua erat humidior; dolor minor ventris, capitis dolor fuerat auctus, vix dormiuerat: conſului ſitum corporis erectum, balneum pedum, victum ex farinoſis antiſepticum, et ſimile medicamentum.

Apr. 12. Inueni pulſum febrilem, vrinam non admodum rubram, leuiter incipientem opacari, cum tamen per longum tempus ſteterat. Lingua ſicca, et glabra, dolor capitis et abdominis heri hora 12 recruduit, totum corpus laſſum, et quaſi fractum, a calidis aſſeribus, abdomini applicatis, ſenſerat leuamen. Dedi mixt. ex ſyr. viol. fl. rhoead. lap. prunell. etc.

Apr. 13. Heri hora 12 frigus febrile ſe ſenſiſſe affirmauit, depoſuit bis aluum cum leuamine; vrina non adeo rubra erat, ſubturbida, pulſus febrilis, lingua humidior, dormiuit vtcunque, appetitus nondum inualuit; eadem dedi.

Apr. 14. Non quaeſiuit idem medicamentum: depoſuit octies aluum, cum leuamine heri, poſtquam diſceſſeram; dolor enim ventris imminutus erat, vrina vt heri, dolor capitis remanſerat. Dedi ſyr. diacod. ℥j. cum aq. citr. ℥v.

Apr. 15. Heri poſtquam diſceſſeram, adhuc ſemel aluum depoſuerat liquidam, hodie adhuc bis magna copia, cum ſenſu leuaminis; pulſus celer erat, ſed debilis, vrina rubra cum nubecula circa fundum. Dedi idem medicamentum.

Apr. 16. Noctem molestam habuit, sitis adhuc aderat, lingua tamen non apparebat adeo sicca, pulsus adhuc celer erat, dolor abdominis euanuerat, vti et capitis dolor, sed oculi adhuc dolebant, deiectiones paucae, et spumosae; credidi roborans medicamentum subacidulum vna cum leui diacodiato conducere, hinc dedi infus. ex ros. rubris dr. iv. fl. balaust. dr. j. c. syr. diacod. et sp. nitri dulcis.

Apr. 17. Vomuit heri multa glutinosa, et similia aluo deposuit cum leuamine: hoc medicamentum fere consumserat; vrina leniter erat opaca, pulsus celerior parum, lingua humida: nihil dedi.

Apr. 19. Die 17. huius se bene habuerat. Heri circa 12 horam febris cum sensu magno frigoris, et deinde calore magno insequente. Vrina parca quantitate emissa sedimentum habebat copiosum, sed adeo tenerum, vt quasi oleum tartari sub alcohole fluens appareret, sed tam tenerum, vt facile motu misceretur. Alui fluxus adhuc durat: noctes irrequietae. Dedi sal polychrest. cum syr. diacod. in mixtura.

Apr. 20. Pulsus adhuc solito celerior, vrina subrubra leuiter cum simili sedimento vt heri, sitis satis magna: alui fluxus fuscus adhuc durat, nox fueret inquieta. Dedi sp. nitri dulc. magna copia in mixtura.

Apr. 22. Diarrhoea illa adhuc durat vtcunque, sed cum leuamine, et omnia videbantur tendere in sanitatem.

*Tertiana*

## *Tertiana.*

Apr. 12. Vir 29 annorum liberalius viuens post laſſitudines ſpontaneas, per vnum vel alterum diem perceptas, hodie correptus fuit febre, cum ingenti frigoris ſenſu, poſt ſucceſſit calor 200 graduum, dolor capitis, facies magna, turgida, rubra, lingua ſubalbicans, pulſus mediocris. Credidi eſſe intermittentem, dedi oxymel ſimplex, lap. prunell. et aq. hord. laborauerat morbo autumnali epidemico.

Apr. 13. Vrina non erat admodum rubra, lingua leuiter albicans, reſpiratio commoda, et pulſus non febrilis: ſudauerat multum de nocte, et dolor quaſi obtuſus lumborum remanſit; hinc concluſi de genere intermittentium eſſe, et quidem tertianam. Dedi decoctum ex rad. gram. et tamarind.

Apr. 14. 10 vel 12 depoſuerat aluum poſt vſum huius medicamenti, et inde commode ſe habuit. Vrina ſolito parum magis rubra, lingua leuiter albicabat, dolor ille lumborum euanuerat. Nihil dedi; nam pulſus et reliqua bona erant; imo aeris hoc tempore tepentis vſum conceſſi.

Hora 12 febris ipſum corripuit cum frigore et calore ſequente ſatis magno.

Apr. 15. Poſt ſudorem perfecta erat apyrexia, lingua leuiter ſubalbicabat, vrina rubicundior parum, ſed limpida. Dedi ſal polychr. dilutum in aq. ſtill. ſuperbib. infuſ. L. ſaſſafras.

Apr. 16. Nox inquieta fuerat, et cum terroribus euigilabat, vrina rubra erat, flammea, cum parua nubecula, sed cum mox emissa erat, credidi plus turbandam esse: dolor lumborum aderat, lingua leuiter subalbicabat, sitis non multa, non ausus fui calida dare, sed dedi rob sambuc. cum lap. prunellae dilut. in aq. stillat.

Apr. 17. Febris 2 horis solitum paroxysmum anticipauit, et cum vomitu venit; vrina hesterna perstitit sine vllo sedimento, et hodie similem reddidit, lingua leui crusta subflauescente in medio obducta, sudor copiosus fuit. Decocto 5. rad. cum sale polychr. corpus impleui, et tunc 2 horis ante paroxysmum iussi serpent. gr. xx. dare cum regimine ad sudores.

Apr. 19. Vrina hesterna remansit rubra sine sedimento, hodie apparebat minus rubra, et leuiter opacata, consueto tempore nondum rediit febris: Nihil dedi, febris tamen hodie venit, sed serius, et mitius. Iussi tempore proximi paroxysmi ingruentis eumdem puluerem repeti.

Apr. 20. Heri paroxysmus redierat, sed multo minor, vti et 22. sed minor.

## *Pleuritis et surditas.*

Apr. 12. Puella 35 annorum repleti corporis 7 huius mensis incepit sentire dolorem punctorium dextri lateris, cum oppressione pectoris: hodie menses fluebant, sed parce; respiratio laesa admodum, et dolor mire exacerbandus ad tussim, lingua videbatur satis pura, nisi

nisi quod ipsa diceret, se percipere sensum lanae incumbentis; sputa pauca admodum, et hinc inde striis sanguineis aspersa, tensio ceruicis, et quasi dextri lateris capitis et auris: frigus et stupor. Consului V. S. et dedi diluentia nitrosa.

Apr. 13. Sanguis ad vnc. xij. emissus pleuriticus erat, et inde magnum in dolore leuamen senserat, respiratio et tussis multo liberius peragebantur, de nocte tamen non dormiuit; lingua non erat admodum impura, immo vix; tamen molestum illum lanae quasi incumbentis sensum narrabat. Dedi decoct. alth. cum oxym. sql. et nitro.

Apr. 14. Heri, hora nona, postquam discesseram, pessime se habuit, sentiens lassitudinem ingentem, et frigus in dextro capitis latere, vna cum surditate illius auris, vrina primo emissa fuerat satis rubra, vt dicebant, dederat sedimentum inaequale, nec conquassando se miscens aequabiliter, sed quasi in partes crassiores secretum. Tussis heri longe maior fuerat, hodie longe minor, nec sputa multa successerant, pulsus vix erat febrilis, nec calor magnus erat. Dedi aroma, nempe sem. foenic. et carui cum emollient. verbasc. alth. et melle, vt torpidum motum parum excitarem; nam dolor lateris fere euanuerat.

Apr. 15. Heri satis male se habuerat iterum, vrina sedimentum habebat diuulsum quasi κρημνώδες forte hipp. sed illud conquassatum se aequabiliter miscebat cum liquore supernatante, sensus lanae linguae impositae iterum aderat: respiratio frequentior solito, pulsus debilis,

bilis, ſed celer, nec tamen magnus, calor aderat, heri horrores vagi adſuerant, hinc incepi metuere ſuppurationem, nec requieuerat, partem medicamenti relictam iuſſi vſurpari, et dedi leue diacodiatum.

Apr. 16. Vrina tenuis limpida, non multum colorata, dolor fere nullus lateris, ſputa aliqua, non multa tamen, tuſſicula leuis, horrores nulli, nec calor, nec ſiccitas apparebant, ſurditas illa adhuc aderat, et dum naſum emungeret, mirum in aure ſentiebat motum; credidi prodeſſe emolliens, et ſimul aromaticum leue med. ex fl. alth. rad. foenic. vna cum leui diacodiato. Attente conſiderans linguam, credidi illum ſenſum lanae incumbentis ortum fuiſſe a quadam apparente quaſi fungoſitate vaginarum tegentium papillas nerueas.

Apr. 17. Senſus ille lanae linguae incumbentis minor, vrina rubra fuerat, iam turbata, et puto, ſubſidebit. Heri hora tertia poſt meridiem dolorem ſenſit circa ſcrobiculum cordis, mox in ventris tormina deſinentem ſine deiectionibus: durauerunt hi dolores vſque ad 11 nocturnam; aluus ſicca fuerat per 6 dies, decubitus in latus affectum doloroſus, ſurditas vt ante. Credidi leue purgans profuturum, ſedato tumultu veſperi per opiatum leue.

Apr. 18. Depoſuit aluum mucoſam ſubinde cum leuamine, opiatum non ſumſerat, dolor lateris euanuerat, ſurditas minuebatur. Hodie iuſſi ſumi gr. j. opii.

Apr. 19. Vrina turbida erat, ſed credo deponet ſedimentum album, nam non diu ſteterat: lingua humida, pulſus bonus, calor mediocris, reſpiratio commoda; credidi

credidi infusum aromaticum melle edulcoratum profuturum; hinc dedi infusum rad. imperator. cum melle.

Apr. 20. Omnia meliora, lingua humida, surditus vtcunque remansit, pulsus melior. Dedi semina calida contusa infundenda, et potanda cum melle.

Apr. 22. Dolor lateris euanuerat, surditas remansit, et debilitas: omnia erant meliora; dedi rob sambuci cum lap. prunell. per aliquot dies vsurpandum.

Apr. 26. Se satis bene habuit, tamen in inspiratione valida pectus adhuc dolet; dedi lap. prunell. cum tinct. myrrh. et syr. hysop. superbibendo hydrogl. cum melle.

## *Tertiana.*

Apr. 12. Vir 47 annorum, vti ex ante actis patebat, hypochondriacus, post potum fermentatum anisi, incidit heri in febrim, hodie liber: post vsum vini absinthitis iterum febricitauit cum vomitu, et ternis deiectionibus, quarum vltima forte visa ex ipsius testimonio grisea erat. Dedi mixt. ex rob famb. lap. prunell. etc.

Apr. 15. Postea praescripseram illi tamarind. pulp. cum rob sambuci et sale polychr. hodie inueni illum febricitantem; vrina limpida erat, rubra magis, lingua sicca. Dedi diluentem potum ex oxymelle et aq. hord.

Apr. 16. Febris heri fuerat satis valida, delassatio remanserat ingens, lingua subalbicabat, vrina rubra, dum mingebatur, deponebat sedimentum instar boli armenae, cum pellicula quadam crassa, ad latera vitri accreta; consului resid. illius pulp. tamar. etc. sumere, quia alui feces nigras deposuerat, et vesperi diacodiatum.

Apr. 17.

Apr. 17. Heri depoſuerat aluum tenacem viridem, febricitabat, vrina hodie mane hora 7. reddita, hora 11. adhuc erat turbida, inſtar iumentorum, lingua ſicca, ſubfuſca. Dedi mel cum aq. hordei.

Apr. 18. Febris heſterna mitior: puſtulae circa labia et palatum eruperunt; lingua minus ſordida, dedi ſerpentar. ad dr. ß. duabus horis ante parox. vſurpandam.

Apr. 19. A puluere hoc aſſumto profuſus ſudor; febris conſueto tempore nondum aderat, tenſionem circa abdomen ſentiebat, et dixit, ſe ſentire, ac ſi febris erumpere vellet, nec poſſet. Dedi ſal polychr. cum melle copioſo.

Apr. 20. Se bene habet, vrina craſſa cum pellicula, et ſedimento lateritio; tamen ſuperius liquidum turbatum adhuc erat; hinc iudicaui, magnam feculentiam in corpore praedominari, et dedi pil. Ruff. ad ʒß.

Apr. 23. Commode purgatus eſt, et inueni inde vrinam redditam minus feculentam, et quod depoſuit ſedimentum albicans leue. Ante ſaepe conqueſtus fuit de miro ſenſu dependentis cuiusdam corporis in gutture, quod videbatur eſſe polypi ſpecies pone pendulum palatum latens, licet oculis nondum apparens. Conſului, cum ſcorbuticus eſſet, herbas antiſcorbuticas cum acetoſa.

### *Tertiana cum vomitu ſanguinis lethalis.*

Apr. 14. Vir 50 annorum morbum epidemicum autumnalem paſſus, nunc tertiana correptus, incidit in binos ſeceſſus materiae foetidae admodum. Debilitas ſumma aderat, et animi deliquia paſſus erat quaſi: ſapor foeti-

foetidiſſimus, appetitus acidorum, vrina erat limpida, tenuis, ſtraminea. Credidi quod accedente verno tempore reliquiae morbi autumnalis inceperint ſolui, et nouam hanc febrim procreare, nam idem vidi in pluribus; credidi, nil plus prodeſſe, quam ſi per acida purgantia deturbarem putridam colluuiem ſimul cum leui aromate ad incitandas vires, hinc dedi decoctum ex tamarind. cryſtall. tartar. et parua copia macis.

Apr. 15. Heri poſtquam aſſumſerat hoc medicamentum, ſolamen inde percepit, et depoſuit nigras, liquidas feces bis, heri ſanguinis puri notabilem copiam, libram fere, vt aiebant, hodie rubicundum, dilutum liquidum euomuit, praecedente anxietate ſumma, et animi deliquio: pulſus debilis erat, et celer, ſitis intenſa. Credidi, cum tota hyeme flauo colore deturpatus erat, quod bilis corrupta circa hepar obſtructum haerens, iam calore verno liquefacta ipſa haec vaſa hepatica eroſerit, hinc praedixi periculum, et emulſione blanda cum leui quantitate ſyr. papau. dr. iv. conatus fui compeſcere mala.

Apr. 16. Hodie me praeſente ſanguinem rubrum dilutum vomuit, vna cum quibuſdam grumis ſanguinis concreti: debilitas ingens erat, ſitis manebat, et pallor; praedixi periculum, et dedi mixt. ex bolo armena, terra catechu, ſyr. papau. alb. dr. vj. etc. ſummam ſimul quietem adhibendam monui.

Hora 6 veſpertina nondum vomuerat ſanguinem. In iiſdem perrexi.

Apr. 17.

Apr. 17. Pulſus debilis, tamen adhuc celerior, motus vtcunque tremuli et conuulſiui in manu, lingua pallida penitus, et ſimul ſicca, ſitis magna, de nocte bene dormiuit. Dedi decoct. tamariſci cum pauxillo cinnamomi, ſyr. myrt. et ſp. nitri dulcis.

Apr. 18. Seceſſus alui fuerat ſine ſanguine, vrina tenuis cum nubecula, inſtar hominis ſani, lingua vt heri, ſitis minor, debilitas ingens. Dedi idem medicamentum.

Apr. 19. Lingua vt ante: ter depoſuerat aluum cum torminibus, ſed non ſanguinolentam: vrina vt ante, pulſus apparebat fortior, et appetitus melior. Dedi mixturam ex corall. rubris, terra catechu dr. iv. ſyr. diacod. ℥j. ſyr. myrtin. cum aqua foenicul. ℥viij. hora quinta pomeridiana placide exſpirauit, nullo ſanguine ſurſum vel deorſum emiſſo, nec adfui moribundo.

## *Tertiana duplex cum malis ſymptom.*

Apr. 14. Puella 25 annorum dudum conflicta cum reliquiis morbi autumnalis incepit verno hoc tempore laborare tertiana geminata: dolor obtuſus et grauamen circa hypochondria, vti et plurium ſimilium caſuum exempla ſuadebant, vt purgante deturbarem, deinde ſedarem impetum per opium; hunc in finem heri propinaueram dr. ß. pil. coch. ſolutam in aq. ſtillat; incredibilem dixit copiam tenuis, nigricantis, olidiſſimae materiae ſe depoſuiſſe, hodie mane adhuc durabat fere, neque hoc compeſcuerat gr. j. opii datum. Febris illam corripuerat cum vertigine, linguae immobilitate in $\frac{1}{2}$ parte, et eiuſdem lateris ſtupore et tremore in toto corpore.

Pulſus

Pulſus celerrimus erat, mente conſtabat: dedi mixt. ex oxym. et aq. hordei, nil audens nec mouere nec compeſcere.

Apr. 15. Satis bene ſe habuit, pulſus bonus, et magna illa ſymptomata euanuerunt. Adhuc aliquoties aluum depoſuit, ſaepe dolores ſentit in ſiniſtro latere: minor ſitis. Dedi leue decoct. ex tamarind. aromatiz. pauxillo macis.

Apr. 16. Diarrhoea durauit, ſed cum leuamine, pulſus aequalis, ſed debilis, vrina limpida, citrina, pallor erat; dolor lateris euanuerat. Credidi, leue opiatum cum lap. cancr. contraieru. et pauxillo terrae catechu conuenire, quale dedi forma pulu. 3 diebus vſurpandum.

Apr. 23. Adhuc laborauerat leui diarrhoea, non debilitante tamen, et ſingulis diebus febricitare incipiebat circa horam quartam, alternis diebus tamen fortior erat. Conſului pulu. ex myrrh. ſale polychr. et ſerpent. virg. vt duabus ſingulis horis apyrexias tempore ſumeret dr. ß.

## *Tertiana.*

Apr. 14. Vir 55 annorum, quem ſemel curaueram a ſputo ſanguinis ante annum per herbas emollientes, et diaetam bonam, autumnali tempore inciderat in morbum febrilem continuatum quaſi, aphthoſum, multis peſſimis ſputis de pulmone eductis (ſi recte memor ſim) non conualuit fere, ſed tota hyeme languidam vitam traxit, ſatis tamen ſibi conſtans. Iam incidit in tertianam cum anxietate circa praecordia, ſiti ingenti,

 foetido

foetido halitu, vrina erat ſubrubra, cum ſedimento diuulſo, in craſſiores partes abeunte, dum concutiebatur; crura lata, ingenti macula purpurea defoedabantur, cum ſenſu caloris et doloris. Dedi mixt. ex rob ſambuc. ſale polychreſt. ſp. nitr. dulc. victum antiſepticum.

Apr. 16. Vrina rubra, ſtriis mucoſis diuulſis, albicantibus in fundo magis carneis. Lingua humida, vtcunque albicans, pedum maculae vt ante, ſed dolor et calor euanuerant: bis vel ter cum leuamine depoſuit aluum, appetitus melior, pulſus ſatis bonus, febris vix adfuerant indicia. Manſi in eadem indicatione, et credidi conuenire tenue ſubacidulum, leuiter aromaticum liquidum. Ideo dedi decoctum ex tamar. et mace.

Apr. 17. Pulſus durus, ſed non admodum febrilis, lingua humida, vrina leuiter opacata, ſitis minor, crura ſe melius habebant. Dedi mixt. ex rob ſambuc. ſale polychr. ſp. nitr. dulc. aq. meliſſ.

Apr. 20. Vrina ſubrubra, aliquid tenacis et ſquamoſi habebat (dubito an vas purum fuerit) pulſus fortis, plenus, crura deſquamabantur, omnia apparebant meliora, ſitis nulla, appetitus adhuc languebat. Dedi elix. papau. cum acido et ſp. nitr. dulc.

## *Hemitritea.*

Apr. 16. Vir 55 annorum dentes habens carioſos vti videtur a ſcorbuto, quo illum antea laboraſſe reliqua ſigna docebant, tota hyeme febricitauit vagis febris acceſſibus: dolor pertinax lumborum diu adfuerat, et nunc incruduit, dum erectus incedebat: laborabat quadam

dam vertigine: pulſus celer, color faciei ruber, dolor capitis, aluus ſtricta, vrina rubra ſpumoſa, inſtar iumentorum, cum ſedimento nullo. Credidi leue refrigerans aluum laxans medicamentum profuturum, hinc dedi decoctum tamarindorum et rad. gram.

Apr. 17. Vrinam inueni rubram cum leui nubecula, ſed credo, plus turbabitur, lingua ſicca, ſubfuſca, inquietudo heri, et iactatio, febris multo minor, imo fere apyrexia, dolor capitis minor, debilitas et vertigo, dum incedebat: aluum bis vel ter heri depoſuerat. Videbatur motus febrilis plus verſus caput determinaſſe, hinc pediluuia, ſitum corporis erectum, et decoctum auenae cum melle et lap. prunell. dedi.

Apr. 18. Vrina heſterna aliquid depoſuerat albicantis ſedimenti, ſed ſupernatans manebat turbatum: hodie vrina iumentorum, lingua ſicca, delirium leue, et inquies, pulſus febrilis. Monui periculum, et dedi emulſum et reliq. ſimilia.

Apr. 19. Vrina heſterna aliquid depoſuit ſedimenti inaequalis, diuulſi; ſupernatans liquidum manebat turbidum tamen, et vrina poſtea emiſſa inſtar vrinae iumentorum turbida manſit, debilitas aderat, et luminis impatientia, lingua ſicca, ſubfuſca, reſpiratio bona, pulſus bonus, non admodum febrilis; incepi meliora ſperare, et dedi ſimilia. Veſperi inueni valde debilem, hora octaua hodierna matutina poſt diſceſſum febris cum frigore incepit, facies rubra, ſed non adnata oculi, dolor capitis minor, vrina, quam hodie mane videram rubram, vt mihi praedixeram, ſubſedit, vrina hodie

E 2 emiſſa

emissa subturbida, lingua sicca albicans. Dedi mixt. ex syr. viol. aq. hord. lap. prunell. etc.

Apr. 20. Feces aluinas deposuit cum molestia, sed albicantes: vrina iumentorum, lingua sicca, nigricans, pulsus aliquando quid intermittentis habebat. Clysma iussi iniici, et dedi antiseptica medicamenta et similem victum; deposuit aluum post clysma, vrina illa aliquid sedimenti deposuit, quae hodie mingebatur, mansit perturbata, febris ½ sexta pomerid. cum rigore accessit. Dedi syr. viol. citri cum lap. prunellae.

Apr. 21. Aluum deposuerat subflauescentem, lingua sicca, fusca, in pulsu quid intermittentis varii rhythmi aderat, vrina turbata mansit, ad instar iumentorum, mens constabat, nox vtcunque quieta. Dedi succum semperuiui, cum syr. viol. et sale polychr. in mixt. vesperi inueni vrinam iumentorum, linguam paulo magis humidam, mens constabat, pulsus bonus et fortis.

Apr. 22. Vrina turbata sed diu permanens dederat aliquod sedimentum diuersi coloris, et diuersi generis particulis constans, liquore supernatante tamen adhuc turbido: lingua sordida erat et fusca, sed in apice humida magis: pulsus debilis magis, quem heri, mens constabat. Dedi syr. succi citr. lap. prunell. mel aq. hord. cort. citri. Vesperi inueni et aliam vrinam, quae diu remanserat, aliquid subsidentem, sed valde parum, et supernatans liquor manebat turbidus, aluum liquidam, flauam deposuerat; lingua vt heri, vrina turbida, in pulsu 2 vel 3 vice quid intermittentis apparebat varii rhythmi; saepe tamen integer tractus bonorum pulsuum erat.

erat. Dedi ſuccum pomor. chinenſ. cum ſyr. violar. lap. prunellae etc.

Apr. 23. Febris heri hora ſexta veſpertina, hodie hora octaua recruduit, ſitis non magna, lingua humida; vrina incipit ſedimentum deponere, ſed varium admodum, et turbatum, pulſus non admodum febrilis, calor aequabilis, lingua magis humida quam heri, et minus fuſca; in iiſdem perſtiti. Hora duodecima diurna horror febrilis vti dicebant, veſperi lingua ſicca apparebat, magis fuſca: pulſus fortis, parum celerior, calor aequalis, mens conſtat. In ſimilibus perrexi.

Apr. 24. Vrina vt heri, ſed ſtranguirioſa; pulſus quid inordinati habebat, horrores febriles, penitus irregulares, lingua ſicca: In ſimilibus manſi. Veſperi depoſuit aluum flauam, liquidam, pulſus celer, lingua ſicciſſima. Dedi emulſionem.

Apr. 25. Hora tertia nocturna febris videbatur recrudeſcere, pulſus erat intermittens, vrina vt ante, tamen aliquid ſedimenti craſſi, diuulſi, inaequalis dimittebat. De cetero eadem in omni dote, lingua ſicciſſima, et contracta prae ariditate: veſperi omnia eadem, ſed peiora, feces aluinas dimiſerat nigricantes, gangraenoſas; mens tamen vtcunque conſtabat, nulla ſitis aderat, vrinam dimittebat inſcius; certam mortem praemonui, et epithema cordi iuſſi applicari.

Apr. 26. Oculi ſordidi, os retractum ad latus, lingua ſicciſſima, pulſus celer admodum, reſpiratio impedita, vrina vt ante, veſperi omnia peiora, deſperatum reliqui.

Apr. 27. Hodie mane hora quinta mortuus eſt.

*Post quartanam cortice sanatam dolor sinistri hypochondrii.*

Apr. 16. Homo 36 annorum tota hyeme laborauerat quartana, et tunc ad ipsum vocatus, inueni illum saepe somnolentum esse, et quasi inertibus humoribus repleto cerebro stupidum et hebetem, tunc aliquoties purgato corpore per pilulas cochiae dedi summa stimulantia ex aq. rutae sp. nitri ammoniac. etc. postea coactus fui febrim autumnalem vehementem cortice compescere repetita vice: Ineunte Aprili incidit in dolorem sinistri hypochondrii, sic, vt inspirationem impediret. Credidi infarcta circa lienem vasa hoc efficere, dedi decoct. 5 rad. cum sale polychr. et melle, rob sambuc. et similia soluentia. Mitigatum fuit malum: hodie aduocatus inueni hunc dolorem eundem, sed altius versus hypochondrium retractum. Vrgebat V. S. quam concessi ob vernum tempus. Dedi mel. ℔ß. cum sale polychresto etc. potandum.

Apr. 17. Sanguis eductus exhibebat serum viridescens, vtcunque subturbidum; insulae incumbebat inflammatoria crusta; dolor lateris minutus fuerat per V. S. sed ad scapulas perrexerat. Vrina me praesente reddita, limpida erat, dolor capitis et ceruicis, sitis ingens, et siccitas; febris tamen videbatur intermittere. Dedi decoctum aperiens, nitrosum.

Apr. 18. Dolor lateris et scapulae vtcunque rediit; lingua humida, et omnia meliora, dicebat se a febre liberum fuisse; hodie febris initium. Dedi decoctum graminis cum melle.

Apr. 19. Appetitus melior, febris heri longe minor fuerat, lingua humida, hodie hora decima pulſus celerior, et pulſus quaſi ſubrepentis ſenſus; dedi ſal polychr. cum melle.

Apr. 20. Febris heri non fuerat admodum valida, lingua humida; dixit, ſe ab alui euacuationibus bene habuiſſe; dedi rob ſambuc. cum ſale polychr. in mixtura.

Apr. 22. Inueni omnia meliora, corpus antea tumidum, et mucoſis humoribus infarctum incepit ſubſidere, et bene colorari, dolor lateris euanuit, et adhuc aliquoties aluum depoſuit: perrexi in iiſdem.

Apr. 25. Optime ſe habebat, et conſului vſum herbarum antiſcorbuticarum.

## *Tertiana.*

Apr. 16. Puella 30 annorum ſcorbuto laborans a longo tempore, incidit in tertianam, ab aliquot iam diebus cum dolore lumborum, et ſcorbutico omnium artuum quaſi. Inueni illam in calore febrili cum dolore capitis, ſiti etc. Dedi nihil praeter oxymel ſimplex lap. prunell. aq. hordei.

Apr. 17. Inueni apyrexiam, et ſe ſatis bene habuerat, lingua vtcunque ſordida; ſuadebant purgationem, quam dedi, et veſperi per diacodiatum impetum a purgante relictum conatus fui compeſcere.

Apr. 18. Bene purgata fuit, in ore ſenſum ardoris habebat, paroxyſmus citius venit, vrina habebat ſedimentum album, febris tamen minor erat. Dedi infu-

ſum 5 rad. cum ſale polychreſt. et ante acceſſum infuſ. ex dr. j. ſerpent.

Apr. 20. Febrim non habuit conſueto tempore, (quod mihi hoc tempore verno ſaepe ſimili modo ſucceſſit) vrina tenuis, leuiter opacata, heri ſe ſatis male habuerat, dolor inter ſcapulas, hodie optime ſe habet. Dedi mixt. ex ſale polychr. ſyr. 5 rad. tinctura contraierv. etc.

## *Tertiana.*

Apr. 16. Foemina 12 huius menſis incepit laborare tertiana. ipſa erat 56 annorum ſcorbutica, et antea morbo autumnali grauiter laborauerat. Diebus intercalaribus non admodum bene ſe habuit; dolor lumborum magnus aderat, et depoſuerat parum materiae nigricantis liquidae: lingua ſordida, facies rubra, dolor capitis magnus. Dedi oxymel cum decocto hord. et lap. prunellae.

Apr. 17. Apyrexia erat, non dormiuerat, dolor lumborum nunc deſinens, nunc recurrens, lingua ſordida, ſubflaueſcens, vrina limpida, tenuis, non rubra, in ventre murmura, et conatus ad alui deiectiones. Dedi purgans ex foliis ſennae, tamar. etc. et veſperi opiatum.

Apr. 18. Aluum ter depoſuit cum leuamine flauam, glutinoſam: lingua minus ſordida, et ſe multo melius habuit: pulſus bonus, vix febrilis, vrina depoſuit ſedimentum ſubflaueſcens: ſitis moderata, dolor capitis et facies rubra. Dedi aq. hord. cum melle etc.

Apr. 19. Vrina turbida, et per duas horas nondum ſubſederat: ſomnus bonus fuerat, et reficiens, lingua vtcun-

vtcunque fordida, pulfus bonus. Dedi rob fambuci, fal polychreft. cum aq. meliff. etc.

Apr. 20. Vrina hefterna depofuerat fedimentum copiofum, albicans, et concutiendo facile mobile, vti et illa vrina, quae hac nocte emiffa erat. Febrim nondum fenferat: lingua longe nitidior, appetitus melior, fitis aliqua. Dedi ferpentar. virgin. et iuffi in lecto manere donec febris tempus pertranfiit.

Apr. 21. Bis vel ter depofuit aluum, fed non multa. Sudauit tota die, nec frigus febrile fenfit: vrina dedit fedimentum albicans, diuulfa, lingua incepit fieri magis nitida, appetitus melior, pulfus et refpiratio bona. Dedi hodie fub forma mixturae fal polychr. dr. ij. et ante paroxyfmum ferpentar.

Apr. 23. Heri febrilis aliquid fe percepiffe dixit, fed fine frigore; fed dolor aderat lumborum, vrina habebat fedimentum apparens vtcunque diuulfum, album, et conquaffando facile mifcendum: fitis non magna, lingua pura fere. Dedi fal polychr. cum aq. faluiae et tinctura contraieruae.

Apr. 27. Febrim poftea non habuerat, appetitus bonus erat, fed quinto et vigefimo incipit habere anxietates et dolorem ventris et lumborum, credidi hic congeriem materiae morbofae effe, hinc dedi gr. xx. pil. Ruff.

## *Quartana vomitu et feceffu atrae bilis curata.*

Apr. 21. Foemina 50 annorum laborauit quartana autumnali, nunc duplicata. Incidit die 18ua huius

menſis in diarrhoeam. Dum ſiniſtro latori incumbebat, dolorem ſentiebat, et debebat manu ſuſtinero; habuit leue ſtillicidium narium: credidi abdominis viſcera peſſime obſtructa eſſe, hinc ex Hip. aphor. ſ. 8. 3. malum cogitaui, et dedi decoctum ex 5 rad. cum melle et ſale polychreſto.

Apr. 22. Aluum depoſuit ſaepius cum leuamine: lingua humida, pulſus bonus, ſitis minor, ſenſus ponderis abdominalis longe minor. Dedi ad febrem auertendam infuſum ſerpentariae.

Apr. 23. Satis fortiter febricitauerat, et iam omnia faſtidiebat medicamenta; hinc nihil dedi.

Apr. 24. Febris heri validiſſima cum murmuribus abdominis, nunc apyrexia. Dedi idem decoct. vt 21. Aprilis, et veſperi gr. xx. ſerpentariae.

Apr. 25. Heri ſatis bene ſe habuit, bis aluum depoſuerat cum leuamine: vrina albicans, ſubturbida, lingua humida, pulſus bonus; perrexi in iiſdem.

Apr. 26. Heri febrim non habuerat, et alacrior hodie ſolito erat, nec et febris hodierna hoc tempore ſe manifeſtauerat. Perrexi in ſimilibus.

Apr. 27. Febre laborauerat, tamen mitiori, nec adeo grauia fuerant ſymptomata; ſanitas melior. Dedi mixt. ex ſale polychr. tinctur. myrrh. etc.

Apr. 29. Se optime habuerat: dolor abdominis ſublatus. Similia dedi.

Mai. 2. Se ſatis bene habuit diebus intercalaribus, hodie tamen ſatis febricitauit; dolor abdominis nullus.

Mai. 8.

Mai. 8. Febricitat valde, vrina inſtar decocti prunorum ſubpurpurea.

Poſtquam melle, fructibus maturis ex meo conſilio vſa fuerat, incidit in vomitum et ſeceſſum copioſae atrae bilis, et conualuit.

## *Acuta continua inflammatoria cum delirio.*

Apr. 28. Poſt quartanam autumnalem diu perpeſſam, dolorem dextri lateris habuit, cum inquietudine ſumma. Lingua ſicca, pulſus aequalis, ſed celerior, reſpiratio impedita, iuſſi venae ſectionem, et dedi decoctum emolliens cum melle et nitro. Veſperi pulſus celer erat, reſpiratio tamen libera, et dolor lateris euanuerat fere: lingua ſicca, conſului, vt pergeret in medicamento.

Apr. 29. Sputa flaua, nec copioſa tamen: dolor lateris ceſſauit penitus, heri vomuit, dedi decoct. hord. cum ſyr. viol. et lapide prunell. veſperi calor ingens capitis, et dolor. Iuſſi V. S. et dedi ſimilia.

Apr. 30. Sanguis eductus erat totus pellicula mucoſa obductus ſubuiridi, febris aderat, et tuſſicula, ſputa non multa, dolor lateris nullus, ſed incipientis delirii ſigna. Dedi emulſum: veſperi inueni febricitantem valde, vrina craſſa iumentorum, delirium, lingua ſicca, praedixi periculum, et iuſſi clyſma iniici.

Mai. 1. Non dormiuit, aluum depoſuit quinquies, ex flauo fuſcam, aequabili quaſi fuſa materie, pulſus nec magnus, nec febrilis, dolor pectoris, et hinc inde deli-

delirium. Dedi infusum fl. papau. sambuci cum lap. prunell. vesperi clysma iniici iussi.

Mai. 2. Pulsus non magnus, nec febrilis admodum, lingua sicca albicans, respiratio impedita, dolor per totum corpus, et debilitas, vrina iumentorum; mens aliquando constitit, aliquando non. Dedi syr. violar. cum lap. prunell. aq. hord. etc. vesperi melius se parum habebat: iussi situm corporis erectum, pediluuia etc.

Mai. 3. Pessime delirauit: vrina iumentorum, crassa, copiosa, lingua sicca, facies vtcunque luctuosa, dedi emulsum; quieuit modice, postea statim iterum delirauit: lingua vt ante, respondebat aliquando exacte, pulsus celer admodum, et debilis, respiratio non bona. Dedi similia, et summum monui periculum.

Mai. 4. Delirauit: pulsus vt ante, fere tamen non debilior, respiratio quasi clangosa, vox tamen bona, et naturali simillima, manibus palpitabat, et floccos vellebat; serum lactis potari iussi, et dedi syr. viol. et lap. prunell. et syr. rhoead. et aq. fl. sambuci aliquando tamen bene respondebat,

Mai. 5. Palpitationes durant, non semper tamen delirat: lingua vt ante; respiratio cita, tussicula cum dolore lancinante quasi, et excoriatorio magno. Dedi decoctum emolliens, cum melle et nitro, vrina vt ante, sed iam per 4 horas remanserat limpida, antequam turbaretur. Hac die quieuerat, et mentis compos fuerat, aluum deposuerat flauam, vesperi iterum delirabat, et omnia eadem.

Mai. 6.

Mai. 6. Vrina eadem, mens tamen conſtabat. pulſus vtcunque fortior, tamen febrilis, potauit ſeri lactis ingentem copiam, et dedi ſimilia.

Mai. 7. Vrina rubra, tamen per 4 horas ſteterat, non turbata, mens conſtabat, bonus pulſus, lingua vt ante: dedi ſimilia.

Mai. 8. Vrina vt heri, debilitas, mens conſtabat, perrexi in ſimilibus.

Mai. 9. Vrinam reddidit rubram, quae dein circa fundum paruam nubeculam dedit, anxietas circa praecordia, et conatus aluum deponendi, mens conſtat. Dedi mellita cum ſale polychreſto, expectans criſin per aluum: veſperi eadem erant omnia, iuſſi clyſma applicari.

Mai. 10. Inde aluum depoſuerat, et anxietas minuebatur. Dedi mellita cum ſale polychreſto.

Mai. 11. Quater depoſuit flauam materiem ſpumoſam foetidiſſimam, reſpiratio et pulſus bona. Vrina dedit ſedimentum rubrum, inferius magis fuſcum, ſputa aliquot reiecit. Dedi ſal polychreſtum cum ſyr. fumar. et ſp. nitri dulcis.

Mai. 12. Lingua melior, pulſus bonus, reſpiratio aequabilis, ſed cum ſtrepitu: ſputa prodibant incommode, conſului balneum vaporis pulmoni adhibendum, et medicamenta vt heri.

Mai. 13. Vrina dedit ſedimentum rubrum, lingua nitida, pulſus et reſpiratio bona, tuſſis adhuc aliqua.

*Febris*

*Febris continua cum larga narium haemorrhagia.*

April. 28. Iuuenis 20 annorum fortis, pleniori victui deditus, et exercitiis violentis corpus fatigans, incepit post rheuma perceptum laborare febri continua, cum dolore capitis vehementi, calore 104. grad. siccitate linguae. Iussi venam secari; dedi farinosum decoctum cum syr. violar et nitro, similia pro potu, pro victu lac ebutyr. cum hordeo, et pediluuia iussi applicari.

Apr. 29. Post V. S. adhuc copiosum sanguinem emisit e naribus, vrina rubra penitus fuerat, vt dixit, calor iam erat 97 grad. pulsus mediocris, respiratio commoda, lingua humidior. Dedi emulsum, et reliqua vt ante.

Apr. 30. Adhuc sanguinem de naribus emisit. Inveni illum satis bene se habentem; consului eadem in victu, et dedi decoctum auenae, cum nitro et syr. violar. sed hora secunda febrilem vigorem percepit; nunc validissime calidus. Iussi pediluuia, nullus tamen capitis dolor aderat, et bis clysma iniici.

Mai. 1. Se satis bene habebat, nocte dormiuerat, apyrexia, lingua humida etc.

Mai. 2. Sanguinem adhuc fudit de naribus 7 matutina, lingua siccior, calor parum maior. Dedi refrigerans ex syr. violar. rob diamor. et lap. prunellae. Sub vesperam vocatus inueni illum febre liberum, sed debiliorem: hora 12 febris inuaserat, dedi leue diacod.

Mai. 3. Sudauerat profuse tota nocte: vrina rubicunda admodum, lingua pura, nec tamen admodum sicca,

ſicca, pulſus bonus, reſpiratio commoda, nec capitis dolor. Dedi ſyr. violar. ſucc. citr. aq. meliſſ. lap. prunell. victum vt ante.

Mai. 4. Dormiuit bene, et heri tota die ſe optime habuit: vrina rubicunda, ſed depoſuerat ſedimentum, lingua humida, appetitus bonus. Nihil dedi.

Mai. 5. Heri hora 11 febrim percepit: iam languet, vrina tamen rubicunda, pulſus bonus, ſed debilis, lingua ſicca adhuc. Dedi infuſum ſerpentariae, contraieruae, cum ſyr. citri.

Mai. 6. Hora 12 febris incepit: vrina rubicunda, cum ſedimento tamen diuulſo. Dedi iulap. ex ſyr. viol. ſucc. citr. aq. hordei etc.

## *Conuulſiones horrendae et dolor lateris ſiniſtri inſtar pleur. fallens.*

April. 30. Puella 29 annorum dolore lateris ſiniſtri punctorio ſummo correpta: pulſus non admodum febrilis: iuſſi V. S. et dedi emollientia, nitroſa et ſyr. diacod.

Mai. 1. Lingua humida, pulſus non admodum febrilis, reſpiratio commoda, ſed tuſſis cum dolore et anxietate. V. S. heri veſperi iuſſeram iterari; ſed noluit, aluum 3 diebus non depoſuerat. Dedi decoctum tamarindorum, cum ſyr. ſolut. roſ. ſanguis eductus non apparebat pleuriticus; ſed tenuis, vrina non admodum rubra.

Mai. 2. Pulſus celer, ſed mollis: dolor lateris euanuit, reſpiratio quandoque ſatis commoda, tamen de anxietate conquerebatur, crus ſiniſtrum, ante ſemel diſtractum incepit dolere, et antea doloribus vagis arthriticis

ticis obnoxia fuerat, lingua non admodum ſicca. Dedi mel, ſal polychr. aq. hordei.

Mai. 3. Dolores vagi per totum corpus, pulſus non multum febrilis, vrina pallida. Dedi diacodiatum.

Mai. 4. Dolor magnus inuaſit brachium dextrum, et quaſi rigidum fecerat, me inſcio inunxerat pater oleo terebinth. dolor euanuit ex brachio; iam circa praecordia dolet ſummopere, pulſus tamen non admodum febrilis, lingua ſicca, dolor ſummus, ſitis. Dedi op. gr. j.

Mai. 6. Dolor ingens ante praecordia, et per totum corpus, nec tamen vrina, nec pulſus erant inflammatorii. Dedi iterum opium.

Credo, me ipſi V. S. non debuiſſe, nam morbus non fuit inflammatorius, ſed vti videtur, ſpaſmodicus affectus fuit, et poſtea immaniter et diu conuulſa periit, mente conſtante, ſed dentibus fere fractis, lingua exſerta, lumbis crepitantibus, miſere periit, nec potu compeſcere vel magna copia laudani data potuit.

## *Tertiana in acutam inflammatoriam degenerans.*

Mai. 1. Puella 26 annorum poſt febrim alternis diebus redeuntem, labore corporis et calore aeris ſuccedente, incepit continuo febricitare cum dolore lateris, et tuſſi ſicca dolorifica. V. S. inſtitui; ſanguis ſine cruſta inflammatoria apparebat, ſed fere ſine ſero, totus ſiccus; pulſus mollis, ſed citus admodum, lingua ſicca, reſpirabat pinnis narium tremulis. Iterum V. S. iuſſi,

et

et dedi decoctum auenae cum syr. alth. et flor. violar. pediluuia etc.

Mai. 2. Lingua sicca, pulsus paruus, tremulus quasi, respiratio adhuc incommoda, et pinnis narium quasi tremulis, mens constat: heri incepit delirare, nec dormiuit, sanguis vix fluxerat. Dedi emulsum, epispastica pedibus applicui, balnea iussi etc.

Mai. 3. Nullo modo quieuerat; tussis sicca erat adhuc, lingua humidior, respiratio melior, pulsus celerrimus, et tamen paruus, manus fere frigebant, vrina vix rubebat: murmura ventris, oculi humidi, et boni. Dedi diacodiatum cum aq. cort. citri.

Mai. 4. Quieuerat, et post somnum summum leuamen senserat, pulsus bonus, sed debilis, lingua humida aluum deposuerat flauam, foetidam cum leuamine. Dedi similia.

Mai. 5. Vrina rubra cum sedimento albo, sed tamen non penitus aequabili, interpositis locis magis fuscis quasi, et minus solidis, lingua humidior, dolor nullus, tussicula sicca, pulsus et respiratio bona. Dedi decoctum ex lenibus diureticis.

Mai. 6. Vrina turbida cum sedimento inaequali, aluum deposuit bis viridem, pulsus celerior, sed et fortior: non dormiuit: respiratio bona, lingua humida, dedi similia, vt heri, cum leui diacodiato.

Mai. 7. Vrina vt ante, tussicula leuis, pulsus bonus, calor aequabilis, non dormiuit. Dedi leue diacodiatum.

Mai. 8. Vrina vt heri, omnia meliora. Dedi similia.

Mai. 9. Vrina vt heri cum ſedimento inaequali, turbida ſuperius manens, reſpiratio et pulſus bona, lingua melior. Dedi decoct. rad. gram. petroſel. cum melle et ſale polychr.

Mai. 10. Vrina adhuc talis, ſed melius ſe habebat. Perrexi in iiſdem.

Mai. 12. Vrina craſſa, turbida vt ante, reliqua meliora: appetitus rediit.

## *Cachexia bilioſa vſu aq. Spadanae ſublata.*

Vir 36 annorum melancholicae temperiei, ſtudiis deditus, coloris ex flauo pallidi, ructibus et flatibus obnoxius, morbo epidemico anno 1727. laborauit, et incredibilem copiam bilis euacuauit putridae: hyeme ſe ſatis commode habuit, niſi quod color ille luridus quaſi adeſſet; ſputa frequenter ederet, et Maio menſe in tertianam incidit, purgantibus ex rheo, et infuſ. ſerpent. et contraieru. breui curatam. Paulo poſt recidiua facta eſt, cum vomitu, ſumma anxietate circa praecordia etc. decoct. 5 rad. cich. bard. ſale polychr. melle tentaui morbum et rhabarb. mitigatus fuit ſummopere; ſed facies ceracea quaſi, et ſputa et ructus, et inſomnia turbulenta ſyſtema hypochondriorum docebant infarctum eſſe. Ex conſilio Boerh. ineunte iam Iulio calido aſpirante coelo ſumſit aquas Spadanas hac lege: huius mixturae aq. petroſ. ℔ ij. oxym. ſcillit. vnc. iv ſalis polychreſti ℥ j. vitriol. Mart. dr. j. ſumebat hora 6 ℥ j. ſuperbibendo ½ lagenam aq. Spad. ſiue circiter ℔ iß. hoc ſingulis ſemihoris repetiit, donec 4 vnc. huius mixturae

et

et ℔ vj. aq. Spad. siue duas lagenas sumsisset: diaeta ex carne assata et vino rhenano in prandio: cereuisiae vsus tunc vetabatur, vesperi coenam ex fructibus sumsit per aliquot dies, appetitus erat optimus, cachexia tamen illa biliosa manebat, et pulsum tangenti apparebat, ac si aqua per arteriam laberetur, non vero solidus sanguis. Consuluit Cl. B. vt pergeret. Vesperi oedema pedum oriebatur, consuluit frictiones, situm pedum horizontalem, vesperi frictiones, et suffimigia mastich. succin etc. vt sic ferri anima sanguinem impraegnaret.

Moderatus alui fluxus aquarum vsum sequebatur cum leuamine circa hypochondria, mens inde magis hilaris, color magis viuidus, pulsus fortior, appetitus optimus, dixit Cl. Boerh. hunc esse genuinum aquarum vsum et effectum, has continuauit vsque ad initium Septembris. Pulchre se habet.

Consuluit Cl. Boerh. vt exerceret corpus, vteretur tota hyeme infuso absinthii et $\frac{3}{4}$ aquae, $\frac{1}{4}$ vini, vinum rubrum concessit, quia assuetus erat, nec inde constipabatur.



Obseruaui tumorem abdominis in non grauidis subitum et magnum mensium fluorem denotare. Hoc saepe fit aliquot septimanis post partum.

Vidi quartanam calore verno fusa materie pleuritidem satis saeuam produxisse, a qua vix emergens postquam se per aliquot tempus bene habuerat, iterum rediit quartana, breui tamen euanuit.

In corporibus facile mutabilibus ſaepe miri tumores et ſubiti oriuntur in facie, a minima aeris alteratione, nunc flauam, nunc alii coloris maculam relinquentes, his Cl. Boerh. conſuluit exercitia, equitatum, et vt cauerent rorem veſpertinum.

Vidi in corpore iuuenili phlyctaenas ſubito ortas, ſubito recedentes, de nocte magno pruritu moleſtas; credidi aeſtui ſatis magno, et vſui vini petulci imputandum eſſe; conſului abſtinentiam a vino, et dedi infuſ. fl. ſambuci cum rob ſambuci et lap. prunellae.

Videbatur diarrhoea multis ſuperuenire.

In foemina hydropica, aquis euacuatis fere, dederam puluerem calidum aromaticum ex cort. Winterpulu. diagal. etc. et ſubito maximus inuaſit tumor; credo flatulentum fuiſſe (non vidi enim) qui poſtea euanuit iterum.

## *Excoriatio glandis.*

Iulii 15. Homo laborabat excoriatione cutis cingentis glandem et tegentis; hanc neglexit per aliquot ſeptimanas, poſtea applicuit bolum armenam, hinc glans miro modo conſtricta fuit, per emollientia hoc curatum fuit; relicto pruritu verſus apicem glandis inter corpora cauernoſa vrethrae. Pruritus ille poſt aliquot ſeptimanas auctus fuit, vna cum rubore circa orificium vrethrae: glans aliquando apparet decolor, rugoſa, et hirta, papillis eleuatis; ſcirrhum metuit: partem immiſit decocto rad. altheae, meliloti, chamaemeli; primo inde leuamen ſenſit, poſt ſymptomata aucta fuerunt;

incepit

incepit poſtea cogitare de lue, quaedam enim ſymptomata habuit, non tamen admodum pathognomonica; dolores crurum habebat, non nocturnos, puſtulas in cruribus parum materiae fundentes, non tamen ſquammoſas, vt in lue: dolor inguinum ſine bubone, dolor faucium ſine vlcere, ſic miſer metuebat luem. Cum periculum incurriſſet luis ſuſcipiendae, ſumſit duas mercurii dulc. vncias, 240 pintas decocti guaiaci, decem vncias reſinae guaiaci. Puſtulae, dolor capitis, inguinis, faucium euanuerunt, dolor crurum multum imminutus, ſemper tamen aliqualis: trium vel quatuor menſium ſpatio, in lecto ſenſit ardores et ſudores, imprimis in brachio et humero dextro, quando huic lateri incumbebat, idem in altero latere, ſi incumberet: Diaeta lactea vſus eſt; credens, ſymptomata eſſe poſſe ſcorbutica; minuta inde ſunt, non ſublata: Conſilium Boerh. erat hoc.

J'ai conſideré le cas de votre ami, qui eſt bien ſingulier, une trop grande delicateſſe de la membrane exterieure des mammellonettes nerveuſes du gland, et du conduit de l'urine, me ſemble donner cauſe à ce mal, qui n'a autrement pas aucune marque du mal venerien. Si l'on pourroit endurcir jusqu'à une certaine calloſité cette enveloppe, peut être trouveroit on le veritable moyen de guerir cet accident, qui me ſemble d'être aſſez gueriſable. C'eſt pourquoi je conſeile 1° de prendre une fois par ſemaine, à un jour fixé le poudre *A.* pour purger. 2° les autres ſix jours la decoction *B.* ſelon l'uſage ajouté 3° fomenter la partie dans le li-

queur *C.* au matin, au midi, au soir, pendant un quart d'heure, et aprés l'avoir bien essuyé, la laver avec lavement *D.* 4° eviter tout ce qui est fumé, salé, seché, et tout ce qui peut allumer le sang, comme les epiceries, les oignons etc. Boir pour la boisson ordinaire une melange du lait et de l'eau en parties egales, manger principalement du lait, des cereales, et fruits bien meurs. 5° de penser si peu à ce mal, qu'il sera possible, car je soupçonne, quelque melancholie dans le malade: tout ceci soit continué six semaines à la suite. Je suis etc.

*A.*

℞. ☿ dulc. gr. x.
resin. jalapp. gr. v.
sach. gr. iij.
scammon. gr. vj.
stib. diaphor. abl. gr. xij.
M. f. puluis subtiliss.

*B.*

℞. rad. recent. bard. ℥ vj.
— — sarsapar. ℥ iij.
cum aq. decoct. spatio ½ horae adde
rad. glycyrrh. rec. ℥ j.
sassafr. rasi ℥ iij.

Stent simul in infus. feru. fere per horam, tum ebulliant vno momento, decocti puri sint ℔ iv. bibat vnc. vi. mane hora ante jentaculum, rursus tantundem hora ante prandium, tertia denique vesperi hora ante coenam.

℞. Fl.

*C.*

℞. Fl. recent. alth.
— — rhoead.
— — famb. ana pug. j.
fol. recent. alth.
— — verbafc. ana M. j.

cum aqua decoct. fpatio $\frac{1}{2}$ horae et preffi per pannum ℔ ij. exhibe.

*D.*

℞. Camphor. gr. iij.
maftich. dr. j.
oliban. dr. ß.
farcocoll. gumm. gr. x.
fp. vin. vulg. ℔ ß.

In phiala alta chemica ebulliant parum, dein liquorem purum exhibe.



Vidi fynochum non putridam ex folo calore aeris, et defatigatione ortam, V. S. blando victu, et medicam. antiphlog. curatam perfecte: dolor aderat grauatinus omnium membrorum, et fanguis incipiebat habere cruftam inflammatoriam.

Saepe cum leuamine V. S. in febribus tertianis calida hac tempeftate adhibui aduocatus in paroxyfmo, vbi fummus calor etc. aderant, fanguis tamen cruftam inflammatoriam non habebat.

Poft fummos calores, et hinc fudationes ortas, multis oriebantur per totum corpus puftulae admodum

prurientes, rubrae. Credidi inde ortum ducere, quod vestibus tectae corporis partes per sudorem haeserint quasi in continuo balneo vaporis, hinc per errorem loci factae fuerint inflammatiunculae in vasis cutaneis circa folliculos.

Vidi rustico, qui calefactus frigidum serum lactis auidissime biberat, totum abdomen durum et tumidum factum sine febre: acerbam prognosin et difficultate curae dedi, et summa dissoluentia exhibui, magnam copiam salis polychresti, oxymellis scillitici etc. superbibendo serum lactis mellitum, et frictiones abdominis cum successu.

Studioso subito, nullo certo tempore, oriebantur plerumque de nocte summa abdominis tormina et dolores cum vomitu biliofo molestissimo, dein se optime habebat, plerumque vt dicebat: acidam bilem euomebat, consuluit Cl. Boerh. vt sumeret oleum amygd. dulc. equitaret, sumeret aquas Spadanas, et dixit affectionem nervosam esse; ille haec neglexit, paucis mensibus post Bruxellis periit acriori insultu, et in cadauere scirrhus inuentus fuit.

Vidi in homine 36 annorum forte febriculam non adeo intensam, sed pulsus miro modo turbatus erat; lingua sicca, nigra, et sordida, tremor, et memoriae incipiens deletio, balbutiebat lingua. Cum antea inordinate vixisset, et iam diarrhoea putridissima aderat, credidi inde omnia haec symptomata fieri, quod loco boni sanguinis per vasa flueret putrescens liquor, qui videbatur hic circa hepar haesisse; timebam multum, sed

ſed tamen victu ex aceſcentibus vino rhenan. medicam. ſimilibus perfecte conualuit.

Iulii 27. Homo 22 huius menſis incepit laborare febre, quantum videre potui, continua, quae gradatim augebatur, calor magnus, ſitis intenſa; quia tamen erat debilis conſtiutionis, nulla ſigna viſceris cuiuſdam inflammati adeſſent, nolui venam ſecare: dolor capitis aderat, et tuſſicula ſicca, reſpiratio de cetero ſatis commoda. Dedi ſumma antiphlogiſtica, victum antiſepticum, balnea pedum, et vaporem aquae tepidae iuſſi applicari pulmoni; vrina pro febris magnitudine non erat rubra, ſed ſtraminea, aliquando leniter ſubrubra. 26 incepit ſentire abdominis tormina cum lumborum grauitate, et dolore, iuſſi clyſma applicare ex aceto, melle, ſale, nitro, vt determinarem, et febrim minuerem, incidit quaſi in animi deliquium, et depoſuit bis vel ter magnam ſatis copiam flauae, bilioſae, tenuis materiae: ſequenti die febris ſedata erat, tuſſis minor. 30. febris parum recruduit, tuſſis cum ſputo, non ſicca amplius, quae tuſſicula moleſta durauit aliquamdiu emollientibus curata.



Vidi in pleuritide poſt binas V.S. praegreſſas tertio die incipientem dolorem lateris euaneſcere, ſed pulſus erat vndoſus quaſi, et vacillans, caprizans quaſi; hinc concluſi materiam phlogiſticam nondum ſatis ſubactam reſorptam in vaſa fluere, et ſic pulſum mutare, hinc metuebam metaſtaſin materiae in nobile viſcus, inprimis cum leuia delirii futuri ſigna adeſſent; dedi ſumma deriuantia,

riuantia, et aluum laxaui per decoct. tamar. cum leuamine. Pulsus ille vndosus durauit per totum morbi decursum, et per diarrhoeam critice soluta fuit pleuritis.

Vidi in synocho putrida oculum vnum semper clausum manere, altero aperto, et vtrisque bonis, vrina fuerat nigra, vt dicebant, periit paucis diebus post.

Vidi et in febre ardente vnum oculum altero multo maiorem.

Vidi hominem robustum et iuuenem quartana iam per 6 menses correptum incidisse in pleuritidem, et tamen per mediam pleuritidem quartana typum seruauit.

Vidi rusticum, cui totum labium inferius scrophuloso morbo illorum corporum glandulosorum perierat (*Konings seer* vocant,) et cui in collo similis, sed multo maior tumor erat, infra sternomastoideum sinistrum positus, et illum faciens extrorsum protuberare, quasi ex vertebris colli enatus, cancrosus, et vlcerosus. Dedi lenia purgantia merc. cum antimon. poscam litharg. et vng. nutrit.

Homo laborabat febre vehementissima, tamen perfecte intermittente: lingua nigra erat, et crassis sordibus tecta, paroxysmi adeo vehementes, vt et in animi deliquia, et in spasmos constringentes os incideret, vt nihil deglutiret, mentis impos, pulsu celerrimo vndoso iaceret per 18 horas, metuens, ne in sequenti paroxysmo moreretur, in animum induxeram, dare corticem intercalari tempore, quando optime se habebat; sed consului Cl. Boerh. de hac re, damnauit consilium, et consuluit vomitorium vel purgans forte, sedando impetum opio

anto

ante nouum paroxyſmum dato: non potui experiri; nam abiit domum et breui periit in ſecundo ſubſequente paroxyſmo.

## *Vlcus vteri.*

Mulier 65 annorum ante duos annos poſt febrem acutam incidit in fluorem vterinum, qui toto hoc biennio manſit, ſic vt ſingulis diebus ſolis vnc. vj. vel vij. effluerent ichoris flaui ſubfuſci, ſingulis vero 4 vel 5 ſeptimanis purus ſanguis efflueret, nullus dolor aderat; tota tamen inde emaciebatur, et iam materies effluens incipiebat foetere: Cl. Boerh. iudicauit eſſe vlcus vteri, quod malignitatem minans poſſet breui in peius ruere, credidit hoc anni tempore nempe 12 Septembr. conuenire haec remedia.

℞. Tincturae ſtillat. cichor.
— — fumar. ana vnc. iv.
Rhei elect. dr. ij.
Lap. 69 dr. iij.
Syrup. cichor. c. rheo vnc. ij.
M. S.
Vnc. ij. mane hora 7, 8, 9, 10.
Superbibendo vnc. ij. ſequentis.

℞. Fol. alth.
— parietar.
— ſcabioſ. ana m. ij.
Rad. oxylapathi vnc. ß.
Cum aqua decoct. ſpatio ½ h. ℔ iij. exhibe.

*Surditas.*

## *Surditas.*

Homo calidae temperiei 49 annorum, obesus, plenus humoribus, scorbuticus, obnoxius rheumatismo, et asthmati, nunc per aliquod tempus ab hoc malo liber: antea sudabant manus, et pedes, sed posteaquam rheumatismo laborauit, siccos habuit pedes.

Ante quatuor annos dextra auris obsurdescere incepit, et incepit apostema nasci; effluit foetida materies, quae si sistatur magnus oritur in capite dolor.

Altera auris singulis diebus exsiccatur, et surditas increscit, semper audit murmur aquae labentis, vel vento percussarum arborum: sensus violentae pulsationis adest.

Si horologium dentibus comprehendat bene audit. Si pedes frigeant (cui rei iam magis obnoxius viuit) increscit malum.

Si caput concutiat surdior fit per tres vel quatuor dies.

Consuluit Cl. Boerhaaue.

Expensa mali historia dictat, metuendum esse ne vlcerosa erosione ossicula auditus corrupta, membranae consumatae sint.

Hinc non affulget magna sanationis spes.

Tuto tamen, et cum exspectatione alicuius successus tentari poterit vsus cataplasmatis *A.* inter duo lintea applicandum vtrique auri totam noctem.

Mane vero parte exsiccata, et cataplasmate ablato fiat frictio ad loca auribus vicina pannis asperis, calidis, siccis, fumo accensi thymiamatis *B.* bene penetratis,

fiat

fiat vero, et diu, et fortiter ſatis: hoc ita continuetur bimeſtri ſpatio.

Quod ſi his initis proficiatur nihil, tum lapſus aquae calidae exceptus ſuppoſito capite, vt eſt embroche Aquisgranenſis, *la douce* dicta, tentari poterit.

*A.*

℞. Bulb. lilior. albor.
— cepar. ana vnc. j.

ſub cineribus aſſentur leniſſime, contundantur affundendo ſpir. vini camphorat vnc. ß.

Vnguenti martiati dr. ij.
F. catapl.

*B.*

℞. Benſoin.
Camphor.
Myrrh.
Oliban.
Sal. amoniac.
Succin. ana dr. ij.
M. f. pulu. tenuiſſ. pro thymiamate.

## *Cancer vlceratus.*

Cura palliatiua in foemina 62 annorum in ſcirrho aperto mammarum, vbi extirpatio nocebat, a Cl. Boerh. commendata.

Degat in aere moderate calido, cibis vtatur recentibus, mitibus, eupeptis, ex familia cerealium imprimis,

vt

vt et de carne aſſa, piſcibus aſſis fluuiatilibus, vna cum vino aqua diluto, cauendum ab omni dyſpepto, acri, ſalſo, calido, aromatico et lardo imprimis, vitanda omnia remedia, quae mouent, turbant, debilitant corpus: motus corporis moderatus proderit, obeſt maior: ſomnus plenior eſto, aluus pauca caſſia, vel manna, ſi dura eſt, paulum cieri poterit tuto, omnes interim animi motus violentiores ſedulo cauendi, ſopiendi prudenter.

Extrinſecus ſolum empl. diapomphol. commendo, vel ſimile de plumbo, quin et abluere licebit, et oportebit aqua roſarum, cui $\frac{1}{10}$ aceti lithargyrii admiſſa fuit, et $\frac{1}{20}$ ſpiritus matrical. burrhi; vbi vero vrget dolor, applicari poterit plumaceolis exceptum hoc remedium.

℞. Ceruſſ. ℈ j.
Succ. rec. preſſ. ſemperuiu. maior.
Vngt. nutrit.
— popul. ana vnc. ß.
Opii optimi gr. iv.
Diu conterendo F. balſamus.

Interim bibat omni bihorio diei vnciam de hoc potu calidam.

℞. Flor. rec. alth.
— — rhoead.
— — ſambuc.
— — verbaſci ana dr. iij.
Cum aqua decoct. ſpatio $\frac{1}{4}$ h. vnc. viij.
admiſce lapid. prunell. dr. ß.
rob ſamb. vnc. ij. M.

Vir



Vir 32 annorum a primis annis valetudinarius, et ob rachitidem pessimam a medicis derelictus, ante 14, vel 16 menses haemoptoe correptus, quae saepe recruduit, animi affectibus vehementioribus satis obnoxius: post haemoptoen saepe perpessam decubitus in latus dextrum dolorem, et tussim excitat, appetitus, et somnus vtcunque boni, post prandium tussis acerbior, vesperi febricula, cum sudore nocturno, excretio phlegmatum.

Consului.

Qua potui cura generosi viri casum examinaui, et dolui: expensa totius morbi historia dictat, iam a prima aetate fibras solidas non cohaesisse tanta vi, quanta requirebatur, vt per vasa ex illis conflata liquidorum circuitus sine distractione nimia, vel ruptura fieret, hinc tandem haemoptoe saepe recrudescens, quae iam in vlcus pulmonum videtur degenerasse; hoc enim docent dolor, et tussis exacerbata post decubitum in latus dextrum, vti et tussis augmentum post ingressum noui chyli in sanguinem, febricula vespertina, et nocturnus sudor.

Hinc apparet phthisin pulmonalem metuendam esse.

Restaurandae tamen sanitatis spem faciunt appetitus, et somnus boni hactenus.

Crediderim non sine spe fausti euentus tentari posse sequentia.

Degat in aere moderate calido, et sicco, cibis vtatur recentibus, mitibus, eupeptis, ex cerealium familia imprimis, vti et iuribus carnium non nimis meracis, addito

dito ſucco mali aurantii, vel citrei recentium, parua copia ſimul, ſaepe repetitis vicibus aſſumendis: vino moderate vtatur, ſed molliori.

Vitanda omnia remedia, quae mouent, turbant, debilitant corpus.

Singulis diebus ante prandium, vacuo fere ventriculo equitet per horam, ſenſim et prudenter auctis equitatus vehementia, et tempore, veſperi ante coenam leniter obambulet, nunquam tamèn ad laſſitudinem vſque.

Omnes interim animi motus vehementiores ſedulo cauendi, ſopiendi prudenter.

Nocte a frigore probe munitus, non autem moleſta ſtragulorum mole obrutus iaceat, vt ſudor euitetur.

Horis 8 et 11 matutinis, 5 et 8 veſpertinis ſumat duas pillulas *A*; ſuperbibendo ſingulis vicibus vnc. ij. decocti *B*.

Si tuſſis nimis moleſta vrgeat, ſingulo $\frac{1}{4}$ h. vnc. ß. mixturae *C*. ſumatur, donec ſedetur.

Haec per duos menſes continuo vſurpanda cenſui.

*A*.

℞. Oliban.
Myrrh. ana dr. ij.
Succ. glycyrh. inſpiſſ. dr. iij.
Balſam. de Peru q. ſ. vt f. pill. gr. iv.

℞. Fol.

*B.*

℞. Fol. agrimon.
— beton.
— virg. aur.
— hed. terreſt. ana m. ij.

F. infuſ. feruid. per 2 horas vaſe clauſo in ſ. q. aquae comun. colat. ℔ iij. adde
ſyrup. hyſſop. Zwelf. vnc. iij.

*C.*

℞. ſyrup. diacod. vnc. ij.
aquae flor. rhoead. vnc. viij.

---

## *Conſtitutio anni* 1729.

Ianuar.

Frigus intenſiſſimum, ſic vt magnum thermometrum Fahrenheitian. ad gradum 8 fuerit depreſſum.

Variolae hinc inde pergebant fere vt autumno praecedenti.

Quartanae, quae adfuerant, pergebant.

Numerus aegrotorum admodum paruus.

Hinc inde morbi quidam ſporadici a frigore, vt tuſſes, dolores vagi, rheumatici.

Ian. 21. Incepit regelaſcere.

Febr. Tempus ſatis frigidum, et varium: nullae febres intermittentes, niſi autumnales fere quartanae.

Hinc inde ſynochus putrida, tamen non lethalis. Hinc inde pleuritides, peripneumoniae, arthritides vagae.

Variolae pergebant.

Frigus ſatis intenſum durauit.

Mart. Variolae vt ante, et hinc inde quaedam lethales, tamen in vna, et eadem familia eodem fere tempore variolae oriebantur peſſimae, et optimae, et vti videbatur ab eodem fere contagio.

Circa finem menſis incepit calor oriri.

Febres tertianae mites, et duplicatae.

Frigus redibat iterum, dein iterum calor.

Apr. Frigus adhuc durabat ſatis magnum, hinc inde tamen intereunte die calidiori.

Vario-

Variolae hinc inde, non admodum malignae tamen. Febres tertianae intermittentes purgante ante paroxyſmum exhibito ſatis profligandae; non erant magna, et mala ſymptomata.

Hinc inde tertianae facile geminabantur.

Pleuritides hinc inde, et peripneumoniae.

Quartanae ob frigus hyemale diutius ſolito perſtabant. Calor circa finem menſis incepit redire.

Maius. Calor ſatis bonus, et ſimul humiditas.

Pleuritides in initio obſcurae, non multum dolentes, paulo poſt tamen validae: ſanguis V. S. detractus cruſtam inflammatoriam habebat denſiſſimam.

Inueni citiſſime peripneumonicos inde fieri, ſtertorem in pectore fieri et mortem; ſed tunc vrina iumentorum, et reliqua cruditatis ſigna aderant.

Inueni pulſum vacillantem in tali pleuritide, quae mitis videbatur; ſed vrina craſſa iumentorum, paulo poſt delirium, ſtertor in pectore, mors.

Anginae copioſae.

Variolae adhuc durabant.

13 ad 16. Tempeſtas frigidior.

Tertianae vernales pergebant, ſatis mitis indolis.

17. Pluuiae, ſimul aer parum calidior quam praecedentibus diebus.

18. Ingens ventus et pluuia, frigus maius.

19. Frigus durauit.

20. Frigus minus parum, varia tamen tempeſtas. Videbantur morbi minui.

Omnes tertianae anticipabant, et mitis erant indolis.

Maio 21. 22. 23. Maior calor.

24. Calor fere idem, ſed pluuiae.

25. Eadem fere.

Iunio et Iul. menſibus intenſus calor, et ſiccitas: variolae pergebant ſatis magno numero.

Mira videtur eſſe in quartanas aeris diatheſis; plerique enim qui quartana laborauerant, licet ſponte curati, recidiuam paſſi ſunt; illi, qui adhuc laborabant, pergebant laborare.

Circa finem Iunii, et initium Iulii numerus aegrotorum exiguus.

Circa finem Iulii febres obortae mox deſcribendae. Tunc pluuiae et ſatis ingens calor.

Febres hae primo apparebant continuae, ſed erant tertianae geminatae, et videbantur redolere genium febrium autumnalium praecedentis anni.

Aderant enim anxietas, vomitus, diarrhoeae bilioſae, ingens capitis dolor: ſitis magna; tamen non adeo vniverſalis in vomitum procliuitas: leuis color ictericius.

Vomitus per ipecacuanham, et deinde datum ſequenti die purgans, ſi vires conſtarent et ſigna docerent bilem in inteſtinis haerere, profuerunt.

Indicabantur haec a nauſea perpetua, anxietate circa praecordia, vomitu, et diarrhoea ſpontaneis: ſimul vrina bilioſa erat, intenſe tincta croceo colore, imprimis, ſi hae euacuationes non praeceſſiſſent.

Tunc datae mixturae ex rob. ribeſ. ſambuci ſpir. nitri dulc. etc. proderant.

In

In mitiori malo vrina non admodum rubra.

Circa finem morbi vrina dabat sedimentum copiosum.

Si bilis illa non euacuabatur, sed attenuata sanguini misceretur, ingens capitis dolor, et saepe morbo euanescente pruritus.

Curato morbo bilis euacuata supplebatur vino absinthite.

Purgans 8 horis ante paroxysmum ex rheo, scamonio, antimon. diaphoret. multis profuit, saepe et vomitum excitans.

August. 16. 17. 18. Ingens calor, et humidus simul aer.

19. Horrenda tonitrua cum imbribus.

20. Aer ventosus, subfrigidiusculus.

21 — 24. Hinc inde pluuiae; tamen calor magnus.

Variolae copiosae, et febres autumnales.

Simul hinc inde pruritus ferini sine febre, nec vlli fere alii morbi occurrebant.

25. 26. Calor mediocris, tempestas pluuiosa.

31. Calor non magnus adeo; numerus aegrorum augebatur.

## *Icterus.*

Iam a duobus annis circa autumnum per aliquot dies solebat languere vir temperiei melancholicae, coloris semper subfusci: tunc non inueniebam magnam febrim, et tamen vrinam saturatissimam colore rubro, sensim omnia haec euanescebant.

Autumno praecedentis anni ſubito poſt magnas anxietates incidit in icterum nullo morbo praegreſſo, ſummis ſaponaceis ſoluentibus curatum. Credidi a materia gypſea obſtruente ductus bilioſos ortum: praedixi rediturum, et conſului tota vt hyeme vteretur pill. gumoſis et ſapone veneto.

Menſe Febr. ſubito rediit et acerrime anxietas cum ictero: eadem dedi, et incepit deſinere, dum videbatur ſe bene habere ſubito rediit.

Conſuluit Cl. Boerh., vt ſumeret ſingulo bihorio vnc. j. huius mixturae.

℞. Oxymel. ſcill. vnc. iv.
Sal. polychr. vnc. ß.
Tartar. vitriol. dr. ij.
Aquae ſtillat. ruth. ℔ j.

Superbibendo vnc. iv. infuſ. ſaſſapar. cum melle. In ipſo illo paroxyſmo pulſus durus, febrilis, rigores, quaſi aliquid abſcederet in hepate. Interim victu ex iure carnium cum ſucco citri, rad. cichor. vino rhenan. etc. diu vſurpatis, ſenſim flauedo remiſit: vrina naturalis: ſubito rediit ſumma anxietas cum ictero ſequente.

Conſuluit tunc Cl. Boerh. 16 Martii, vt ex ℔ j. rad. gramin. recent. et ℔ j. tarax. cum pauxillo aquae coctis, contuſis, preſſis ad vnc. x, vnc. j. ſal. polychr. vnc. iv. ſyrop. 5 rad. ſumeret illius $\frac{1}{8}$ partem quater de die, ſingulis vicibus ſumendo gutt. viij. olei tereb. lucidi ex ſaccharo puro, quia in oleo terebinth. calculi hepatis obſeruantur deliqueſcere, et vt ſic diarrhoea continua oborta liberaretur obſeſſum hepar.

Quo-

Quotidiana leuis diarrhoea orta fuit; feces incipiebant tingi vtcumque, vrina odorem violaceum habebat; lingua nitida, appetitus bonus, flauedo non multa: vno die aliqua flauedo redibat, altero die desinens.

Post quinque septimanarum vsum tota flauedo aberat, tamen perrexit. Nullus diabetes secutus fuit.

Incipiente Iulio aquis Spadanis incepit vti cum diaeta ex carne assa, piscibus assis, vino mosellano, vesperi fructibus horaeis, lactuca, portulaca etc. addito post 3 septimanas determinante per aluum medicamento.

Postquam per 6 septimanas has aquas assumserat, videbatur integre restitutus, tamen consuluit Cl. Boerhaue, vt singulis diebus vteretur adhuc vna lagena.

1730. Aug. 30. Rediit icterus, aquas Spadanas sumsit.

1739. Ileo periit.

## *Lues.*

Homini vlceribus venereis depascentibus guttur laboranti, dum malum topicum videbatur; nam nec foemina eius consuetudine fruens inficiebatur nec vllum aliud membrum, consuluit Cl. Boerh. vt solutione merc. sublim. cum melle rosato, et aqua prudenter tangerem.

Sed dein videns fauces siccas quasi retractas, vocem raucam, metuit ne ad ossa proserperet: erat strictae, atrabiliariae temperiei: hinc consuluit vsum decocti ex rad. cichor. gramin. hordei etc. et alternis diebus gr. viij. cinab. natiuae cum mastiche instar sufsiumigii per os, et nares hauriendi.

Cum videbatur ſatis facile hoc ferre, fere continuo per 14 dies dedi vſurpandum, et tunc poſtea, cum omnia videbantur in melius tendere, dedi hydragoga fortiſſima purgantia.

Imprudenter vſurpauit illa ſuffumigia, et incipiebant neruorum tremores oriri, hinc abſtinui.



Multos vidi, qui ad minimum aſſumtum cibum, torquerentur immaniter, credidi ſcirrhoſam malignitatem adeſſe, nec curare potui, ſolamen percipiebant a lacte tepido epoto.

## *Angina.*

Mai. 16. Mulier 30 annorum ſana caeterum ſaepius laborauerat angina. Ante octo dies vocatus, inveni, quod magnam copiam ſanguinis reiecerit cum levamine doloris acerrimi. Apparebant vaſa tonſillae varicoſa: dedi leue purgans, gargariſma adſtringens: poſtea collui os iuſſi ex infuſo ſcordii flor. alth. etc. videbatur curanda, ſed hodie recruduit malum vehementer, et ingentem copiam ſanguinis reiecit, ſimul et nunc et ante auris interna dolebat, tonſillae vaſa varicoſa, et apparebat quaſi eroſio. Dedi alumin. dr. ß. mell. roſar. vnc. ij. aquae roſar. vnc. viij. pro gargariſmate.

Apparebat illa eroſio, de caetero ſe bene habebat. Conſului halitum gr. vj. cinnabaris binis diebus vſurpandum; deinde omnibus inuentis iiſdem, iterum per binos dies vſurpandum dedi.

Vidi



Vidi in muliere 25 annorum ſanguineae temperiei, plethorica febrem obortam ſatis validam, cum delirio, calore ſummo, et anxietate, et ſiti: venam in pede ſecui, lecto egredi iuſſi, et in ſella ſedere, balnea, epiſpaſt. applicui: menſes eadem nocte prorupere, ſimul dedi antiphlogiſtica, et tum febris, quae primis diebus continua videbatur, facta fuit intermittens.

Iuueni dum hyemale tempeſtate frigidiſſime aqua frigida perfunderetur ſaepe (*hyrouwde*) incidit in arthritidem, cum tumore, et aliqua immobilitate iuncturarum digitorum manus, et cubiti, conſuluit Cl. Boerh., vt ſapon. venet. vnc. ß. ſingulis diebus aſſumeret vna cum ſero lactis decocto cum gramine recenti, et taraxaco, et ſimilibus leuibus antiſcorbuticis; leuamen inde habuit, tamen non curatus.

Poſt quartanam hyemalem, quae diu durauerat, menſe Iunio praeſcripſerat prouectae aetatis mulieri has pillulas.

℞. Rhei dr. ij.
Croci.
Sal. polychr. ana dr. j.
Tereb. dr. ß.
Trochis. de myrrh. dr. jß.
F. pill. gr. iij.

Sumat ſingulo trihorio tres pillulas.

Poſt prandium, et coenam ſumat vnc. ij. vini abſinthitis.

Inde purgata commode, cum leuiter ſubflaueſcebat, melior facta eſt; tamen febris remanſit.

*Remittens continua.*

Aug. 4. Poſt magnos motus et calidam tempeſtatem incepit febricitare circa horam 11 matutinam: inveni pulſum elatum, calorem, dolorem capitis magnum, linguam ſiccam, ſitim magnam. Conſului balnea pedum, rob ribeſior. cum aqua hordei etc. appetitus nullus.

5. Febris minor, tamen non remiſerat, ſitis vt ante, appetitus nullus, lingua ſordida, dolor capitis grauatiuus, reſpiratio libera.

Perrexi in ſimilibus.

6. Febris vehementior, dolor capitis ingens, hac nocte aliquid ſanguinis dimiſerat cum leuamine, pulſus celer admodum, et vacillans, quaſi aliquid critici indigitans, non audens ob dolorem capitis expectare, venam tentaui ſecare in pede; ſed non potui: ſub veſperam clyſma dedi.

7. Aluum depoſuerat bis vel ter. Cum ex appetitu proſtrato et genio febris praedominantis crederem bilem haerere in primis viis, dedi purgans leue ex rheo. Paulo poſt aſſumtum purgans, ſanguis fluxit de naribus magna copia, aliquid per vterum ſimul: depoſuit 5 vel 6 aluum cum leuamine, ſe inde ſatis bene habens.

8. Mane febris aberat penitus; ſed circa duodecimam paroxyſmus ſatis moleſtus ingruit, qui durauit per totam diem cum ſiti intenſa, inquietudine etc.

Aug. 9.

Aug. 9. Dedi infusum ex contraierua, serpentar. sale polychr. etc. sed circa vesperam inexpectata febris ingruit, quae tota nocte illam male habuit; mane sequentis diei parum remisit.

10. Postquam parum remiserat hora 12 nouus paroxysmus ad vesperam durans. Quia febris geminabatur, et per haemorrhag. purgans, appetitum nullum attritae vires essent, dr. x. cortic. peruu. per horam decoctas cochleatim vesperi incepi ingerere.

11. Perrexi in hoc decocto: appetitus nullus, circa meridiem leuis febricula.

Vsque ad diem 18 perexi in vsu salis polychr. rob sambuc. etc. lingua sensim incepit apparere nitidior, appetitus parum rediit, vrina satis rubra, vires sensim redierunt: nulla maior tensio abdominis.

23. Redierunt singulis diebus leues quaedam febriculae. Perrexi tantum in similibus, debilis erat, appetitus sensim rediit, tamen non multus, lingua nitidior facta erat.



Obseruauit Bontius in calidis regionibus morbos frigidos praedominari, Bont. hist. nat. et med. libr. 1. dial. 2.

Vidi mulierem sanam 5 circiter menses grauidam lapsam ex alto, terribili haemorrhagia vteri ad libras laborasse; inde tamen conualuit, et debito tempore foetum sanum in lucem edidit.

Mulieri aliquot diebus post partum in sinistro latere abdominis dolor obortus cum febricula hectica quasi, horripil. ect. credidi aliquid abscedere; sitis erat magna, asthma-

aſthmate laborabat phlegmatico: antea praedixi, magnam colluuiem euacuandam, poſtquam per mellita, antiſeptica ect. perrexeram per aliquot dies, fluxus alui varii coloris, foetidiſſimus obortus: parum per lochia ſimilis materiae fluxit cum leuamine, et appetitus conſtantia.

Vltimo per ſputa ſimilem materiem reddidit, quam dixit ſe ſentire, quaſi de latere affecto educeretur.

Perrexi in vſu pillul. gumoſ. cum lacte mellito, magnam copiam ſputorum eduxit, appetitus ſatis bonus, tamen incumbens lateri ſiniſtro dolorem ſenſit.

## *Aphonia.*

Filiae deuotae caeterum ſanae mane dum expergefiebat, vox defuit; articulate loquebatur, tamen ſonum vix perceptibilem edebat. Cl. Boerh. dixit vitium haerere in neruis ſonoris (captui illius ſe accommodans) et conſuluit pillulas ex aſa foetid. opopan. camphor. etc. ſuperbibendo mixturam ex aq. ruthae ſpir. ſal. amoniac. etc. ſimul baluea pedum, et infuſ. roriſmarin.

His aliquamdiu vſurpatis non profecit: credidit Cl. Boerh. in iiſdem pergendum eſſe, et veſicatorium applicari poſſe.

NB. Homo ſanus poteſt articulate loqui, et nullam vocem edere.

Vidi poſt ophtalmias corneam opacam factam, ſenſim tractu temporis poſt annos pellucere, deſquamatis forte lamellis opacis; hinc in tali caſu ab omni medicamento abſtinui, et hoc confirmauit Cl. Boerh.

Vidi

Vidi tumorem in ſcroto in tunica vaginali haerentem, teſtis non tumebat, nec ſuperior pars funiculi ſpermatici tumebat (ſuſpicabat enim eſſe herniam) cum febre tertiana ſingulis paroxyſmis ortum, febre finita euanidum.

Vidi in puero variolis laborante glandulas inguinales intumuiſſe, tamen euaſit.

Mulier 34 annorum macilenta poſt diuturnos dolores faucium, et vocem impeditam fere, fruſtra tentatis plerisque, me acceſſit. Inueni in palato foramen eroſum vt credo a lue venerea. Repleto corpore per aliquot dies decoctis auenae, lacte etc. dolor minuebatur, humectatis omnibus, tunc incepi dare merc. dulcem; ſaliuatio vix multa erat, nam ſtatim funeſtus alui fluxus aderat, licet fotis ſemper collo et gingiuis, opio ſiſtebatur; tamen vlcus antea ſiccum, et rubrum incipiebat madeſcere, et conſolidari, perrexi dando merc. dulcem, qui nihil videbatur agere, donec ſubito erumpens ſaliuatio vomitum dyſſenteriam faceret, opio tollebantur haec mala. Perfecte ſanata fuit.

In pueris vidi eroſiones illas (danwworm) ſaepe: Credidi ab acido eſſe, hinc abſorbentia dedi. Forte prudens doſis ſalium alcalinorum plus prodeſſet. In capite dum oriebantur, ſaepe ingens foetor aderat, hinc $\frac{1}{6}$ aceti, et aquae $\frac{5}{6}$ ablui curaui, cremore lactis ſambucino illiniri, impoſito folio braſſicae rubrae.

---

Con-

## *Constitutio anni* 1730.

Hyems satis mitis.

Quartanae durabant satis pertinaces.

Tusses multae et pertinacissimae per totam hyemem durabant, qualis et me diutissime afflixit.

Mai. Iam Aprili inceperant febres tertianae purae semper anticipantes, rarissime geminatae, purgante ante paroxysmum 6 vel 8 horis dato facile curabiles.

Variolae rarissimae, et boni moris.

Iun. Calor non adeo intensus.

Sed quartanae praecedentis anni durabant adhuc, et febres tertianae intensiores erant, ac ante, et diutius durabant.

Iul. Hinc inde biliosae diarrhoeae purgante, vel vomitorio deturbandae in initio facile.

Aer tepidus, et calidus, sed resoluens, nec tamen pluuia. Et videbatur bilis putrida se miscere priori diathesi febrium intermittentium, hinc maior sitis, lingua nigra, oris amaror, anxietas: haec me fefellerant in prognosi, dum ex genio praecedenti concluderem. Aderat in initio saepe dolor lateris non pleuriticus, sed fere hac specie fallens, purganti cedens.

Hinc purgans bis, vel ter repetebatur, vel et vomitorium, sed raro dedi; dein serum lactis cum acetosa coctum cum mixtura ex rob ribes. samb. etc.

10. Calor durat intensus silente vento.

11. Minor calor, et pluuiae, aegri pauci.

Iul. 12.

Iul. 12. Boreas, et imbres magni circa vesperam.

20. Varia tempestas saepe ingens calor, dein alio die pluuiae et frigus: hinc inde diarrhoeam biliosam cum febre vidi, et confirmabar in eo quod bilis accenderetur, nam hoc in omnibus vidi febribus.

Paruus aegrorum numerus.

28. Numerus aegrorum non multum maior, sed febris biliosa cum diarrhoea valida, et in fine aliquando aphthae, postquam febris per aliquot dies siluerat, vrina tamen intense rubra manente.

29. 30. Pluuiae, et tempestas frigida.

31. Serenitas maior.

Aug. 1. 2. Aer humidus, et calidus.

3. Serenus sed valde calidus.

4. 5. Calidissimus sic, vt vix ferri posset.

Numerus aegrorum non multum auctus.

6. Hac nocte ingentia tonitrua, et imbres.

Dies frigidiusculus.

7. Pluuia, et frigus.

8. 9. Ingentes imbres, et frigus.

Parum serenior tempestas, et venti.

11. Pluuiae.

12. Aer magis serenus.

Hinc inde febris a perspiratione impedita ob frigus intensum calorem sequens die 6, decocto leuiter aperiente 5 rad. bardan. etc. curabiles.

13. Aer serenus cum calore mediocri.

14. Aer satis frigidus.

15. Serenus et calidior.

16 — 17. Idem aer.

Aug. 18. Vt ante. Vidi primam quartanam ortam, ſed tamen hinc inde quartanae praecedentis hyemis (licet ſine cortice ſanatae) recrudeſcebant.

19. Aer calidus, et ſerenus.

20. Eodem modo; incipit aliquid epidemici ſe manifeſtare.

21. Vidi adhuc quartanam ſe ſubrepentem, aer moderatus.

22. Aer calidus.

23. Aer ſerenus calidus, illud epidemicum parum augebatur, vidi iterum quartanam incipientem.

24. Aer ſerenus calidus.

25. Aer parum frigidior, nubilus.

26. Pluuiae.

27. Aer calidus.

28. Vt heri, numerus aegrorum parum auctus, pergebant hinc inde quartanae recrudeſcere.

29. Vt heri aer ſerenus.

30. Leues hinc inde pluuiae et calor moderatus.

31. Aer ſubfrigidus.

Sept. 1. Aer ſubfrigidus nubilus, numerus aegrorum non multum augebatur, vt heri.

2—5. Aer ſubfrigidus, ſed 3 die pluuiae.

6. Serenitas admodum calida.

7. Vt heri.

8. Vt heri, ſed maior calor.

9. Maior calor, numerus aegrorum augetur.

10. Calor maior.

11. Calor.

Sept. 12.

Sept. 12. Calor adhuc.

13. Aer nubilus frigidiusculus, hinc inde ortae quartanae.

14. Vt heri.

15. Vt heri, sed minus nubilus, quartanae augentur.

16. Ingentes pluuiae.

17. Vt heri.

18. Pluuiae continuae.

19. Serenitas.

20. Mane serenus, post meridiem pluuiae.

21 — 24. Pluuiae.

25. Aer varius, tamen vix pluuiosus.

26. Venti et siccitas.

27. Vt heri.

28. Aer nubilus.

29. Aer nubilus sine pluuiis.

30. Aer serenus, quartanae augebantur, sed numerus aegrorum non valde magnus.

Octob. 1. 2. Aer serenus calidus.

3. Aer nubilus.

4. Aer frigidus nubilus.

5. Aer mane nubilus, post prandium satis serenus.

6. 7. Aer serenus.

8. Aer nubilus pluuiosus.

9. Aer serenus, dyssenteriae.

10. Aer serenus, frigidus.

11. Aer serenus, hinc inde quaedam dyssenteriae.

12. Aer serenus frigidissimus ratione tempestatis anni.

13 — 15. Serenitas frigidissima.

Octob. 16. Frigus durat.

17. Frigus, et pluuiae.

18. Frigus, et aer nubilus.

19. 20. Serenitas, et frigus mitius, coryzae, tusses etc. copiosae.

21. Frigus modicum, pluuiae.

22. Vt heri, et venti.

23. Pluuiae.

24. Leues pluuiae, hinc inde dolores rheumatici, et pleuritides.

25. Serenitas.

26. Hinc inde pluuiae.

27. 28. Serenitas satis calida.

29. Maius frigus, circa vesperam pluuiae.

30. 31. Pluuiae.

Nou. 1. Aer varius.

2. Aer calidus, humidus, pluuiosus.

3. Pluuiae magnae, catarrhi, odontalgiae etc. oriuntur, numerus aegrorum modicus.

4—6. Aer humidus, tepidus.

7. 8. Aer tepidus, humidus, de nocte ingentes imbres.

9. Aer serenus.

10. Serenitas.

11. Venti et pluuiae.

12. 13. Imbres fortissimi.

14. Venti et pluuiae, hinc inde angina, et diarrhoeae, vidi hinc inde morbillos mites.

15. 16. Procellae et pluuiae.

17. 18. Serenitas.

19. 20. Procellae et imbres.

Nou. 21. Aer ſerenus calidior.

22 — 30. Vſque aer ſatis varius, aegrorum numerus paucus, et erant multi rheumatiſmi.

Decemb. 1 — 6. Aer procelloſus, imbres maximi, fulgura, grandines, tonitru, numerus aegrorum paucus.

6 — 20. Varius fuit.

Poſtea gelu ſatis forte, mox remiſſum frigus, aegri pauci, variolae nullae; peripneumoniae et pleuritides hinc inde, et dolores vagi a frigore impedita perſpiratione.

## *Calculus.*

Vir 63 annos natus regione Italus per multos annos calculi cruciatibus vexatus vrinam dimmittebat ſumma cum moleſtia, cum ingenti copia muci; vrina non ſemper erat foetida, ſed ſemper pallide citrini coloris, ſubſidente ingenti copia muci.

Diu malum illud tolerauerat, nec potuit vnquam catheter immitti in collum veſicae; tamen in Italia explorauerant immiſſo per anum digito, et iudicauerant eſſe veſicam ſcirrhoſam.

Cl. Boerh. conſultus dubitabat, an eſſet vlcus, vel vomica veſicae, an vero calculus ſolus: ingens illa copia gelatinoſi muci continuo ſecreti calculum docebat adeſſe; tamen expreſſa per vim vrina, ſub finem non ſentiebat acutiſſimos illos dolores, et incredibilis copia muci ſecernebatur: ego praedixeram calculum adeſſe, ſed glabrum, nec anguloſum.

Conſulebat Cl. Boerh. motum corporis, dedit ipſi pulp. tamarind. cum pulp. caſſiae et ſale polychr. vt ſu-

meret mane cochlear ad laxandam aluum: et deinde interdiu maſſam ex ſucco glycyrrhizae terebint. rheo, myrrha, vt ſingulo trihorio dr. j. caperet, ſine multo leuamine.

Poſtea verno tempore caſu incidit in tertianam, brevi quidem curatam; tamen inde exacerbata fuerunt omnia, ingens meiendi conatus cum ſummis nixibus et cruciatu incredibili, ſimul ſemper deponendo aluum: ſenſim ſic attritae vires. Cl. Boerh. conſulebat balneum ex herbis emollientiſſimis, fomenta ex lacte et ſapone veneto, clyſmata ſimilia, et dein infuſum taraxaci et acetoſae pratenſis cum ſero lactis.

Incaſſum tentatis omnibus defecit, et vera ſyncope periit, ceſſans viuere poſt ſummum nixum meiendi editum.

Cadaueris inſpectio exhibuit:

Facies nullo modo diſtracta, ſed placide inſtar dormientis compoſita.

Abdomen molle incipiens 10 poſt mortem horis parum eleuari: circa pubis regionem non adparebat intumeſcentia ſolito maior.

Glans penis et ſcrotum liuida et ſiderata apparebant. Diſſecto cruciatim abdomine pinguedo digitum tranſuerſum craſſa reperiebatur incumbens abdominis muſculis.

Omentum paulo vltra vmbilicum protenſum craſſum multa pinguedine obſitum.

Inteſtinum colon et caecum flatibus diſtentum, fecibus fere vacuum, fimbrias craſſas adipoſas appenſas habens.

Ventriculus parum diſtentus, ſed flatibus.

Hepa-

Hepatis color pallidior et fere ſcirrhoſum erat et aridum, et ſolito magis contractum, dum intra limbum coſtarum occultabatur, ſic vt fere digiti tranſuerſi ſpatio deficeret.

Veſicula fellis ſemiplena, et nihil in illa calculoſi: meſenterium, et meſocolon pinguedine obſeſſum copioſa, nullas glandulas conſpicuas exhibebat.

Lien hepati colore, et exſucca duritie ſimilis.

Inferius apparebat veſica vrinaria diſtenta lamella expanſi peritonaei tecta, cui lamella leui concretione adhaeſerat meſenterium.

Ad latus remotis inteſtinis apparebat veſica vrinaria quinque tranſuerſis digitis ſupra os pubis eminens, non perfecte ſphaerica ſed compreſſae figurae, nodoſis extuberantiis inaequalis, et in illis locis durior et craſſior: quinque diſtinctis locis apparebat veſica fiſſa, quod digito facile percipiebatur, ſic vt ſola lamella peritonaei videretur impedire, quo minus vrina in abdomen efflueret: maxime dura apparebat in illo loco, vbi incumbit inteſtino recto.

Lamellam peritonaei caute ſeparaui a locis illis fiſſis; tamen apparebat ipſa veſicae membrana exterior adhuc integra fuiſſe: leui apertura in tali loco fiſſo facta vrina effluebat primo tenuis, mox ingens copia tenaciſſimi glutinis.

Veſica in quibuſdam locis pollicem craſſa erat, in aliis longe tenuior; in ſuperficie interiori vlceroſa apparebat, et detrita.

In vesicae parte inferiori posteriori, qua accumbit intestino recto, ibi quasi in sinum protensa vesica duo erant calculi sibi mutuo adiacentes; minor concauus impressum gerebat vestigium, quo alterum exceperat, nullis aculeis hirti, tamen inaequalis superficiei, et manifestas notas attritus habentes; minor pendebat dr. xiij, maior dr. xxvj.

Ren sinister flaccidus coloris subliuidi copiosa pinguedine tectus. Ex rene producebatur peluis ingens vasis varicosis in superficie huius exteriori, et vreteris apparentibus: vreter ad duos digitos transuersos progressus incuruabatur angulo facto sursum retrogradus, deinde iterum incuruatus angulo acuto satis hinc complicatus descendit per totum tractum adeo capax, vt digitum minorem caperet facile: ad vesicam pergebat vrina plenus.

Ren dexter altissime locatus ipsam summitatem hepatis fere attingebat. Peluis ex summitate renis oriebatur siue ex fastigio membranaceis vinculis ipsi capsulae atrabiliariae nexa, ampla, inflexa parum, vreteri continuata descendebat, qui mox angustatus flexu sigmoideo facto descendit supra musculum psoas, mox dilatatus pollicem fere capiens transuersaliter arteriam iliacam dextri lateris transcendens, hinc inde incuruatus semper dilatatus manens pone vesicam inferebatur.

Renes discissi satis bene se habebant.

## *Lues venerea.*

Vir 33 annorum temperamenti siccioris et frigidi ante quatuor annos laborabat gonorrhoea ab impuro congressu

greſſu cum muliere Inda: haec gonorrhoea per annum durauerat, et phymoſin acerbam paſſus fuerat: in medio circiter pene perceperat dolorem: curabatur haec gonorrhoea, ſine multis purgationibus, ſolis calidiſſimis oleo iuniper. balſam. copaiu. etc. in principio gonorrhoeae varicoſus tumor circa teſtes aderat.

Gonorrhoea poſt annum multum minuta, in latere dextro bubo apparuit ſatis magnus, quem inciſione facta curauerunt.

Hoc tempore rhagades in manibus et pedibus apparuerunt, euaneſcentes iterum quando has oras appulit, immo iam minutas, dum appropinquabat.

Dum redibat in patriam in naui, durus pedum tumor circa genu, et malleolum oriebatur.

Emplaſtro quodam nigro applicato ceſſauit dolor; ſed tunc obortus fuit morbus furibundus, quo ſanato aliquando poſt ſucceſſit faucium ſiccitas.

Dolor in coſtis noctu, et motu exacerbatus, ſenſim deſinebat.

Ad os ſacrum poſtea idem malum ſenſit ſenſim euaneſcens.

In parte poſtica membranae fauces inueſtientis maculae albicantes apparrebant, quaſi relictae forent cicatrices.

Brachii in iunctura crepitatio et dolor.

Dolorem quemdam ſenſit ex latere abdominis verſus penem vergentem: in natibus, et parte poſteriori femorum tumores cutanei ſubito oriebantur prurientes: minuebatur dolor; his vero diſparentibus, dolor augebatur.

April. 24. Leni laborabat febricula: vrina cum sedimento lateritio. Dedi ab macilentiam decoctum ex alth. malua, pariet. rad. consolid. cum syrup. alth.

Saliuationem volui instituere, sed non successit bene versus aluum determinatione facta; consului hinc victum tenuem, exercitia, et cinnabaris suffumigia.

Nou. 29. Continuauit in his cum diaeta macilenta admodum et rad. bardan. decoctum copiosum potauit; sed nunc inueni hydropicum, pallidum, tumentem, habentem tumorem durum, magnum, cutis colorem non mutantem, sub musculo temporali situm in latere sinistro, in latere dextro simile quid apparebat. Tentaui hydropem curare roborantibus et calefacientibus summis, quod successit. Tumori applicui emplastrum de ranis cum mercur. quod successit, et sensim minuebatur tumor nondum disparens.

1732. Vidi omnem tumorem fere disparuisse; os tamen nondum poterat aperire.

Tandem misere periit.

## *Vlcera.*

Iun. 28. Vir 57 annorum stricti satis corporis potui spiritus iuniperini addictus, caeterum sanus in abdomine, et vtroque crure proserpendo quasi, accepit ingentes vesicas, pollicem latas, dolentes, liquore subflauo plenas, crepantes, et tunc foedis crustis relictis proserpebant: febris nulla, vrina subfoetida, et satis dilute flaua, sitis fere nulla.

Con-

Conſului puluerem ex ſtib. diaphor. fl. ſulphur. et cremor. tart. ſuperbibendo ſerum lactis cum antiſcorb. decocti vnc. aliquot.

Poſtea dedi purgans ex tamarind. agarico, ſenna etc. Veſicis ruptis cum leuamine applicabatur empl. diapompholigos.

Poſtea dedi rob ſambuc. vnc. ij. ſal. prunell. dr ij. aquae flor. ſambuc. vnc. x. ſuperbibendo infuſ. ſaſſafr. vnc. j. calid.

Iul. 8. In his perrexi, et videbatur melius habere, ſed nouae et magnae veſicae oriebantur cum pruritu, et in illis, quae empl. tectae non fuerant, cruſtae horrendae oriebantur. Illis tamen cruſtis in abdomine deciduis cutis erat nitida.

10. Veſicam talem elatam deſcidi, lympha effluebat, et fundus albicabat inſtar lardi, ſic tamen vt ſtigma quoddam profundius eſſet ſanguinem fundens, et magis quaſi eroſum.

Dedi ſingulo trihorio gr. v. aethiop. mineral. ſequenti die applicabatur empl. diapomph. illud album ſecedebat, et fundus fiebat purior, et ſenſim exſiccabatur.

20. Priora continuaui; lauamento ex mercur. ſublim. et aqua calcis iuſſi tangi veſiculas.

Adhuc nouae generabantur, et quidem in aliis locis corporis.

Dedi cinab. natiu. gr. xvj.
☿ dulc. gr. xxiv.
Stib. diaphor. dr. j.
Sacchar. dr. ij.
F. pulu. xvj.
Omni 4 h. vnum.

Iul. 28. Euanuerunt puſtulae, ſed ſigna leuis ſaliuationis incipiebant, foedae tamen illae cruſtae nondum decidebant. Abſtinui a medicamentis.

Aug. 5. Saliuatio leuis durabat, cruſtae nondum deciderant.

8. Bene ſe habebat, et cruſtae incipiebant decidere.

18. Omnia euanuerant.

## *Pleuritis.*

Iulii 29. Mulier 50 annorum antea ſaepe morboſa et debilis, de nocte ſubito pleuritide corripitur: calor ad tactum ſummus, facies rubra penitus.

Secui venam, et dedi decoct. alth. lapid. prunell. ſyrup. alth.

30. Sanguis eductus pleuriticus, ſerum copioſum, flauum, lingua humida, ſed leuiter alba, reſpiratio magis impedita et ſi profunda fieret, tuſſicula, ſputa alba, pulſus non elatus, nec plenus, tamen febrilis. Dedi emolliens decoctum verbaſci, cum ſyrup. alth. nitro, et diacodio.

Sapon. venet. cum lacte lateri applicui.

Veſperi febris magna, dolor ingens altius parum aſcenderat, V. S. et in iiſdem perrexi addito diacod.

Iul. 31.

Iul. 31. Vrina hesterna, quae rubra erat, relicta per 24 h, dedit leuem nubeculam versus fundum.

Vrina hodierna nubem crassam circa fundum; sanguis heri vesperi emissus pleuriticus erat, lingua fusca, pulsus debilis, tamen febrilis, inquietudo, respiratio impedita cum pinnis nasi motis: versus lumbos dolor se propagauerat: sputa tenacia; erecta in lecto sedebat.

Dedi decoct. ficuum, rad. foenicul. cum melle. Noctem insomnem duxerat.

Vrina turbida aliquid sedimenti dabat: respiratio impedita, facies rosea, calor ad extrema vsque, febris iterum validor quam mane, lingua fusca, sudor copiosus.

Iterum V. S. ad vnc. v. in iisdem perrexi.

Aug. 1. Sanguis heri eductus pleuriticus, calor adhuc satis magnus et ad extrema vsque; respiratio impedita; erecta sedebat; vrina turbida, lingua fusca.

Dedi decoct. rad. alth. cum syrup. flor. rhoead. alth. lapid. prunell. et syrup. alth.

Sputa erant cruda.

Sputa eadem: deposuerat quater aluum; febris vesperi exacerbata, tamen respiratio melior, lingua fusca, sed humida. In iisdem perrexi.

Hodie mane inueni vrinam turbidam, stertorem in pectore, manus conuulsas; nox inquietissima fuerat, apoplectica nunc quasi, sensus expers et aphona. Duodecima diurna hora periit.

*Ter-*

*Tertiana.*

Aug. 1. Virgo 23 annorum macilenta corripiebatur 27 Iulii febre tertiana intermittente: tota flauescebat fere, et paroxysmi fuerant satis validi. Dedi purgans ex rheo scamon. stib. diaphor.

2. Heri hora quarta febris aderat, bis deposuit alvum, semel vomuit, nox vtcunque quieta, vrina flammea cum nubecula versus fundum, in capite non dolor, sed leuitatis sensus, lingua flauca, sed non obsita crusta crassa.

Dedi rob ribesior. cum aqua cortic. citri, meliss. lap. prunell. spir. nitr. dulc. vitae Math. nam sitis erat magna.

3. Sudor nocturnus copiosus, oculi flaui, vrina ruberrima, et subfoetida, dolor circa praecordia, appetitus ad salsa, lingua flaua, dedi purgans ex rheo, scamon. et stib. diaphoret.

4. Vomuit saepius bilem, et quater aluum deposuit; febris heri prehendit anticipando, sic vt purgans tempore febris operatum fuerit, febris satis valida fuit; dolor tamen capitis multum euanuerat: hodie se satis bene habebat, vrina flaua satis cum nubecula versus fundum, sapor amarus in ore, color flauus minutus erat: lingua adhuc flaua tamen, anxietas longe minor, nox satis quieta.

Dedi rob ribes. aquam cinnamomi meliss. sp. nitri dulc. salem polychr.

Aug. 5.

Aug. 5. Vrina adhuc intenſe rubra, heri ſe ſatis bene habuerat: lingua flaua, anxietas vix vlla, color flauus minuebatur: non aſſumſerat totum medicamentum; iuſſi, vt pergeret.

6. Heri vix febricitauit, lingua adhuc ſordida, et ſitis intenſa fuerat, vrina non multum colorata cum nubecula verſus fundum, pulſus, et reſpiratio bona.

Dedi pulp. tamarind. rob ribeſ. ſalem polychr. cremor. tartar. cum gtt. ol. cinnamom. ſuperbibendo ſerum lactis.

7. Vrina cum nubecula vix rubra, lingua nitidior, appetitus commodus, ſitis nulla, leuis adhuc flauedo in oculis, heri aluum non depoſuerat. Dedi ſyrup. cichor. cum rheo, cum ſal. polychr. et aqua meliſſae.

8. Heri non febricitauit: menſes prodierunt, et medicamentum nondum aſſumſerat; nox quieta, appetitus commodus, lingua nondum penitus nitida.

Medicamentum heri praeſcriptum aſſumet.

10. Vrina ſana, lingua fere nitida, ſomnus impeditus a pruritu per totum corporis habitum, qui tamen ante morbum adfuerat, iam auctus: reliqua erant bona. Dedi cremor. tartar. ſal. polychr. et flor. ſulphuris, et reliqui.

## *An Epinyctides?*

Auguſt. 2. Vir 50 annorum ſtrictae temperiei, et vino vtens (vt puto) ſatis frequenter, incepit ſentire 28 Iulii dolorem in dorſo, ſic ſenſim ſine febre totum dorſum ad latitudinem 3 digitorum puſtulis paruis complanatis

planatis, in medio depressis, liquore flauo plenis, hinc inde confluentibus; et tunc apparebat subiecta caro subnigra, forte extrauasato sanguine: vrina flammea, tenuis, sedimentum album habebat diuulsum, appetitus deletus, sitis non magna, lingua pura, nec aliquid mali saporis habebat in ore.

Heri dederam rob samb. lap. prunel. aqua samb. Perrexerant per pectus in latere dextro vsque ad sinistram mammillam.

Hodie dedi decoct. tamarind. cum syr. cich. cum rheo.

Aug. 3. Pustularum interstitia magis rubra, et iam heri per pectus proserpserant, integrum tamen non fecerant circulum, hinc credo esse Zonam auctorum.

Heri semel aluum deposuit.

Exterius fundus vesicularum confluentium apparebat niger, sed aperta vesicula fundus purus, ruber profunde et humidus apparebat, vrina flammea, leuis quasi febricula, lingua nitida, et appetitus melior, nox magis quieta, quia vestibus non exutis dormierat.

Dedi nitrum cum acidis saponaceis.

4 Pustulae, vt heri fere, interstitia inter pustulas liberrima, vrina minus rubra cum nubecula, pulsus bonus, appetitus melior, lingua nitida.

Dedi infus. flor. samb. cum nitro, et rob sambuc.

5. Vrina vt heri, interstitia rubebant, pustulae confluebant, et suppurabantur omnes, pus extillabat flauum subfuscum, modice spissum.

Dedi

Dedi ſimilia.

Aug. 7. Pus fundunt copioſum in vnum quaſi apoſtema cutaneum fuſae puſtulae, et in fundo ruberrimo ſtigmata flaueſcentia erant, vbi fuerant puſtulae: in reliquis bene ſe habebat, et vrina modice rubra.

Narrabat ſe poſt perceptum dolorem in dorſo binis diebus poſtea de nocte ſenſiſſe, quaſi culter acutiſſimus ſub cute protruderetur praeciſe eo vſque, vbi puſtulae deſinebant, et tunc mane in toto hoc tractu naſcentes vidit puſtulas.

Credidi nil agendum eſſe, dedi lap. prunell. cum ſtib. diaphor. 4 doſibus.

8. Sanabantur omnes puſtulae; vrina ſana.

Quia appetitus languebat dedi tincturam myrrh. cum aqua meliſſ. et ſyrup. 5. rad. vrina ſana.

14. Totum pectus excoriatum, ſed in dorſo omnia ſanata erant: dolebat ſummopere, et vidi hinc inde puſtulas quaſi ipſam cutim flauis eroſiſſe vlcuſculis: reliqua ſana erant.

Dedi empl. diapomph. cum ceruſſa, et maſtiche.

16. Omnia ſanabantur, et exiccabantur.



Aug. 3. Vir 37 annorum validis laboribus corpus exercuerat, morbo epidemico anni praeteriti laborauerat: laſſitudine ſpontanea, dolore lumborum, et capitis laborabat: habitus erat ſatis repleti, et oculi rubebant, pulſus vix febrilis, lingua ſatis nitida.

Conſului quietem, victum antiſepticum, et dedi decoct. gramin. bardan. tamarind. ſal prunell. ſyrup. violor.

Aug. 4.

Aug. 4. Vrinam inueni turbidam, ſed credo ſubſidebit: lingua leuiter albicabat, nulla febris, aluus vix reſpondet, dolor capitis aberat, lumborum dolor manebat.

Dedi ſimile decoctum.

5. Vrina melior fere citrina, dolor capitis de nocte magnus adfuerat, hodie multo melior, in lumbis dolor manebat, lingua albicante cruſta craſſa obducta fuerat.

Dedi pulpam tamarind. rob ſamb. ribeſ. ſuperbibendo ſerum lactis.

6. Heri veſperi dicebant febricitaſſe, vrina turbida manebat ſine ſedimento, lingua ſordida, dolor capitis ingens, febris nulla nunc aderat, appetitus proſtratus, ſitis magna: reliqua erant ſatis bona.

Dedi rob ribeſ. ſal. polychr. aquam meliſſae.

Metuebam aliquid mali.

7. Nulla febris fuerat, vrina profunde rubra, lingua nitidior, appetitus nullus, ſitis modica, ſomnus ſatis bonus, dolor capitis, et lumborum minor, aluum ſaepe depoſuerat.

Dedi ſal polychr. ſyrup. cich. cum rheo, aquam cich.

8. Vrina rubra, tenuis, pulſus non febrilis, oculi in tunica adnata rubebant, dolor capitis magnus, lingua ſubalbida, ſitis ſatis magna: heri ſepties aluum depoſuit.

Ob halitum repletum, et dolorem capitis iuſſi venam pedis ſecari. Heri ſepties aluum depoſuit.

Dedi ſal. polychr. cum rob ribeſ. et aqua meliſſae.

9. Sanguis bonus erat, ſerum ſupernatans flaueſcebat: vrina erat flammea, lingua vt ante, ſomnus commodus, ſitis modica, heri bis depoſuit aluum, appetitus deficit.

Dedi

Dedi ſal. polychr. cum aqua et ſyrup. fumar.

Aug. 10. Vrina flammea, medicamentum heſternum non aſſumſerat, lingua adhuc alba, ſitis nulla, aluum heri bis depoſuerat, appetitus non aderat.

Dedi ſimilem mixturam cum aqua cortic. citri.

11. Vrina rubro-flaua quaſi flammea, oculi rubri protuberantes, dolor capitis ingens, lingua alba, depoſuerat aluum bis, vel ter, pulſus non erat multum febrilis.

Iuſſi balnea pedum, acetum capiti applicari cum placenta roſar. lapid. prunellae cum rob et aqua ſambuc. vt a capite deriuarem, et impetum ſiſterem.

12. Lingua adhuc obſita, dolor capitis minor, ſomnus inquietus, appetitus nullus, ſitis modica, vrina flammea tenuis, pulſus non febrilis.

Dedi purgans.

13. Vrina ſtranguriofa ſubſidentiam habens, lingua leuiter in medio ſubfuſca, ſed humidior, optime ſe habet, dolor capitis euanuit, quater aluum heri depoſuerat: appetitus fere nullus.

Dedi ſal. polychr. ſyrup. fumar. aquam ſtillat. meliſſ. cortic. citri.

14. Bene ſe habebat, vrina leuiter flammea.

Conſului per biduum vt medicamentis abſtineret.

16. Vrinam vidi ſubſidentem.

17. Vrinam craſſam habebat, languebat, non multum febricitans.

Dedi ſal. polychr. tinct. myrrh. ſyrup. fumar. aquam meliſſ.

Aug. 19. Patre calculoſo natus dolore lumborum familiariter cruciabatur: vrina eius ſubrubra adhuc caleſcens magnam copiam arenae depoſuerat; lingua in medio aliquid habebat fuſci, appetitus non magnus.

Dedi tinct. myrrh. ſal. polychr. aquam meliſſ.

21. Vrina flammea, lingua vtcunque alba.

Dixit ſe obſeruaſſe eſſe veram quartanam, et diebus intercalaribus ſe optime habebat.

Dedi 20 gr. pill. coch. ante paroxyſmum ſumenda.

24. Fortiter purgatus eſt, febris fere eadem, vrina rubra.

Dedi ſal. polychr. ſyrup. fumar. tinct. myrrh. aquam meliſſ.

27. Vrina poſt febrem facta perſiſtens flammea intercalaribus diebus ſubſidet, heri febre ſatis valida laborauit; appetitus vix multus, ſitis non magna, lingua ſatis nitida.

Dedi dr. ß. pill. coch. gr. x. ſal. polychr. binis doſibus ſumendum.

29. Vrina craſſa ſubſidens heri et hodie, nauſea, ructus, flatus: heri bis vel ter depoſuit aluum, hac nocte dixit ſe parum febricitaſſe; appetitus nullus, ſitis modica, a pillul. aſſumtis ſe non bene habuit, dolor circa os ſacrum, et hodie, et heri in ſedendo moleſtus.

Dedi ſalem polychr. tartar. vitriol. ſyrup. fumar. aquam flor. tiliae.

30. Vrina craſſum ſedimentum habet, heri minus febricitauit, aliquid quaſi inflammatorii in gutture ſentit.

Dedi

Dedi dr. ij. ſalis polychr. ſyrup. 5 rad. aquam meliſſ. tart. vitriol.

Sept. 1. Heri bene ſe habuit, vrina craſſa ſatis, et ſubſidens difficulter, aluus ſatis reſpondebat; tamen dedi adhuc leue purgans.

2. Vrina rubra, nec ſubſidebit credo, foetet: febris heri mitior, et in paroxyſmo vrina miſſa ſubſedit: appetitus modicus: heri ſaepius aluum magna copia depoſuerat.

Dedi ſalem polychr. rob ſambuc. aquam meliſſ.

11. Febris pergit ſatis valida, diebus intercalaribus languet, vrina rubra, facies ceracea.

Dedi oxymel. ſcill. tinctur. myrrh. ſal. polychr. aquam meliſſ.

16. Vrina rubra, limpida manens poſt febrim, alio tempore craſſiſſima ſubſidet, color flaueſcens, ceraceus, appetitus paruus, ſitis non magna, ſomnus modicus.

Dedi ſalem polychr. tinct. myrrh. ſyrup. 5 rad. aquam meliſſ.

20. Febris duplicata eſt; dedi theriac. diateſſar. ſalem polychr.

Octob. 3. Febris pergit duplicata, ſed lenior, ſitis magna erat.

Dedi rob ſamb. ſalem polychr. aq. meliſſ.

5. Melius ſe habet. Dedi tinct. myrrh. ſalem polychr. aquam meliſſ. etc.

11. Pergit febricitare. Dedi vinum medicat. amar. aromat. in reliquis ſe melius habet.

Sept. 30. Pergit febricitare. Sed ſenſit dolorem in aure dextra ſummum, dedi antiphlog. ſumma, et cataplasm. ex bulb. cepar. farin. foenugr. dolor his ceſſit.



Aug. 3. Puer $5\frac{1}{2}$ annorum rachiticus dudum, verno tempore laborauerat febre tertiana, quam diu durabilem cortice Peruuiano coactus fui ſanare: ſatis bene ſe habebat. Mane hora nona incepit dolor primo in latere fixus, mox vagus per totum abdomen, immo per humeros; aderat febris, et dolor, et interuallis torquebat.

Dedi clyſma molliſſimum, et mixt. ex lap. 69. ſyrup. diacod. lap. prunell. aquam foenicul.

4. Heri hora 10 veſpertina dolor parum remiſit, non multum depoſuit a clyſmate, vomuit nigra cum leuamine (vt aiebant) dolor minutus, pulſus febrilis.

Dedi ſyrup. cichor. cum rheo, cum lap. 69. et aqua flor. tiliae.

5. Non depoſuit aluum, dolor euanuit, pulſus citatior, lingua nitida.

Dedi ſalem polychr. ſyrup. cichor. cum rheo, aquam meliſſ.

Metuebam enim ne quid lateret bilis.

6. Inueni ſanum.

## *Teſtis venereus.*

Aug. 4. Homo 32 annorum ante 5 ſeptimanas gonorrhoea virulenta cum cancro in virga laborauerat, male inde curatus per calidiſſima balſama, ipſe calidae, et ſiccae temperiei, ſimul calidiſſimo aere foeminam inſiluit,

ſiluit, et puncto eiaculationis acerrimum ſenſit dolorem verſus teſtem dextrum vergentem, et ſanguinem eminxit, vel materiam fuſcam vti narrabat: teſtis dolebat, tumebat.

Iuſſi venam ſecari, catapl. molle applicari, et dedi purgans antiphlogiſticum forte.

Aug. 5. Teſtis magis intumuit, et doluit.

Dedi emulſ. ex auena cruda, nitro, et ſyrup. violar. purgans enim aſſumſerat. Veſperi dedi diacodiatum.

6. Hodie mane ſe ſatis bene habebat, dolor, et tumor teſtium fuit imminutus.

Dedi ſimile purgans, et idem cataplaſma.

Veſperi teſtis magis dolebat, et tumebat: venam ſecui et dedi emulſ. nitroſam.

7. Teſtis detumuit, aliquid gonorrhaici incepit effluere.

Dedi iterum purgans, veſperi narcoticum.

8. Heri veſperi teſtis intumuit, dolor, rubor, et inflammatio maiora.

Dedi emulſ. cum nitro, et iuſſi applicari fomentum ex emoll. aceto ſambuc. et ſale amoniaco.

Veſperi parum melius ſe habebat, et vrina hodie emiſſa ſedimentum dederat copioſum.

9. Scrotum adhuc rubebat, et teſtis tumebat, ſed minus durus erat.

Dedi purgans hydragog. et idem foment. applicari iuſſi.

10. Heri fortiſſime purgatus fuit, omnia erant meliora, teſtis adhuc tumidus, ſed mollis, eadem fomenta applicuit, et dedi ſumma antiphlogiſtica.

Aug. 11. Hodie omnia se melius habent, testis incipit subsidere, et mollior fieri: in similibus perrexi, et abitum meditanti similia praescripsi fomenta, bis de die balneum vaporis aquae, et aceti, dein suffumigium ex mastiche, sale amoniac. etc. cum modica frictione, et purgans hydragogum tertio die repetendum ob metum resorptae luis: vrina magnam copiam dedit sedimenti, et hinc inde aliquid de pene effluebat materiae albicantis.

20. In sinistro inguine bubo ortus fuerat mox disparens, gonorrhoea his diebus fortior fuerat, materies alba et benigna, sponte aluus laxa fuerat, hinc tantum semel hydragogum assumserat, testis maxime emollitus et minor.

Consului vt sumeret mane 6, 7, 8 dr. j. huius conditi.

℞. Mechoacan. dr. jß.
Rhei dr. j.
Ialapp. dr. iij.
Conseru. rosar. pall. vnc. ij.
Syrup. cichor. cum rheo q. s. F. condit.

Conualuit.

*Lues venerea.*

Aug. 7. Homo 38 annorum vlcere venereo ad radicem nasi laborabat, vti et in faucibus ad latus vuulae, et in parte posteriori pharyngis, dolores capitis nocturni aderant.

Consului curam saliuationis.

Praeparato corpore per bardan. et alth. decoctum, diaeta humectante minime pingui, per 10 dies sanabatur vlcus in fronte, inaequali tamen, caua et rubra cicatrice;

trice; ſed in faucibus perrexerat, et vuula fere tota exceſa erat.

Hodie dedi in quatuor doſibus 5 gr. mercur. praecipit. albi cum narcotico.

Aug. 7. Nullam ſenſit mutationem, niſi quod leuiter ſenſerit tormina aliqua mox euanida. Dedi iterum quinque doſes hodie.

9. Gingiuae incipiebant tumere, dedi tantum tres doſes.

10. Incipiebat expuere, tamen heri ſexties aluum depoſuerat. Dedi duas doſes.

11. Parum plus expuit, os dolebat maxime, dedi duas doſes.

12. Circiter ℥ vnam expuerat, lingua, et os ſatis tumebant, dedi vnam doſin.

13. Circiter ℥ j. expuit parum plus, ſed magna copia ſanguinis exibat. Dedi vnam doſin, et pro collut. oris aquam hord. rob diamor. mel roſar.

14. Saliuatio non multum proceſſit, ſemel aluum liquidam depoſuerat, puſtulae copioſae, rubrae iam ante ſaliuationem manus obſidebant, dedi tres doſes merc.

15. Saliuatio vix augebatur, dedi duas doſes, vlcera in gutture incipiebant minui.

16. Dedi tres doſes, cum ſaliuatio nondum augeretur multum, puſtulae per totum corpus erumpebant, et cicatrix illa in fronte incipiebat eleuari vtcumque, et pus fundebat.

17. Saliuatio parum augebatur, dedi duas doſes.

18. Saliuatio longe minor, dedi duas doſes.

Aug. 19. Saliuatio minor, dedi quatuor doſes.

20. Saliuatio minor, vlcera ſanabantur, dedi 20 gr. merc. dulcis.

21. Saliuatio minor, tamen os incepit tumere, dedi 20 gr. merc. dulc.

22. Saliuatio eadem fere, aluum aliquoties deponit, ſed non admodum liquidam, interim emaciatur, et vlcera ſanantur, imprimis illud in fronte, dedi 20 gr. merc. dulcis.

23. Saliuatio eadem, dedi 20 gr. merc. dulcis, die 19 et 20 febrem cum frigore ingruentem perceperat, 21 liber, 22 iterum.

24. Saliuatio parum aucta, dedi 20 gr. merc. dulc.

25. Saliuatio aucta, dedi 20 gr. merc. dulcis, heri febricitauerat.

26. Hodie poſt meridiem febricitat, ſaliuatio parum aucta.

27. Saliuatio vt heri, dedi gr. iv. merc. praecipit. albi.

28. Saliuatio multum augebatur, et copioſum ſanguinem expuerat, dedi os colluendum infuſ. roſ. rubr. cum ſyrup. myrtino.

29. Heri febricitauit minus, dedi nihil, nam ſalivatio pergebat.

30. Saliuatio minuta, dedi 4 gran. praecipitati albi.

31. Saliuatio augetur, heri non febricitauit, ſanguinem expuit iterum.

Septemb. 1. Saliuatio ſatis procedit, ſed lingua ad latera profunde fiſſa, totus fere emaciatus eſt.

2. Saliuatio modica, febris tertiana iterum recruduit.

Sept. 3. 4.

Sept. 3. 4. Saliuatio modica, ſed lingua profundiſſimas rimas egit.

5. 6. 7. Saliuatio aucta debilis eſt, et lingua profundas rimas egit, aluum quotidie ſaepe depoſuit, conceſſi iura carnium, et dederam gr. opii, nam non dormiebat.

8. Saliuatio modice pergit, aluum ſepties depoſuerat, ſed heri, vel hodie non, dedi gr. j. opii, febris abiit.

9. Saliuatio modica.

11. Saliuatio ſatis pergit adhuc, dedi aliquid opii, quia non dormiebat.

13. Saliuatio adhuc pergit, victum conceſſi pleniorem parum.

16. Saliuatio minuebatur, nihil in faucibus vidi amplius, et cicatrix illa in fronte iterum clauſa, longe minus turpis, et caua ac ante, nec adeo profunda.

18. Bene ſe habebat, ſed aluus adhuc liquida.

25. Aliquid dolorifici in faucibus ſentiebat, vidi in ſiniſtra tonſilla album tuberculum inſtar capitis aciculae minoris, tetigi ſolutione mercur. ſublimat. cum melle roſarum et aqua roſar.

Decemb. 20. Vidi totas fauces foeda iterum lue exeſas.

## *Dolor abdominis.*

Aug. 8. Vir 41 annorum repletus et obeſus heri doloribus abdominis incepit cruciari per totam noctem; hodie mane aliquid bilis vomuit, vrina non intenſe rubra, lingua ſordida: dedi purgans ex rheo, ſcamon. ſtib. diaphor. determinandum clyſmate.

Aluum copiose deiecit, dolor tamen sub vmbilico manebat in eodem loco versus dextrum latus vergens. Dum sedet mitis est, dum corpus erigit, dolor augetur, lingua sordida, reliqua satis bona, pulsus paruus sed non multum febrilis, sitis magna, dolor capitis nullus.

Consului victum antisepticum, et dedi diacodiatum.

Aug. 9. Vrina tenuis non multum rubra, lingua vt heri, pulsus non febrilis, appetitus modicus, sitis non magna, somnus bonus, dolor mitior, similis tamen et ad motum corporis auctus.

Dedi syrup. cichor. cum rheo, sal. polychr. aquam melissae.

10. Exiuerat: vrina erat crassa, subsidens, flaua quasi in sedimento, aluum aliquoties deposuerat, dolor multum minutus.

11. Omnia euanuerant, erat perfecte sanus.



Aug. 9. Faber ferrarius homo 26 annorum, nigricans duro labore, victum quaerens, ante quatuor dies post summum aestum incepit languere; non febricitabat, totum corpus dolet, et caput, lingua leuiter albicat, somnus nullus, sitis fere nulla, appetitus nullus.

Credidi perspirationem impeditam ob frigus post summos calores ortum. Dedi decoctum bardanae, scorzoner. cum sal. polychr. et syrup. 5 rad.

10. Tumores non rubros scalpendo subito auctos habuit: vrina subrubra, lingua ex albo flauescens, totum corpus iners ad motum, et dolens, appetitus nullus, sitis non multa.

Credidi,

Credidi, quod bilis ſubeſſet, hinc dedi leue purgans ex rheo, ſcamon. ſtib. diaphor.

Aug. 11. Vrina ſedimentum copioſum dedit ſubflavum. Heri quater aluum depoſuerat, lingua vt heri, in reliquis ſe melius habet: corpus minus iners, et minus dolens, appetitus nullus, ſitis maior.

Dedi ſal. polychr. cum rob ſamb. ribeſ. aquam meliſſ.

12. Vrina, vt heri, at ſedimentum non erat admodum aequale, ſed magis diuulſum, totum corpus adhuc graue: febris non multa, lingua vt heri, appetitus nullus, reſpiratio parum citatior, ſitis magna, ſomnus parum melior, totum corpus quaſi languidum.

Dedi decoct. gramin. bardan. tamarind. ſyrup. roſar. cum ſenna ſal. polychr.

13. Bis tantum aluum depoſuerat; heri veſperi totum corpus graue, ſumma anxietas, totum tumebat abdomen, vrina flaua cum ſedimento vt heri, lingua obſita, ſapor amarus biliosſus.

Credidi cacochymiam bilioſam turgere, hinc dediſſem vomitorium, niſi aeger obſtitiſſet peruerſo nimiae debilitatis metu, erat ſimul in pulſu aliquid quaſi vacillantis irregularis.

Dedi purgans ex rheo etc.

14. Vrina ſubrubra, lingua nondum penitus nitida: quater aluam depoſuerat ſatis valide, ſitis magna, appetitus nullus, ſapor adhuc putridus in ore, anxietas minor, pulſus melior.

Dedi pulp. tamarind. ſal. polychr. rob ribes. ſambuc. macis forma conditi, ſuperbibendo lac ebutyratum.

Aug. 15.

Aug. 15. Vrina dedit ſedimentum copioſum ſatis aequale; non depoſuerat aluum, lingua erat melior, appetitus nullus, ſitis modica, ſomnus fere nullus, febris nulla, reſpiratio ſatis commoda,

Dedi oxymel ſcill. cum tinct. myrrh. ſal. polychr. et aquam meliſſ.

16. Vrina modice rubra ſubfoetida; quater vel quinquies aluum depoſuerat: lingua ſubflaueſcens, appetitus nullus, ſitis ſatis magna, ſomnus bonus, reſpiratio commoda, et pulſus non febrilis, licet debilior.

Dedi gr. xx pill. Ruffi.

17. Vrina, vt heri, nullum ſedimentum dabat, ſomnus modicus, lingua alba, ſitis magna, appetitus nullus, vultus triſtis, et collapſus; tamen nondum lecto affixus erat, languebat.

Dedi ſal. polychr. tinct. myrrh. ſp. antiſcorb. aquam meliſſ.

18. Vrina craſſa quaſi flaua, lingua nitidor, ſomnus non multus, appetitus nullus fere, tamen aliquid incepit comedere, ſitis modica, circa veſperam maior anxietas, color melior, aluum non depoſuerat.

Dedi ſal. polychr. tartar. vitriol. cum contraieru. forma 3 puluer.

19. Vrina vt heri, lingua nitida in medio, leuiter obſita, ſitis nulla, appetitus melior, reliqua bona, pulſus inſurgit, et reſpiratio bona.

Dedi ſal. polychr. cum tartar. vitriolat. forma pulveris 3 horis ſingulis dr. ʃs.

Aug. 24.

Aug. 24. Vix aluum deponit, abdomen dolet ad attactum, lingua satis nitida, appetitus satis bonus, sitis non multa, bene dormit, flatus copiosi, sudor nocturnus.

Dedi syrup. cichor. cum rheo vnc. ij.

Sal. polychr. vnc. ß.

Aquae cichor. ℔. j ß.

Tartar. vitriol. dr. j.

Mane hora 6, 7, 8, vnc. j. superbibendo serum lactis.

Sept. 7. Optime se habuerat, et appetitu valebat. Incepit 5 Sept. conqueri de dolore totius corporis, et lassitudine, hoc perrexit vsque hodie. Vrina tenuis fulua cum nubecula, aluus non respondet, leuis febricula, dedi decoct. 5 rad. cum sale polychr. syrup. 5 rad.

8. Haemorrhagia narium ingens, vomuit fortissime bilem, febricitat pulsu celeri, vrina crassa, lingua alba crusta obsita.

Dedi decoct. torment. syrup. myrtin. spir. nitri dulc.

9. Heri adhuc maxime vomuit, et aluum septies deposuit, haemorrhagia cessat, lingua alba, sitis non magna, febricula illa vt heri pulsu vndoso, somnus modicus.

Dedi tinct. cinnamom. spir. nitri dulc. rob ribes. aquam meliss. superbibendo lac ebutyratum cum cinnamomi pyris hordeo coctum.

10. Iterum haemorrhagia narium: heri non vomuit, bis vel ter aluum deposuit, abdomen molle, vrina subrubra, delirauit, non dormiuit, febricula.

Dedi rob ribes. spir. nitri dulc. aquam meliss. syrup. citri.

Sept. 11. Febricula illa cum pulſu vndoſo adhuc durat. Magnum leuamen a medicamento aſſumto habuit: lingua adhuc obſita, bene dormiuit, appetitus vix vllus. Dedi idem medicamentum.

12. Vrina modice rubra, febris illa adhuc pergit, hinc inde delirium, lingua obſita.

Dedi ſyrup. rub. idaei, citri, nitrum, ſpir. nitri aquam flor. ſamb.

13. Febris parum minor, appetitus nullus, ſitis, in ventre circa ſiniſtrum latus dolor, ſputa copioſa, ſomnus ſatis bonus, lingua leuiter obſita, heri veſperi totum abdomen fuit inflatum.

Dedi oxymel, nitrum, aquam meliſſ. ſpir. vit. Mathiol.

14. Vrina modice rubra, caput leue (vt vocant) et cogitationes vagae, lingua ſicca, pulſus vndoſus, et febricula, ſitis, appetitus nullus, ſomnus bonus, ſputa. Vt ante ſudor modicus.

Dedi rob ſamb. ſal. polychr. aquam meliſſ. ſuperbibendo infuſ. ſaſſafras.

15. Febricula cum pulſu vndoſo minor, lingua nondum nitida, ſudor continuus cum leuamine, appetitus non bonus, ſitis modica, vrinam non ſeruauerat, ſitis nocturna, nullus capitis dolor, ſomnus bonus, reſpiratio bona.

Dedi ſal. polychr. ſyrup. 5 rad. aquam meliſſ. cum infuſo ſaſſafr.

16. Vrina craſſa cum ſedimento, febricula minor, adhuc ſudat, ſitit, quinquies aluum copioſam foetidiſſimam

mam depoſuit cum leuamine, lingua adhuc in medio flaua, ſomnus optimus, appetitus augetur.

Dedi ſal. polychr. oxymell. ſcill. aquam meliſſ.

Sept. 18. Pulſus paruus vndoſus, ſudor copioſus, vrina perfecte ſubſidet: appetitus nondum magnus, ſitis magna, ſomnus non multus.

Dedi ſyrup. diacod. tinct. cinnam. gum. lacc. aquam meliſſ.

19. Pulſus melior, ſudat adhuc, reſpiratio bona, lingua leuiter flaua in medio, dormiuit bene.

Dedi ſimile medicamentum ſuperbibendo lac ſalviatum.

21. Vrina cum ſedimento copioſo, ſebris nulla, lingua nondum nitida, appetitus bonus, ſitis non magna, dormiuit ſatis bene, ſed cum inſomniis multis.

Dedi ſal. polychr. myrrham, catechu, contraieru, forma pulueris.

25. Bene ſe habet, appetit, dormit, dedi theriac. diateſſ. zingib. condit. cortic. Winteran.

## *Lues.*

Iuuenis ſiccae et tenerae fabricae luem iam paſſus, et gonorrhoeas ſaepe, ptyaliſmo, et purgationibus curatus, imprudenter viuens doloribus nocturnis laborabat aliquando. In clauicula exoſtoſim habebat, et cicatricem veneream, et ab imprudenti cura per balſamica calida vterque teſtis ſcirrhoſus erat: dexter pugnum aequabat, et ibi hydrocele ſimul, ſiniſter minor multo ſed durus.

Dixit

Dixit Cl. Boerhau. venenum venereum circa ossa haerere dispersum, et diaetam mollem consuluit, abstinentiam a vino et venere, et per tres septimanas vsurpandum decoctum ex galega, althaea, malua, parietaria, vt emollito, et impleto corpore videretur, an quid fieri posset.

Haec vsurpauerat, et abhorrebat ab illis assumendis. Scroti paracentesis fuerat instituta, sed testes manebant scirrhosi.

August. 7. Consuluit Cl. Boerhau. vt per tres septimanas assumeret ter de die vnc. x. huius decocti.

℞. Flor. alth. pugill. ij.
Rad. scorzon.
— bardan.
— gramin ana vnc. iv.

Ebulliant per ½ h. in s. q. aquae communis sub finem add.
Ligni sassafr. vnc. ij.

Collat ℔. vj. exhibe.

Deinde omni septimana sumeret purgans hydragogum ex ialapp. resin. scamon. mercur. dulci, stib. diaphor. saccharo, vt per decoctum et purgans dissoluerentur omnia, interim bis de die balneo vaporis exponeret testes.

Aug. 14. Cicatrix in clauicula incipiebat attolli, et in vicinia nouum vlcus oriebatur iam incipiens inflammari: imposui empl. diapomphol. mercur. nigr. et mastich.

22. Vlcus illud sensim proserpendo latius factum supra cartilaginem costarum haerebat, metuebat Cl. Boerhau.

hau. ne circa perichondrium verſus interiora proſerperet: credidit in iiſdem pergendum eſſe, ſed ſumma ope nitendum, vt extrorſum alliceretur ex hoc vlcere virus, hinc de nocte tecto per empl. diapomphol. exſectum foraminulis multis vlceri applicabatur fomentum.

℞. Rutae,
ſcord. ana man. j.

Inf. feru. per $\frac{1}{4}$ h. vaſe clauſo, colat. ℔. j. adde

Acet. ſamb. vnc. iij.
Sal. amoniac. dr. iij.
Spir. matric. vnc. ij.

De die tegebat hoc empl.

℞. Myrrh.
Opapan. ana vnc. ij.

Leni igne liquatis adde

Vitell. oui vnc. ß.
Empl. de ranis cum merc. vnc. ij.

Aug. 28. Vlcus illud et latius factum eſt, et ſatis profundum et dolens: iuſſit Cl. Boerhau. abſtinere a fomento, de die tegere hoc emplaſtro de nocte catapl. molliſſimum imponere:

℞. Flor. alth. pug. ij.
Fol. alth. man. ij.
Far. auen. vnc. j.

In quatuor partes aequales diu. cum aqua et lacte coque in catapl.

Sept. 18. Vlcus illud ſenſim ſe melius habebat, ſed in vicinia ſupra exoſtoſin clauiculae parum ad latus ſimile vlcus maius factum eſt. In iiſdem perrexi.

Sept. 25. Vlcera melius ſe habebant, et incipiebant bonum quaſi pus fundere. Die illo, quo purgabatur, leuis quaſi oriebatur ſaliuatio: hoc laudabat Cl. Boerh. et dixit tunc ſummos fieri progreſſus.

Octobr. 11. Dolores nocturni euaneſcebant, vlcera ſe melius habebant: in iiſdem perrexi.

27. Semel ſubito heri euigilans ſenſit dimidiam partem faciei paralyticam, oculum huius lateris coecum, linguam vacillantem, brachium, et pedem quaſi ſimiliter affectos. Dedi Cl. Boerhau. ter de die vnc. ß. huius mixt.

Aquae rut. ℔ j.
Spir. ſal. amoniac. dr. ij.
Syrup. diacod. vnc. ij.
Tincturae caſtor. dr. ij.
— ſuccini dr. iv.

Et quia vlcera fungoſa apparebant minus bona, dedit hoc liniment.

Vngti nutrit.
— roſar. ana vnc. ß.
Merc. praecip. rubr. gr. x.

Nou. 16. Vlcera incipiebant ſenſim claudi, teſtis incipiebat vtcunque emolliri, nec multum augebatur hydrocele: ad venerem promptus adhuc eſt, color melior, dolet parum plus caput.

Symptomata 27 Octobri non perceperat diu; ſingulis 14 diebus praeſcripſit purgans, dein a priori medicamento 27 abſtineat; ſumet vnc. ß. huius pulueris infuſ. ſingulo die.

Rad.

Rad. angel. vnc. ij.
Glycyrrhiz. vnc. iij.
Sem. 4 calid. mai. ana vnc. j.
M. f. puluis.

Flatibus vexabatur.

1731. Ian. 29. Vlcus illud latum circa clauiculam erat clausum, vtebatur interdiu mixt. ex sp. antiscorb. tinct. succini syrup. gran. Kermes, aqua cortic. citri etc. singulo purgabat mense, sed tunc plerumque mala illa paralytica sentiebat, hinc singulis duobus mensibus purgandum dixit Cl. Boerhau.

Interim sanitas redibat optima, et vigor corpori, dolores euanuerunt, tophi in capite abierunt, scrotum non intumescebat, testis scirrhosus videbatur vtcumque minui; sed scrotum inflammabatur in binis locis leuiter, et minitabatur rupturam, quae hodie in vno loco facta fuit parua apertura, et sensim aliquid extillabat aquae, et si premeres albissimi puris parum. Iussit Cl. Boerhau. inungi scrotum vng. nutrit. et popul. ter de die, et bis indies ex mucilag. et de ranis cum merc. factum emplastrum imponi excissum leuiter, et bis de die lenissima pressione exprimeret pus, quod de ipsa testis substantia egressum credidit Cl. Boerhauius.

Febr. 19. Testis mole minuitur, et fit mollior, et aqua detumescit parum, omnes per totum corpus luis reliquiae euanescunt; ex teste humor glutinosus limpidus exit, exsiccatus in linteis flauescit. Sed illam paralysin linguae sentiebat saepies, quae videbatur aucta fuisse ab mercuriali emplastro, hinc illud remoueri

iuſſit Cl. Boerhau., et teſti applicari empl. de ranis Vigonis, et mucag. et omni trihorio dr. ß. huius pulueris.

℞. Sulph. vnc. ß.
Maſtich. dr. ij.
Olib. dr. j.
Oſſis ſepiae dr. ß.
M. f. puluis.

Os ſepiae addere ſe dixit, vt melius pulueriſaretur.

Mart 7. Ex vſu huius pulueris 5 vel 6 aluum depoſuit cum debilitate; ſed illud moleſtum in lingua malum durauit fere continuum: poſtea dextra gena intumuit, et incepit ſaliuare per 4 vel 5 dies, et tunc illa linguae paralyſis euanuit.

Laudauit purgationem ex vſu ſulphur. Cl. Boerhau. tunc enim optime liberantur.

12. Pulueris ex ſulphur. et oſſe ſepiae vſum conſuluit Cl. Boerhau. ſemel de die, et laudauit ſaliuationem. In capite geſſerat tophum, qui iam mollis factus penitus, aliquid fluctuantis in ſe habebat, ad attactum videbatur ipſum caluariae os orbiculariter exeſum eſſe. Cl. Boerhaue iuſſit applicari.

Acet. ſcillit. vnc. j.
Aq. rutae vnc. vij.
Sal amoniac. dr. ij.
Spir. matrical. vnc. ß.
Tinctur. myrrh. dr. j.
Tegendo veſicula ſuilla.

Mart. 26.

Mart. 26. Heri ſubito epilepticus concidit, et praegreſſa fuerat illa tenſio in maxillis et lingua: facies erat vultuoſa, oculi protuberabant adhuc.

Dedi balnea pedum, et conſului Cl. Boerhau. qui credebat illud epilepticum non adeo eſſe a merc. in corpore latente, quam ab illo vlcere, quod depaſcuit circa clauiculam, et profundum fuerat: hinc ad neruos muſculi pectoralis pertigerat. Simile exemplum in abſciſſa mamma viderat Cl. Boerhauius; dedit decoct. ex gramin. ſcorzoner. tamarind. ſale polychr. ſyrup. flor. violar.

30. In his perrexit; ſed heri inſultum ſimilem habuit. Aeger cupiebat ſumere puluerem illum ex flor. ſulphur. maſtich. etc. quia inde aluus mouebatur, et leuis fiebat ſaliuatio, et quia credebat malum oriri a merc. recondito, hinc conceſſimus.

31. Saepies inde aluum depoſuit cum leuamine.

Aprii. 3. Bis vel ter correptus ſimili malo: Cl. Boerhau. praeſcripſit decocta emoll. addito ſemine dauci Cretici, vt parum animaret laxata nimis hoc decocto membra, inde ſe ſatis bene habuit.

5. Nondum cecidit, ſed languet, et pergit ſaepies aluum deponere, in iiſdem perrexi.

7. Cl. Boerhau. iudicauit, ipſum debere pergere per tres ſeptimanas.

9. Hinc inde incepit ſubitos ſentire languores.

Dedi cardiac. gratum ex ſyrup. gran. Kermes aq. citri, cinnamom. oleo cinnam. aurant. citri.

27. Perrexit hucuſque in vſu huius decocti, nec acceſſu tentatus fuit, teſtis detumeſcebat: dedit Cl.

 Boer-

Boerhau. idem decoctum, et singul. 3 horis tres pillulas ex

℞. Asae foetid. dr. ß.
Galban. dr. ij.
Castor. dr. j.
Camphor. dr. ß.
Balsam. Peruu. dr. j.
M. f. pill. gr. v.

Mai. 10. Hucusque perrexit in his: facies magis incipiebat tumere, et testis scirrhosus vltra fidem restituebatur: consuluit Cl. Boerhauius vt aerem rusticanum, omne salsum, siccum, fumatum caueret, fontanellam poneret in brachio dextro et dein singulo trihorio sumeret vnc. j. huius medicamenti.

℞. Aquae rutae ℔ ij.
Spir. antiscorb. vnc. iv.
Tincturae succin. dr. ij.
Syrup. artemis. vnc. ij.

18. Subito iterum tota testis substantia intumuit, et totus funis spermaticus nulla causa manifesta. Applicueram cataplasma, Cl. Boerhauius damnauit, et iussit applicari empl. diapomphol. et defens. Vigonis, et dedit pulueres ix ex

Lap. 69 dr. iij.
Mastich. dr. ii.
Myrrh. dr. ß.

credebat a verno calore esse.

25. Testis pergebat sic se habere, iussit Cl. Boerhauius de nocte applicandum hoc medicamentum.

℞. Acet.

℞. Acet. ſcillit. vnc. iij.
Aq. rutae vnc. viij.
Spir. matrical. vnc. ij.
Sal. amoniac. dr. ij.
De die empl. ex plumbo.

Iun. 3. Teſtis ſe melius habebat, et videbatur ſubſidere. Iuſſit bis vel ter de die adhuc applicari debere illud fomentum ex aceto ſcillit. inſultus epilepticos non ſenſerat, Cl. Boerhaue conſuluit pillularum vſum adhuc, et hinc inde vnc. j. mixtur. 10 Maii praeſcriptae.

Iul. 4. Teſtis pulchre detumeſcit, ſed ante aliquot dies ſummo calore aëris ſenſit calorem in faucibus, aliquid conuulſi in facie, Cl. Boerhauius praeſcripſit decoct. ex rad. gram. acetoſ. tamarind. lap. prunell. ſyrup. diamor.

Poſtea iratus perfecte iterum in priſtinum malum incidit. Cl. Boerh. metuebat a cicatrice pectoris; ſed boni incipiebat eſſe habitus, iuſſit fricari panno laneo, et dedit illud decoct. emolliens cum ſem. dauci Cretici, cum pillulis gummoſis.

17. Iterum epilepſia recruduit: fonticulus vix plorat, quem tanquam inutilem fere damnat Cl. Boerh. dicens factum eſſe, ne quid neglectum videretur. Dedit vomit. ipecacuan. veſperi ſedat. per gr. j. inde commode vomuit. Sed poſtea tamen recruduit; dedit pill. Ruff. dr. ij. f. pill. xxx. S. tres ſingulis diebus et dedit ℞. cinab. natiu. dr. j. ſerpent. virgin. dr. j ß. contraieru. dr. ij. ſtib. diaphor. dr. j. m. f. pulu. xvj. mane, et veſperi vnum. Cutis ſcroti excoriata diffluebat madoribus, applicuit vngt. popul. nutrit. ana vnc. j. tut. dr. ij.

Iul. 23. Pessime afflictus priori morbo epileptico, saepe purgatus et validissime. Ab his pillulis nullum levamen sensit. Consuluit Cl. Boerh. cort. Peruu. dr. vj. sumat dr. ß. omni trihorio, et applicandum empl. ex galbano, empl. mucag. ana vnc. ij. spinae dorsi, iussit, vbi paroxysmum ingruentem sentit, vt potaret aquam frigidam, et cum vnum moueatur brachium illud ligaret.

29. Die 25 paroxysmus recruduit, potauit aquam frigidam, hinc valido correptus frigore, quasi febrili, postea sudauit se bene habens: heri mane quasi animi deliquio corripiebatur, et 7 paroxysmis defungebatur violentissimis simul per 4 horas durantibus: totus niger in facie quasi mortuus, rediit ad se mentis compos, fonticulus sanatur, sed nunc plus conuellitur brachium quam ante, et dum dextrum ligatur brachium, conuulsiones magis petunt cor: emplastrum pruritum fecit intolerabilem; iussi remoueri, et dedi poeoniam.

Pertaesus horum Hagae Comitum alterius medici opem poposcit, sed frustra, et saepe conuulsus, mortuus in lecto repertus est.



Aug. 10. Vir 54 annorum die Saturni 5 huius mensis, calore immani fatigatus, postea alternis quasi diebus quid febrilis insultus sensit: pulsus, et respiratio bona, lingua nitida, in latere sinistro sensus oppressionis aderat: dixerat se habuisse vrinam flauam, et crassam ante, et dicebat se esse biliosae naturae, et ante 18 annos simili oppressione morbum incepisse, binis curatum a Cl. Boerh. vomitoriis, repugnante licet altero Medico.

Dedi

Dedi decoct. ſcorzon. tamarind. ſal. polychr. ſyrup. flor. violar.

Aug. 11. Vrina rubra leuiter cum nubecula, lingua obſita: aluum duram ſemel depoſuit, in latere ſiniſtro ſenſus oppreſſionis minor, ſed illud magis ad humerum vergebat.

Dedi rob ribeſ. ſal. polychr. aquam meliſſ.

12. Dolor lateris, et humeri euanuit, vrina dedit ſedimentum lateritium, lingua nitida.

Dedi aquam cort. citri, ſyrup. citri, ſpir. vit. Mathiol.

13. Vrina adhuc ſimile ſedimentum dedit, conualuit.

21. Languebat iterum, vrina adhuc flammea, ſenſus caloris, ſitis nulla, appetitus vix aderat, lingua tamen nitida, aluus non reſpondebat.

Dedi pulp. tamarind. lap. prunell. rob ſambuci.

22. Melius ſe habet; vrinam non ſeruauerat, lingua vt heri ſatis nitida, ſenſus caloris minor.

Dedi lap. prunell. ſuccum citri, rob ſambuci, aquam flor. ſamb.

23. Melius ſe habebat, vrina melior, iuſſi in iisdem vt pergeret per biduum.

25. Vrina magis flammea: dicebat ſe laboraſſe aliquando ſaepius colica ventriculi dicta, et poſtea leuiter flaueſcere, et vrinam ſubito flammeam fieri: hinc dedi ſal polychr. oxymel. ſcill. tinct. myrrh. aquam foenicul. ſuperbibendo infuſ. lign. ſaſſafr.

Aug. 11. Vir 33 annorum noctes aliquot inſomnes duxerat: vxori aegrotae prius aſſidens bibit fortem cereviſiam.

Die 9 huius menſis incepit febricitare, heri ſe melius habuit, hodie febricitat cum dolore magno capitis, vrina non admodum rubra incipiente turbari, ſitis non magna, appetitus nullus.

Dedi decoct. bardan. gramin. tamarind. cum lap. prunell. et rob ſambuci.

Aug. 12. Febrem heſternam dixerat validiſſimam eſſe; dolor capitis fere totus euanuerat, ſitis non magna, lingua ſordida, ſubfuſca a rob ſamb. ſomnus ſatis commodus.

Dedi lap. prunell. et rob ſambuc. ribeſ. aquam flor. ſambuci.

13. Vrina non multum rubra, lingua obſita, dolor capitis nullus, et nullibi in aliis membris dolor: dormiuit bene, appetitus aliquis, ſitis modica; tantum conquerebatur de debilitate: heri ter vel quater aluum depoſuerat, ſed in parua tantum quantitate: dedi aquam cort. citri, aurant. rob. ribeſior. ſal polychr.

14. Purgabat foetidiſſima, ſed parca copia: ſimul lingua ſubfuſca, calor ruber labiorum, ſitis fortis, appetitus nullus, ſomnus ſatis bonus, nullus dolor capitis; ſomnus tamen non reficiebat, oculi rubebant, et reſponſum vtcumque ferocius. Metuebam ne in caput rueret vis morbi, hinc conſului balnea pedum, quietem.

Dedi rob ribeſior. tinctur. cinnamom. ſpir. nitr. dulc. aqu. meliſſae, veſperi melius ſe habebat.

15. Vrina here veſperi emiſſa ſubrubra cum nubecula, calor ad attactum ſatis validus, labia rubra, et oculi tales, mens non bene conſtat, lingua fuſca ſatis, vtcum-

vtcumque tamen humida, respiratio citatior, somnus turbulentus; incepit floccos colligere, surditas oriebatur, alui fluxus durabat, et quidem ipso inscio aliquando.

Venam secui ad vnc. viij.

Dedi rob ribes. syrup. succ. citri. lap. prunell. aquam meliss.

Sanguis non erat pleuriticus, pulsus debilis, subsultus tendinum, lingua sordida, aluus pergebat viridia, et tenuia deponere. Iussi epispastica pedibus apponi, oxycrat. capiti, et dedi emulsionem cum tinct. cinnamom. et leui diacodiato.

Aug. 16. De nocte delirauerat: facies vultuosa, vrina heri vesperi emissa turbida, et quasi aliquid versus fundum crassioris nubeculae descendebat; pulsus fortior tamen ac heri et satis constans, lingua vt ante, aluum non deposuit, vellicat, et plumas carpit, rogatus respondebat satis bene, respirabat commode. Dedi idem emulsum, sed sine tinct. cinnam.

Pulsus debilis, lingua vt ante leuiter fusca, vtcumque humida, delirat, nec multum potum appetit. Dedi aquam rut. cort. citri, rob ribes. syrup. citri, rub. idaei; vrina vt ante, respiratio breuis, et citatior, tamen non adeo impedita; tamen aliquando ratiocinabatur bene; epispast. cum sinapi pedibus applicui.

17. Vrina non multum rubra nec crassa, sed aliquantum turbida, lingua sordida, et parum siccior; tota nocte delirauit, pulsus debilis, sed tamen vtcumque celerior, respiratio adhuc commoda.

Credidi

Credidi ſtimulans antiſepticum medicamentum convenire ſuperbibendo nutriens emulſum, vt ſolueretur illud, quod in cerebro haerebat impactum.

Dedi aq. rut. tinctur. contraieru. ſpir. ſulph. per campan. ſyrup. ſuc. citri, ſuperbibendo emulſ. amygdal. cum ſale polychr.

Veſperi vrina non multum rubra, imo tenuior vltima, lingua vt hodie mane; adhuc delirat, bis aluum viridem non foetidam multum depoſuit, pulſus et reſpiratio vt hodie mane. In iiſdem perrexi.

18. Vrina vt heri mane, lingua arida et nigra; requieuit parum poſt duodecimam nocturnam, antea delirans cum ferocia.

Dedi eandem mixtur. ſuperbibendo decoctum auenae cum rob ribeſ. et aqua cort. citri, lap. prunell. et vino rhenan. pulſus erat paruus nec adeo celer.

Veſperi vrina nubeculam inflatam verſus ſuperiora tendentem habuit, lingua eadem, adhuc delirabat. In iiſdem perrexi.

19. Tota nocte delirauit. Lingua parum humidior, vrina tenuis ſanae vrinae fere ſimilis, niſi quod parum magis rubra, pulſus debilis non adeo celer, reſpiratio ſatis commoda; ſitim adeſſe aeger conquerebatur, ſed oblatam cereuiſiam vix bibebat.

Dedi vnc. ß. diacod. vt ſedaretur et mixt. ex ſucco citri, rob ribeſ. aqua citri.

20. Vrina et heri veſperi et hodie mane tenuis, non multum rubra cum nubecula tenui calculoſa verſus ſuperiora tendente, et a fundo aequabiliter diſtante: lingua

gua humidior, pulſus melior, ſomnus ſatis placidus et magis quietus, delirium minus.

Dedi emulſ. nutriens et humectans cum nitro. Veſperi lingua ſicca penitus, et vrina vt heri.

Dedi magnam copiam hydrogalae.

Aug. 21. Vrina ſanae ſimilis fere, bene dormiuerat, delirium longe minus, et dum delirabat aliquatenus, ſtatim ipſe percipiebat ſe deliraſſe, lingua humidior, pulſus melior, tribus diebus aluum non depoſuerat.

Idem dedi emulſum.

Veſperi ſomnolentus erat, minus delirabat, vrina adhuc tenuior cum nubecula verſus ſuperiora, lingua nitida fere et humida. In iiſdem perrexi.

22. Vrina ſanae vrinae ſimilis, nubecula deſcendit, lingua nitida, ſitis nulla, nec delirat, aluum non depoſuit, ſurdus erat vtcumque.

Dedi aquam cort. citri, ſyrup. menth. ſpir. citri.

23. Sudat circa caput, vrina vt heri, lingua ſatis nitida, dormitat, vix delirat, ſitis modica, aluum non depoſuerat intra quinque dies vel ſex.

Dedi caſſiam, mannam, et ſal polychr.

24. Aluum depoſuit ſano ſimilem vertiginoſus, et ſurdaſter vtcumque; appetitus rediit, vrina vt ante, pulſus bonus non febrilis.

Dedi cardiacum acidum medicamentum, victum ſimilem.

26. Appetebat fructus horaeos, vrina leuiſſime rubra, bene dormit, lingua nondum penitus nitida.

Dedi

Dedi aquam cort. citri, ſpir. vit. Mathiol. tinct. contraieru. rob ribeſ.

Aug. 28. Vrina vt 26, lingua fere eadem. Perrexi in iiſdem.

31. Inueni ſanum, ſed debilem adhuc.



Aug. 12. Quinta huius menſis die calidiſſima ſudavit fortiter mulier 46 annorum 14 infantes enixa, habitus repleti: incepit tunc ſubito illo frigore die 6 huius menſis languere, caput, et lumbi doluerunt, totum corpus graue, appetitus nullus, ſitis ſatis magna, nulla anxietas circa praecordia. Credidi morbi cauſam fuiſſe frigus poſt calorem ſequens, perſpirationem retinens.

Dedi decoct. gramin. tamarind. lap. prunell. ſyrup. 5 rad.

Aluum vix deponebat, die Iouis dicebat ſe aliquid ſanguinis euomuiſſe.

13. Vrina ſedimentum diuulſum partim carneum partim ſubfuſcum leuiter, dolor lumborum aberat, in omnibus melius ſe habet.

Dedi leue purgans ex rheo cras mane ſumendum ob corpus repletum et morbos autumnales huc vergentes.

14. Vrina ſanae ſimilis, bene purgata fuit, nulla febris, dedi

Sal polychr. dr. ij.
Syrup. 5 rad. vnc. ij.
Aquae fumar. vnc. x.

Sic reliqui.

*Vrina*

*Vrina putrida.*

Vrinam vidi in puella 28 annorum in ſynocho putrida 8 horas ante mortem emiſſam, quae foetebat adeo, vt crederem eſſe alcalinam, quatuor horis poſtquam emiſſa erat efferueſcebat cum aqua forti, et credo ſtatim efferuuiſſet, hinc in morbis ſumme putridis vrina alcalina redditur.

Aug. 18. 49 annorum temperiei ſanguineae mulier, ante aliquot dies laſſitudines ſpontaneas ſenſerat: dolor lumborum magnus, et capitis, pulſus non plenus, totum corpus dolet, reſpiratio ſuſpirioſa, irritus conatus ad vomendum, ſudor copioſus.

Heri hora 11 mane febris cum frigore tribus horis durante incepit vehemens, hodie mane fere apyrexia, vrinam non vidi, flatus aderant, et pituitam dicebat euomuiſſe cum ſenſu leuaminis.

Eſt intermittens cum turgente cacochymia forte bilioſa.

Dedi decoct. gramin. tamarind. ſcorzoner. ſal polychr. ſyrup. 5 rad.

19. Vrina non multum rubra, ſubfoetida, lingua alba, conatus intus ad vomendum, pulſus depreſſus, ſed celerior, vomitorium petenti

Dedi infuſ. ipecacuanh. poſt ſedando per opium impetum.

20. Vomuit, et per aluum depoſuit ingentem copiam tenaciſſimae pituitae ſummo cum leuamine: vrina ſubturbida, vix rubra, ſapor adhuc hodie mane nauſeoſus, ſed eluto ore aqua frigida ceſſans: ſomnus commodus,

dus, crura doluerunt hac nocte, et pes alteruter tumet: pustulae circa nares et labia erumpebant.

Dedi rob ribes. myuam cydon. salem prunell. aquam corticis citri.

Lingua albicabat.

Aug. 21. Pedes vtrique, et dextra manus arthritico dolore saeuo dolebant, vti et coccyx, et os sacrum. Adhibuerat me inscio balneum vaporis, postea detersae, et siccae cuti applicuerat spiritum iuniperi cum camphora, doluerunt acerrime tota nocte haec membra, iussi haec remoueri, vrina subrubra, et quasi incipiens turbari, pulsus non adeo febrilis.

Dedi emollientissimum decoctum.

22. Similem dolorem antea bis vel ter in digito maiori pedis, et in capite senserat: dolor fortissimus in pede et manu cum ardore, pulsus satis commodus, bona respiratio, dolor capitis imprimis, quia insomnem duxerat noctem, vrina rubra cum sedimento versus fundum inflato quasi, et calculoso, sitis magna, appetitus non magnus.

Dedi lap. prunell. cum syrup. flor. rhoead. et aqua papau. superbibendo idem decoctum.

23. Vrina fere vt heri satis rubra, lingua nitida, pulsus nunc plenus, et parum febrilis, sitis satis magna, somnus interruptus, dolor pedum fere cessauit, vti et dolor ossis sacri, manus tumet, calet, sed minus dolet.

Dedi flor. alth. samb. rhoead. in infus. ex aqua et lacte.

Aug. 24.

Aug. 24. Vrina, vt ante, dolor minor, lingua adhuc ſordida, leuis febricula; tamen ſe ſatis commode habebat, aluus reſpondet, ſomnus inquietus.

Dedi lap. prunell. dr. ij. rob ſamb. vnc. ij. aquae ſamb. ℔ß. cochleatim ſuperbibendo infuſum heſternum.

25. Vrina adhuc flammea, lingua obſita ſine febre, appetitus rediit, ſitis non magna.

Dedi tres pulu. ex lap. prunell. et ſale polychr. et reſiduum prioris mixturae.

26. Manus tumida, adeſt febricula, lingua alba, vrina craſſa non multum ſubſidens, in reliquis ſe bene habet, nox inquieta.

Dedi lap. prunell. dr. ij. ſyrup. ʒ rad. aquam flor. til. ſuperbibendo infuſ. diei 23.

28. Manus tumida, ſed iam non multum dolens, lingua alba, ſudor copioſus, appetitus nondum rediit, ſitis ſatis magna, ſomnus inquietus, pulſus debilis vix febrilis. Conſului frictiones manus ſiccas ſupra vaporem aromaticum, et infuſ. trium ſantalor.

30. Vrina minus colorata, plus dolet manus affecta iam non ita tumens, appetitus ſatis bonus, ſitis mediocris, lingua adhuc albicat, ſomnus inquietus, aluus reſpondet modice.

Dedi ſal polychr. cum ſyrup. cichor. cum rheo, et aquam meliſſ. cochleatim ſuperbibendo prius infuſ.

Sept. 1. Vrina incipit turbari, corpus ſatis ſanum, lingua nitida, manus tamen adhuc tumet, et dolet.

Noluit vlterius medicamenta ſumere.

10. Manus dura et dolens, caeterum ſana.

Dedi catapl. emolliens.

Nou. 3. Manus fenfim fubfederat, fed longa mora: dixit heri fe febricitaffe cum naufea, et vomitu molefto, paucae pituitae, anxietas magna, pulfus debilis celer, non multum fitit.

Dedi rob ribef. fal polychr. aquam meliff. citri.

4. 16 aluum depofuit nigram, dein viridem, flavam, foetidiffimam: vrina craffa ftranguriofa, febris videbatur aliquantum minor, dolor ingens lumborum.

Dedi rob ribef. fpir. nitri dulc. tinct. cinnam. aquam meliff. et applicui epifpaft. ob delirium imminens.

5. Delirauit tota nocte, totum corpus palpitat, facies vultuofa, pupilla admoto lumine non mouebatur, periit.



Aug. 18. Vir 29 annorum ante 6 annos ex terrore dolorem in latere finiftro fe accepiffe dicebat, pro quo vno die ternas V. S. paffus erat, poftea dolor ille manebat faepe exacerbatus, et quater in anno pus merum deponebat aluo. A motu, vel a fpiritu vini affumto pars dolet affecta: fere femper languebat, appetitus nullus, tuffis ficca, finiftrum latus abdominis durum penitus, aliquid flaui in oculis faepe recurrens, febris nulla, vrina fedimentum lateritium craffum habens, lingua nitida, fitis fere nulla, pedes hydropici.

Credidi fcirrhum lienis effe cum incipiente hydrope. Dedi rob iuniper. fal. polychr. aquam menth. tinct. myrrh.

Vidi in muliere 50 annorum, quae antea figna calculi renalis habuerat, poft febrim autumnalem biliofam per-

perpeſſam ortam ſatis ſubito vrinam foetidiſſimam, acerrimam, aſſiduo ſtillicidio cum ſedimento mucoſo, datis balſamicis ex tereb. ſucco glycyrrhiz. etc. ſuperpotando infuſ. virg. aureae etc. omnia ſymptomata euanuerunt.

Poſtea quartana prehendit.



Vir 26 annorum bilioſi temperamenti et pallidi coloris, ſaporem nauſeoſum quaſi putridum in ore perceperat, anxietas magna, dolor capitis magnus, reſpiratio bona, ructus, et flatus, ſitis non magna, lingua vtcumque obſita, febricitat.

Dedi decoct. tamarind. gramin. ſal polychr. ſyrup. 5 rad.

Aug. 20. Facies ceracea: heri ſponte vomuit cum leuamine: vrina leuiter flammea, tenuis, dolor capitis ingens, et in latere ſiniſtro aliquid grauantis circa lienem ſentiebat, lingua flaua, totum corpus dolet, et graue eſt.

Dedi ipecacuanh. et dein opiatum.

Inde vomuit horrendam copiam bilis, et fortiſſime aluum depoſuit, adhuc tamen flaueſcebat.

Conſului vinum rhenanum cum decocto panis.

21. Hac nocte commode dormiuit, tamen ſitiebat: vrina rubra vtcumque cum nubecula ſubturbida, dolor capitis minor, in latere ſiniſtro profunde reſpirans obtuſe dolet, oculi adhuc flaueſcebant, lingua magis nitida.

Dedi decoct. tamarind. bardan. ſal. polychr. ſyrup. violar.

Dolor lumborum ingens hac nocte, hodie minor.

Aug. 22. Heri commode saepius aluum deposuit, vesperi appetitus rediit satis bonus, de nocte febricitauit, latus sinistrum doluit post horrendum insomnium, caput non multum dolet, sed lumbi, et totum corpus dolet, sudauerat summopere: appetitus acidorum, sitis tamen minuitur, lingua satis nitida, oculi adhuc aliquantum flauescunt, vrina adhuc rubra sed subfoetida, pulsus non multum febrilis, sed debilis.

Dedi rob ribes. aq. cinnam. cortic. citri, meliss. spir. nitr. dulc. cum spir. vit. Mathiol.

Ructus adhuc aderant.

23. Vrina subrubra, subfoetida cum nubecula. In noctis principio frigebat, dein sudabat, color ille flauus abiit, et vires redire percipit, in latere sinistro adhuc aliquid leuis molestiae sentit; heri adhuc quinquies, vel sexties aluum deposuerat.

Dedi rob ribes. cum sal. polychr. et aqua meliss.

24. Heri dixit se languisse ab assumto medicamento. Vrina minus rubra cum nubecula, lingua nitida, flauedo oculorum fere disparet, dolor lateris sinistri fere euanuit.

Dedi aqu. corticis citri cum tinct. myrrh.

25. Languit vtcumque, et caput doluit, lingua nitida, exiuerat heri, et labores consuetos pistoris peregerat, appetitus melior, sitis adhuc adest, vrina vtcumque rubra, nulla febris.

Dedi sal polychr. tinct. contraieru. aquam meliss. syrup. 5 rad.

26. Vrina sanae similis: rediit appetitus, sed languet adhuc parum.

Dedi

Dedi vinum amarum abſinth.

Septemb. 1. Sanus erat, ſed iuſſi ſumere v. pill. coch. et poſt octiduum repetere.

20. Purgatus ſatis bene a pillulis, ſed quinque diebus mane doluit caput, et abdomen, tamen aluus laxa, in reliquis ſe bene habet.

Dedi aq. foenicul. ſyrup. cichor. cum rheô ſal. polychr.

Optime poſtea ſe habuit.



Aug. 20. Mulier 24 annorum repleti, et ſanguineī habitus, et coloris laete nigreſcentis die 17 incepit aegrotare poſt heſternam defatigationem, et dolore circa ſcrobiculum cordis opprimi. Die Veneris variis rigoribus correpta ſe febre laboraſſe dicebat ter, heri mane melius ſe habuit, ſed hora tertia pomeridiana dormiens, ſubito euigilans, magnos dolores ceruicis ſenſit, nunc diſperſos per totum corpus: pulſus non magnus, vrina turbida craſſa, ſed credo ſubſidebit.

Dedi decoct. gramin. etc. cum ſale polychr. et ſyrupo 5 rad.

Vomuit ſubrubram foetidiſſimam materiam, lingua nitida, ſapor non malus in ore.

Dolor ille ceruicis, et per totum corpus euanuerat.

Dedi aquam cort. citri, ſyrup. citri, ſpir. citri, et nitri dulcis.

21. Heri veſperi dolor capitis magnus fuerat, vrina non multum rubra cum nubecula, ſomnus commodus, ſitis hac nocte magna, dolor ceruicis adeſt, ſed minor,

dolor ille totius corporis euanuerat, lingua ſatis nitida, cardialgia, et abdominis dolor aderant, hinc credidi purgans indicari, et hoc dedi.

Aug. 22. Quater aluum depoſuit, vrina modice rubra, anxietas circa praecordia, lingua nitida, ſomnus non multus, ſitis heri veſperi magna; manus circa carpum dolent.

Dedi oxymel. ſcillit. cum ſale polychr. et aqua rutae.

Febricitauit valide cum frigore, dentes vacillabant prae forti concuſſione in frigore febrili, ſurſum deorſum validiſſime bilis glutinoſa euacuata fuit magno quidem cum molimine, ſed cum leuamine, calor febris non adeo magnus inſecutus, lingua vix ſordida, delirauerat parum, pulſus debilis, ſed tamen aequalis nec nimis celer: hoc veſperi.

Dedi emulſum cum leui diacodiato.

23. Vrina non multum rubra cum nubecula, non multum dormiuerat, lingua nitida, anxietas abiit, dolor ceruicis fere, ille per totum corpus euanuit penitus, puſtula vlceroſa circa nares: menſes fluunt: perfecta apyrexia.

Dedi miuam cydon. rob ribeſ. aq. cinnam. meliſſ. lap. prunell. ſpir. nitri dulc.

24. Heri appetitus paruus, ſitis magna, lingua nitida, aliqua anxietas circa praecordia, manus circa carpum dolent, nox inquieta, et ſomni turbulenti, febris hora octaua mane incepit ingruere.

Dedi leue emulſum cum nitro ſyrup. viol. et diacod.

Aug. 25.

Aug. 25. Febricitauit heri valide, tamen parum minus quam 22: manus ſiniſtra circa carpum dolet, dolor capitis magnus: heri ſudauit fortiſſime, ſitis modica, appetitus fere nullus, vrina turbata, craſſa, diuulſa, vix ſubſidens, hodie apyrexia.

Dedi aquam cort. citri, ſal polychr. ſpir. vit. Mathiol. ſyrup. citri, ſed cum non reſponderet aluus, et aliqua anxietas eſſet, dedi mane gr. xv. pill. Ruff.

26. Vrina turbida aliquid lateritii ſedimenti dederat. Menſes deſinunt, heri maior ſitis fuerat, hodie vix. Heri dixit ſe adhuc valide febricitaſſe, halitus foetet, heri bis aluum depoſuit; hodie hora vndecima mane febris incepit, lumbi et ceruicis et ſiniſtrae manus circa carpum dolor, heri cum frigore febris acceſſerat, hodie non.

Dedi rob diamor. ſyrup. rub. idaei aquam meliſſ. nitrum ſpir. nitr. dulc.

27. Febris heri ſatis mitis fuit, hodie bene ſe habet. Vrina moderati coloris cum nubecula verſus fundum: vultus floridus, dolor ceruicis euanuit, circa carpum ſiniſtrae manus aliquid manet, ſitis nulla, appetitus bonus.

Dedi tinct. myrrh. ſal. polychr. ſyrup. 5 rad. aquam meliſſ.

28. Vrina bonum ſedimentum, et aequale habet, hodie mane hora vndecima vix febricitat: heri ſe bene habuit, aliquid manducauit, ſitis non magna.

Dedi ſyrup. citri, flor. violar. cum nitro et aqua meliſſ. in febre ſumendum.

L 4 Aug. 29.

Aug. 29. Vrina habet hypoſtaſim aequaliter miſcibilem, tremit; heri pomeridiano tempore parum friguit continuo, veſperi ceruix doluit, et aliquid moleſti in hypochondriis percipiebat, heri ſitiebat, hodie non multum, lingua nitida, appetitus languet, pulſus debilis, color bonus.

Dedi ſal. polychr. oxymel. ſcillit. aq. rutae.

30. Optime ſe habet, conſului vinum abſinthites.

Sept. 1. Bene ſe habebat, ſed aliquod pondus adhuc circa cardiam; dedi purgans.

4. Vrina modice rubra, lingua nitida, pulſus bonus, tertiana adhuc ſuum typum ſeruat: aluum depoſuit, ſed aliqua manet anxietas.

Dedi ſal. polychr. tinct. myrrh. oxymell. ſcillit. aq. rutae.

6. Hodie mane hora 10 incepit febricitare, heri leuius febricitauit poſt meridiem, vti et 4 Septembris, vrina leuiter rubra cum nubecula verſus fundum, ſentit in abdomine aliquid grauantis, heri in febre calebat maxime caput et facies: appetitus modicus, ſitis ſatis magna adhuc,

Dedi purgans ex fol. ſennae, tamarind. etc.

8. Poſt diſceſſum die 6 ſatis febricitauit, heri fortiſſime purgata, vrina ſubſedit hypoſtaſi fundum vitri non attingente penitus, concuſſa miſcenda perfecte, appetitus vtcumque bonus, ſomnus placidus, hoc mane hora 11 incipit leuiter frigere.

Dedi tinct. contraieru. ſyrup. 5 rad. ſal polychr.

Sept. 12.

Sept. 12. Die 10 adhuc valide febricitauerat, hodie non ita; vrina rubra, et adhuc aliquid oppressionis in abdomine sentit.

Dedi syrup. cichor. cum rheo vnc. ij.

Sal. polychr. dr. iij.

Aquae cichor. ℔ j.

Vt mane hora 7, 8, 9. vnc. sumeret.

16. Die 14 Septembr. febricitauit valide, heri minus, de nocte non dormit, forte quia perterrita fores metuit, vrina modice rubra, in abdomine sensus quasi ponderis, lingua nitida purgata ab hoc medicamento.

Dedi aq. rutae oxymell. scill. tinct. myrrh. sal. polychr. syrup. 5 rad.

18. Vrina subsedit. Febricitauit die Saturni valide, et vomuit pituitam, et deposuit bis aluum, hodie incepit febricitare hora 11.

Dedi sal. card. bened. tinct. myrrh syrup. card. bened. aquam meliss.

20. Bene se habet. Vrina modice rubra, et summum leuamen a medicamento vltimo habuit, hinc idem dedi.

22. Vrina album sedimentum habet aequale, non febricitauit, in reliquis se bene habuit.

Dedi tinct. absinth. elix. pptis.

Perfecte conualuit.

## *Tormina.*

Aug. 20. Annorum 40 homo mediae temperiei heri tormina ventris patiebatur, quae de nocte immaniter

ter augebantur: vomuit, bis aluum depoſuit, flatus et ructus omni momento reddit, ante ſemper illis obnoxius, dolor non erat continuus, ſed per interualla diſcrucians.

Dedi clyſma purgans, et dein mixt. carminat. cum lap. 69 etc. hora ½ ſexta mane.

12. hora acceſſi: depoſuerat bis aluum, melius ſe habebat, ſed lingua flaua, ſordida, purgans indicabat, quod dedi.

Aug. 21. Lingua ſordida, vrina rubra, aluum ter vel quater depoſuerat cum leuamine, pulſus debilis; hinc non auſus fui euacuare, ſitis non adeo magna, ſomnus commodus, appetitus nullus.

Dedi rob ribeſ. ſambuc. ſal. polychr. aquam meliſſ.

22. Aliquid comedit heri. Vrina flammea, lingua adhuc ſordida, ventriculus diu languerat, et ſemper de moleſta pituita querebatur.

Hinc dedi oxymel ſcill. ſal. polychr. aquam rutae.

23. Vrina rubra, oculi leuiter flaueſcunt, lingua nitidior, adhuc pituitam vomit, pulſus debilis, friget.

Credidi vomitorium partim concutiendo ſoluens, partim euacuans pituitam profuturum.

Dedi ipecacuanh. poſtea ſedando per opium impetum.

24. Vomuit commode pituitam: vrina ex flauo rubra, lingua nitidior, pulſus debilis.

Dedi miuam cydon. rob ribeſ. aq. cinnam. meliſſ. etc.

25. Nulla febris, vrina adhuc ex profunda flauedine rubra, lingua nitida.

Dedi

Dedi ſal. polychr. tart. vitriol. ſyrup. 5 rad. aquam menth. tinct. myrrh. omni bihorio vnc. ʃß. ſuperbibendo infuſ. ſaſſafr.; languebat enim deficiente appetitu.

Sept. 21. Heri iterum poſt dolores ventris ſummos purgatus eſt ſurſum et deorſum cum leuamine: hodie febris nulla, vrina flammea, rutila, dolor vix vllus, lingua obſita craſſa cruſta, ſitis nulla: commode dormiuerat, ſed heri me inſcio aſſumſerat mixt. die 20 Aug. praeſcriptam carminantem. Dedi purgans ex dr. j. rhei.

22. Appetitus deficit, commode purgatus fuit, vrina minus flammea, lingua minus obſita.

Dedi tinct. myrrh. ſal. polychr. ſyrup. fumar. aquam fumar.

23. Vrina minus flammea, lingua minus obſita, appetitus non multus. Dedi elixir proprietatis, ſyrup. 5 rad. aquam menth. ſal polychr.

25. Vrina ſana, lingua nitidior; cum parum indulgeret vino, conſului diaetam ſtrictiorem, et dedi theriac. diateſſ. zingib. condit.

## *Aphthae.*

Aug. 20. Vir annorum 28 bilioſae temperiei lautam ducens vitam poſt dolores omnium membrorum incepit laborare febre, vt dicebat valida; vrina ex flauedine rubra fere, color flauus corpus deturpauerat. Sumſerat purgans, quod nihil agebat: caput dolebat, pulſus erat ſatis plenus.

Dedi rob ribeſ. ſyrup. citri aq. hordei, citri, et lap. prunell. V. S. ad vnc. viij, et cras iuſſi vomitorium ex ipecacuanh. ſumi.

Aug. 21.

Aug 21. V.S. facta dolor capitis multum minuebatur, vomuit commode, sed non multum bilis euomuit: vrina longe minus rubra, lingua vtcumque sordida, anxietas non magna, tamen hodie secunda pomeridiana aliquantulum aucta, sitis, et dolor capitis parum simul aucta.

Dedi decoct. bardan. tamarind. scorzoner. sal. polychrest. syrup. flor. violar:

22. Heri post discessum quater vomuit pituitam albam et febricitauit, hodie quater aluum deposuit valde flauam, et pituitosam, hodie $\frac{1}{2}$ primae febris prehendit: vrina tenuis non ita rubicunda, ructus, et flatus, lingua sordida, caput non dolet, respiratio commoda, sitis magna.

Dedi rob ribes. samb. sal. polychr. aquam samb. succum citri.

23. Vrina hodie mane emissa hora quinta subturbida facta cum particulis crassioribus, postea reddita rubra cum nubecula versus fundum, febris $\frac{1}{2}$ secunda ingruit, somnus in posteriore parte noctis satis bonus, vesperi heri ter vel quater deposuit aluum nigram, foetidam cum leuamine: nunc vomiturit.

Dedi rob ribes. samb. syrup. rub. idaei lap. prunell. spir. nitr. dulc. aq. samb.

24. Heri valde febricitauit, tota nocte anxius non dormiuit fere, vrina ... nocte emissa sedimentum lateritium satis aequale dedit, flatus adhuc adsunt, lingua nitidior, hodie mane apyrexia.

Hora secunda inueni febrcitantem, sed non valide. A somno non reficiebatur, et caput pulsabat: metuens deri-

deriuationem ad caput; confului balnea pedum, epifpaftica, clyfma, et emulfum nitrofum: tota nocte defluxerat fudoribus foetidis, appetitus acidorum, conquerebatur de debilitate: ingruente febre dolor pollicis manus erat.

Aug. 25. Clyfma foedas, virides et copiofas fordes eduxerat: nox inquieta, febris nulla, vrina flammea, flatus et ructus, in abdomine inferiori fenfus ponderis.

Idem iuffi applicari clyfma, et dedi decoctum tamarind. cum fale polychr. et fyrup. flor. violar.

Erat mane hora 7 apyrexia.

Circiter vnc. j. fanguinis de naribus effluxit.

Inde bis aluum depofuit fatis adhuc copiofe: lingua fufca, calor fatis magnus 96 graduum, 4 gradibus fuperans calorem fanum.

Febris hora fecunda inceperat pomeridiana: vrina mane hora 11 reddita fubfederat, poftea vrina rubra, et foetida et fubflaua.

Dedi ob calorem magnum nitrum, fpir. fulph. per campan fyrup. flor. violar. citri aq. fambuci.

26. Hodie hora tertia pomeridiana vix febricitat: vrina rubra, foetida, mane faepies aluum depofuit cum leuamine, refpiratio optima, hinc inde per corpus aliquid lancinantis in cute fenfit, et in gutture moleftiam; in velo pendulo ad latus finiftrum leuiffimae, et paucae aphthae ad latera inflammatae.

Dedi pro colluctorio oris fuccum raparum cum melle coctum, et mixtur. ex fyrup citri, rob ribef. vino rhenano, aqua meliff. nitro puro.

Aug. 27.

Aug. 27. Heri febris poſt diſceſſum ſatis adhuc valida: prior pars noctis inquieta, lingua adhuc ſubfuſca, ſed humida et papillis naturalibus hirta, aphthae paucae albiſſimae, vrina nocturna ſedimentum depoſuit, hodie demiſſa minus rubra eſt: reſpiratio optima, pulſus bonus, appetitus bonus, ſitis non magna, vrina aliquid adhuc olidi habebat, aluum cum leuamine decies depoſuit viſcidam.

Dedi ſyrup. citri, rub. idaei, aq. meliſſ. ſal polychr. ſpir. nitri dulcem etc.

28. Aluum ſexties depoſuit viſcidiſſimam, fuſcam: bis vomuit pituitam cum leuamine. Aphthae diſparuerant, fauces viuidiſſime rubrae quaſi inflammatae, tamen non multum faciebant moleſtiae, vrina ſubſedit, appetitus redit; conceſſi iura carnium cum endiuia, acetoſa etc. coctum: nulla febris, ſitis non magna, pulſus fortior, bene dormiuit, ſed cum inſomniis (vti in ſanitate ſolebat) lingua humida, et ſecedebat illud fuſcum.

Dedi roborans leuiter detergens medicamentum ex aqua citri ſyrup. eiuſdem, ſale polychr. etc.

29. Saliuatio ſatis copioſa, vti et heri erat, apertis iterum credo vaſis, lingua cruſtis deciduis fere nitida, in velo palatino, vbi aphthae fuerant, ibi puncta quaedam rubra manebant, et ſentiebat aliquid moleſti in oeſophago: quater pauca copia aluum depoſuerat, vrina ſubſedit, ſomnus modicus, ſed tamen inſomnia turbulenta, ſitis pauca, appetitus viget: incepit pruritum ſentire in lumbis, et in capite pulſationem.

Dedi ol. amygdal. dulc. cum vitello oui, et ſyrup. althaeae.

Aug. 31.

Aug. 31. Bene ſe habet: appetitus modicus, ſitis nulla, aluus ſtrictior, vrina perfecte ſubſedit hypoſtaſi facile miſcenda per concuſſum, pulſus, et reſpiratio bona, pulſatio in capite: aliquid grauantis in abdomine percepit.

Dedi dr. j. rhei ſtib. diaphor. cum ſyrup. rhei forma hauſtus.

Sept. 2. Vrina heſterna ſedimentum depoſuerat: commode inde purgatus, hodie ſenſim plus accedit ad vrinam ſanam.

Dedi vinum amarum cum pill. gummoſis; et rheo, quia aliquid flauſecentis adhuc in colore apparebat.

5. Vrina craſſa his diebus ſubſedit Die 2 Sept. veſperi febricitauit, 3 Sept. leuius, heri fortius: dolores vagi hinc inde, per totum corpus breui euanidi, ſenſus oppreſſionis, et grauans quaſi dolor in abdomine, et lumbis, lingua ſatis nitida, appetitus modicus, color adhuc in facie ſubflaueſcens: ſomniis terrificis defatigabatur.

Dedi clyſma purgans, et decoct. aperiens, et leuiter purgans cum pillulis 2 Sept.

7. Clyſma maximam copiam craſſarum ſecum eduxerat; poſtea aluus perrexit liquida deponere; abdomen heri ſatis tenſum fuit, dum in latus decumbit alterutrum nauſeat, maxime in latus ſiniſtrum, heri iratus fuerat, hinc ſomnus valde inquietus, color adhuc flaueſcens, vrina turbida, febris heri minor fuerat, ſed longior.

Dedi rob ſamb. ſal polychr. aq. meliſſ. ſpir. nitri dulcem, quia de nocte ſitiuit.

Sept. 8.

Sept. 8. Vrina turbida: ſatis bene dormiuit, lingua nitida, color ſubflaueſcens adhuc, ſitis nulla, appetitus aliquis, caput graue, in abdomine aliqua murmura: non febricitat, aluum non depoſuit.

Dedi rob ribeſ. aq. citri ſal. polychr. ſp. nitri, vinum rhenanum cum pillulis 2 Septembr.

9. Vrina rubra pellucida non ſubſidens, lingua nitida, febris nulla, bene dormiuit, ſed tamen cum inſomniis terrificis, dolet nucha, appetitus modicus, ſitis heri non magna, hodie maior.

Dedi dr. j ß ſal. polychr. ſyrup. fumar. vnc. ij. aquam citri.

10. Vrina ruberrima, pulſus bonus, nulla febris fere heri fuerat, ſomnus bonus, anxietas vix vlla, appetitus bonus, caput melius, lingua nitida, aluus non reſpondet.

Dedi pillul. cochiae gr. xv.

11. Vrina heſterna ſubſedit, hodierna ſatis ſana, et pellucida, ſatis valide aluum depoſuerat, in omnibus bene ſe habet.

Conſului vinum medicatum et pillul. 2 Sept. praeſcriptas.

13. Vrina iterum colorata, et ruberrima, aliqua anxietas et pondus in abdomine, reliqua bona ſunt.

Dedi gr. xx. pill. cochiae cras ſumenda.

15. Se ſatis bene habebat, color vultus melior, vrina tamen rubra: heri commode depoſuerat aluum. Perrexi in iiſdem.

Sept. 18.

Sept. 18. Omnia bona erant, iussi abstinere a medicamentis; nam vrina leuiter rubra erat, et credebam esse a pillulis.

20. Vrina modice rubra, appetitus bonus, aliqua anxietas in abdomine, pulsus bonus, et fortis, aluus stricta, circa vesperam leuis quasi febricula.

Dedi 20. gr. pill. Ruff.

22. Inde non purgatus fuit, sed optime se habet, vrina sana. Dedi theriac. diatessaron.

24. Heri aliquantum febricitauerat; dedi purgans.

Octob. 12. Perrexerat hucusque in vino medicato amaro, et pillul. gummosis cum rheo; incepit sensim febris tertiana subrepere. Consuluit Cl. Boerhaue dr. j. pill. coch. n°. xv. sic vt v sumeret, quando aluus esset stricta, et singulo trihorio vnc. ß. mixt. ex sp. antiscorb. tinct. helen. sal. vol. oleos. aq. menth.

14. Tentaui febrim per serpentar. pulu. abigere ante paroxysmum superbibendo infus. sassafr.

15. Vrina crassa, pauca, lateritia, cum pellucida supernatante; febris serius venit.

Dedi infus. contraieru. cum cort. citri, et sal polychr.

16. Pustulae circa labia, vrina satis bona.

Dedi similia ac die decima quarta.

17. Non febricitauit fere, vrina satis bona erat.

Dedi infus. serpent. virgin. et sal. polychr.

18. Vrina sana: dedi vt decima quarta.

19. Vrina heri vesperi emissa sedimentum lateritium habebat, hodie mane emissa erat sana.

Dedi mixt. antiscorb. 12 Octobr. praescriptam.

Octob. 20. Vrina non multum rubra: heri febricitauit, posquam in aere frigido fuerat per aliquot tempus: color magis flauescit.

Dedi sal. polychr. syrup. 5 rad. tinct. contraieru. aq. melissae.

21. Vrina sedimentum crassum, diuulsum, scorbuticum dedit: vix febricitauit heri: nihil dedi.

22. Heri non febricitauerat: vrina erat limpida; nihil dedi.

23. Heri fortissime febricitauit, ergo erat vera quartana. Iam sentit aliquod pondus in abdomine, vrina sedimentum habet, et vt testatur aeger, satis attentus ad res suas, turbida dimittitur.

Dedi tinct. myrrh. aq. menth. sal. polychr. oxymell. scillit.

25. Heri febricitauit fortiter.

Dedi vinum medicatum, et pill. Ruff.

## *Acuta continua.*

22. 44 annorum *droogscherder* hodie incepit laborare febre, vti videbatur hactenus continua; lingua sicca, totum corpus rubet, et calidissimum est, pedes dolent. Ante 14 dies iam lassitudines spontaneas sensebat, lingua siccissima, aluus sponte laxa.

Venam secui ad ℔ j. et dedi antiphlogistica summa; imprimis, quia in latere sinistro aliquem percipiebat dolorem.

23. Sanguis leuem incipientem quasi crustam inflammatoriam habebat: somnus nullus, pulsus iam non adeo

adeo plenus, nec multum febrilis, in latere finiftro dolor obtufus, hodie mane hora 7 plus doluit quam circa vndecimam; depofuit heri ante, et poft V. S. nigra foetidiffima: fputa fufca tenacia, refpiratio vtcumque citatior, tamen poteft integre refpirare.

Dedi decocti tamarind. vnc. iij. rad. gramin. fal. polychr. fyrup. violar. vt putridum illud ex dolore obtufo indicatum ibi haerens educatur.

24. Anxietas, et inquietudo: faepe aluum foetidiffimam depofuit, heri dolor capitis ingens, hodie minor, vrina heri emiffa fedimentum dederat inaequale, fubfoetida: fputa vt heri, fternutabat, fitis non magna.

Dedi rob ribef. fyrup. citri, lap. prunell. fpir. nitri dulc. aquam meliff.

25. Heri 10. matutina incepit febricitare, 12 hora dolor capitis intolerabilis aderat, tuffis conquaffans, fputa tenacia, vrina tenuis, citrina cum aliquo fedimento pauco diuulfo, albo, poftea reddita bullam inflatam in medio verfus fuperiora natantem habebat: febricitat, calet, lingua alba, in latere dolor obtufus durat.

Confului balnea pedum, epifpaftica; caput enim pulfabat, ad minimum totius corporis motum fputa prodeunt, aluus non refpondet.

Dedi decoctum emolliens laxans.

26. Magis quietus: heri poft haec omnia applicita caput fe melius habuit, vrina parum magis colorata, bullam quafi inflatam in fui medio habens, fputa craffa tenacia: dicebant illum heri vefperi non febricitaffe, hodie tamen inueni febricitantem, et refpirationem parum

impeditam. Dolor lateris durat adhuc, lingua in medio fuſca, vtcumque humida.

Iuſſi lateri applicare ſaponem venetum cum lacte, aquae vaporem tepidum inſpirare, decoct. rad. bardan. foenicul. cum melle, et lap. prunell.

27. Ter depoſuit aluum, heri veſperi delirauit, et fortiſſime dicitur febricitaſſe, pulſus adhuc aequalis, calor adhuc magnus, vrina tenuis aliquid ſedimenti diuulſi habet, lingua arida, dolet caput, ſputa vt heri, reſpiratio breuis et impedita, ſub mammillis palpitationes ſentit.

Conſului balnea pedum, ſitum erectum, dedi attenuans pectorale decoctum cum nitro.

Heri ſurgens conquerebatur de coecitate.

28. Delirauit, febricitaſſe dicitur, et hodie mane hora 7 febris valida, non aſſumſerat medicamenta, ſtertor in pectore, lingua ſicciſſima, ſputa flaua ſincera, tenaciſſima, mortem praedixi.

Dedi ſyrup. citri, viol. lap. prunell. aq. meliſſ.

Reſpiratio breuis.

29. Vrina tenuis cum pauco ſedimento albo diuulſo, febris ſatis valida, reſpiratio breuis, et impedita, ſtertor tamen minor in pectore, lucem fugit, vrinam ſaepe inuoluntarie dimittit, tendines conuelluntur in manu, et pede, lingua ſicciſſima, vix deglutire poterat, totum corpus rigidum.

Dedi lap. prunell. ſyrup. citri, ſpir. ſulph. per campan. aq. meliſſae.

Veſperi periit.

*Tertiana.*

*Tertiana.*

Aug. 23. 29 annorum mulier nunc menſtrua patiens, heri incepit febricitare, hodie adhuc febris durat, caput intenſe dolet, dolor circa praecordia, et anxietas et punctura in latere ſiniſtro, ſitis ingens.

Dedi decoct. rad. bardan. gramin. ſal polychr. ſyrup. 5 rad.

24. Vrina leuiter flammea, lingua ſatis nitida, apyrexia, anxietas in abdomine, dolor capitis euanuerat.

Dedi purgans ex rheo etc.

25. Fortiſſime purgata hucuſque: febris heri hora tertia pomeridiana, vrina flammea, adhuc febricitat, appetitus nullus, ſitis, pulſus debilis.

Dedi aq. cort. citri, rob ribeſ. ſyrup. citri, ſal. polychr. tinct. cinnamom. laud. liquid. ſpir. nitr. dulc.

26. Vrina vix rubra, lingua nitida, ſomnus quietus, reſpiratio commoda, pulſus vtcumque febrilis, ſitis magna: heri veſperi aliquid comederat, cum hora 3 pomeridiana expectaret febrim dedi 3 pulueres ante paroxyſmum ſumendos ex lap. prunell. contraieru. lap. 69, et gr. j. laudan.

27. Vrina rubra cum nubecula verſus fundum, heri hora 3 febris prehendit, binos pulueres euomuit, aluum depoſuit ſaepies, non dormiuit, ſitiuit immaniter.

Dedi ſyrup. diacod. rob ribeſ. aq. cinnam. meliſſ. ſpir. nitri dulc.

28. Saepies depoſuit aluum, bene dormiuit: appetitus heri modicus, et acetorium comederat, ſitis mo-

dica, appetitus acidi, et ſalſi: heri veſperi parum plus ſitiuit, vrina adhuc rubra, lingua nitida, in reliquis ſe melius habet.

Dedi contraierū. ſal. polychr. cum ſyrup. diacod. et aq. meliſſ. forma hauſtus.

Aug. 29. Febris heſterna minor: vrina vix multum rubra, pulſus bonus, reſpiratio commoda, ſitis non magna, ſomnus quietus.

Dedi aq. cort. citri, tinct. myrrh. ſyrup. menth. ſal. polychr.

30. Vrina ſubrubra, heri ſe bene habuit, appetitus vtcumque redit, ſitis non magna, pulſus, et reſpiratio bona, ſed pulſus debilis: aluus reſpondet, ſed adſunt tormina ventris.

Dedi ſyrup. diacod. cum lap. 69 et aqua meliſſ.

31. Non febricitauerat.

Dedi infuſ. abſinth. cum vino, et ſemel in ſeptimana purgans ter ſumendum.

  

Aug. 26. Vir 28 annorum die Mercurii incepit febricitare cum ſenſu magno anxietatis in abdomine, ſiti mediocri: vix fuit apyrexia, tamen aliqua, vt dicebat. Die Iouis ſtatim incepit aluum deponere magna copia cum leuamine, vrina non multum rubra, cum nubecula verſus ſuperiora: dolet caput: appetitus nullus, febricitabat hora 6 veſpertina ſatis: reſpiratio commoda, dolor lumborum fuerat, et adhuc aderat.

Dedi rob ribeſ. ſamb. nitr. aq. ſamb.

Aug. 28.

Aug. 28. Die 27 non videram: heri optime ſe habuerat, et appetitus redierat, vrina heſterna ſedimentum colore varium dederat, album inferius, ſic vt ſuperius rubicundae quaſi catenae incumberent; hodie vrina cum nubecula ſana ſatis, lingua bona: heri veſpertina febris inceperat.

Dedi leue purgans (credo temere).

29. Heri poſt diſceſſum vomuit pituitam, febricitavit, anxius fuit, veſperi ſumſit purgans, et ter depoſuit aluum.

Hodie mane caput dolet, vrina leuiter rubra cum nubecula verſus ſuperiora: apyrexia, lingua ſatis nitida, ſitis non magna, appetitus nullus.

Dedi aquam meliſſ. ſal. polychr. rob ribeſ.

30. Heri ſatis bene ſe habuit, dormiuit bene, appetitus non multus, ſitis magna heri veſperi: vrina modice rubra, lingua flaua, pulſus et reſpiratio bona, duodecies aluum depoſuit.

Dedi rob ribeſ. cum aq. cinnam. meliſſ. ſyrup. diacod. et ſpir. nitri dulc.

31. Perrexit heri aluum deponendo ad veſperam vſque, et dixit ſe percepiſſe dolorem in abdomine ab aſſumto medicamento: reſpiratio bona, pulſus aequalis, ſed debilior, ſomnus modicus, lingua nitida, appetitus nullus, ſitis exigua.

Dedi aq. meliſſ. ſal. polychr. tinct. myrrh. ſyrup. 5 rad.

Sept. 1. Bene ſe habet hodie, heri hora ſexta febris longe minor, vrina modice rubra cum nubecula, lingua nitida, pulſus bonus, reſpiratio commoda, nulla anxietas.

Dedi aq. cort. citri, tinct. myrrh. ſal. polychr. ſyrup. flor. rhoeados.

2. Vix febricitauit: lingua nitida, appetitus bonus, ſitis nulla, pulſus aequalis, ſed debilior, vrina ſana.

Dedi vinum abſinthites, et purgans poſt 8 dies repetendum.

Octob. 16. Iterum febricitauit cum ſumma anxietate circa abdomen: dedi pill. cochiae.

18. Adhuc in dextro latere circa hepar oppreſſionem ſentit: dedi decoctum 5 rad. cum ſal. polychr. et ſyrup. 5 rad.



Vidi in pluribus ſi nulla medicamenta aſſumerent, tertio vel quarto paroxyſmo vomitum, vel diarrhoeam obortam ſponte ſanaſſe.

Si vero hoc non fieret, dolores capitis, deliria, et morbi ſatis longi.

## *Tertiana billioſa.*

Aug. 28. Iuuenis 24 annorum die 26 incepit leuiter febricitare; heri melius ſe habuit, hodie mane validiſſime febricitat cum tremore forti, viridia euomens: dolebat in latere ſiniſtro obtuſe, et totum corpus quaſi laſſitudine fractum dolet. Cum ſanguinei habitus ſit, oculi prominentes, caput intenſe doleat, credidi eſſe V. S.

S. praemittendam, ne vomitu rumpantur vaſa, et dedi decoct. bardan. gramin. lap. prunell. cum rob ribeſ.

Aug. 29. Dicebant ſanguini magnam ſeri flaui copiam innataſſe: vrina leuiter rubra cum nubecula verſus fundum, oculi flauent, apyrexia, abdomen dolet, et aluus erat conſtipata.

Dedi vomitorium, et poſtea opiatum.

30. Ingentem copiam bilis vomuit, et ſimul aluum depoſuit maxima copia: heri dixit ſe valide febricitaſſe, et in febre deliraſſe, (ſic enim ſolebat) vrina rubra cum nubecula verſus fundum, caput dolet, valde debilem ſe ſentit, lingua ſicca, oculi minus flaui, ſitis magna, bibit ſerum lactis.

Dedi miuam cidon. rob ribeſ. aq. meliſſ., ſpir vit. Math. nitri dulc.

31. Heri ſebricitauit, et ingentem copiam aluo depoſuit, et vomuit, hodie vrina flammea cum nubecula verſus fundum, oculi adhuc leuiter flaui, pulſus aliquid interrupti habebat tardiſſimus, debilitas ſatis magna.

Dedi tinct. cinnam. rob ribeſ. diamor. aq. cortic. citri, meliſſ. laud. liquid.

Superbibendo decoct. panis, cum citro et vino rhenano.

Sept. 1. Heri hora 5 veſpertina febris, pulſus vt heri, in febre adhuc vomuit, modice dormiuit, ſed cum inſomniis, oculi adhuc leuiter flaui, vrina rubra cum nubecula verſus fundum: debilis adhuc eſt, iuſſi in iiſdem vt pergeret.

Oculi minus flaui, vrina minus rubra cum nubecula versus fundum: a butyro abhorrebat, quod tamen in sanitate amabat, lingua leuiter albicabat, pulsus fortior, et non intermittens, appetitus rediit, sitis vix vlla, aliqua adhuc anxietas, et in latere sinistro aliquid molesti percipiebat in profunda respiratione, ét illud ad caput quasi producebatur: aluus iam non deponebatur.

Dedi sal. polychr. dr. ij. syrup. fumar. vnc. ij. aq. melissae.

Sept. 3. Non multum appetit hodie; heri pisces deorauit magna prae fame fluuiatiles; vrina modice rubra cum nubecula, lingua nitida, oculi minus flaui, non dormiuit, pulsus melior, non febricitauit, sentit aliquid opprimentis circa hypochondria.

Dedi sal. polychr syrup. cich. cum rheo, aq. melissae.

4. Non deposuerat, bene dormiuerat, et in reliquis bene se habet.

5. Post primam Sept. aluum non deposuerat, vrina subsedit, lingua nitida, vires insurgunt, appetitus non magnus, in abdomine nil fere mali sentit, nisi in latere sinistro, si corpus in hanc partem flectat; tunc statim oscitat, et quasi totum corpus inficitur, non febricitat, heri vesperi iratus fuerat.

Dedi oxymel. scill. tinct. myrrh. aq. rutae.

7. Vrina subsidentiam crassam habens: heri se bene habuit, hodie delassatus, et caput vehementissime doluerat per vnam vel alteram horam. Dixerat se leuiter hoc mane febricitasse, se exposuerat mane aeri frigido, aluus modice respondet.

Dedi

Dedi tinct. contraier. cum syrup. 5 rad. et sal. polychr.

Sept. 9. Vrina cum nubecula rubra leniter; hora quinta ad decimam heri vesperi dolor capitis, debilis satis, licet ambulet, et exeat, appetitus paruus, aluus non respondet.

Dedi 20 gr. pill. Ruffi.

10. Inde fortissime cum magis torminibus purgatus fuit decies quidem, cum leuamine.

13. Sudabat de nocte fortiter. Consului spir. vini saluiatum.

15. Pruritus capitis et dolor capitis, aliquando et totum corpus incipit prurire, lumbi dolebant.

Dedi rheum, sagapenum, tereb.

20. Iterum febricitauit.

Dedi singulo trihorio dr. ß ex pulu. contraier. sal. polychr.

22. Herus singulis diebus febricitat, dedi purgans, et cum nihil viderem mali in corpore, statui dare corticem peruu.



Vidi in multis aegris hoc morbo autumnali correptis, si non assumerent medicamenta tertio, vel quarto paroxysmo in diarrhoeam, et vomitum incidere; imo saepe secundo paroxysmo.

Si hoc non fieret oriebatur ingens dolor capitis, et febris diu durabat cum vrina tenui, citrina.



Aug. 30. Die 28 Aug. febricitare incepit 28 circiter annorum tenerae fabricae, et macilenta, et pallida maritata foemina, animi affectibus validis obnoxia; hodie vrina

vrina tenuis citrina cum nubecula alba verſus fundum, totum corpus dolet, lingua humida, grauidam ſe credit trium menſium, et ante octiduum ob magnum terrorem vena ſecta erat, dolebat imprimis caput, et lumbi: fluore albo laborabat.

Dedi ſyrup. flor. rhoead. lap. prunell. aq. meliſſae.

Poſt meridiem cum pulſu debili, et ſatis celeri in alui profluuium ingens cum torminibus incidit.

Dedi emulſum cum leui diacodiato.

Aug. 31. Poſt meridiem heri ingentem vomuerat quantitatem, ſed cum leuamine, lingua nitida, dolor capitis heri vehementiſſimus, hodie longe minor; non dormiuit hac nocte ſed ſitiuit, pulſus debilis.

Dedi rob ribeſ. ſyrup. flor. violar. lap. prunell. aq. meliſſ. ſpir. nitr. dulcis.

Sept. 1. Dixit ſe heri tota die febricitaſſe, et vtcumque deliranit: ſexties aluum depoſuit, et vomiturit, hodie mane conqueritur de dolore lumborum, lingua nitida, pulſus debilis, ſed ſatis quietus: vrina leuiſſime rubra cum nubecula ſenſim deſcendente, dolor capitis adeſt, et ſitis.

Dedi rob diamoron. ſyrup. rub. idaei, lap. prunell. aq. meliſſ.

2. Heri debilem ſe fuiſſe conqueritur, tota nocte adhuc, dixit ſe ſaepius aluum depoſuiſſe, lingua nitida, reſpiratio bona, apyrexia, pulſus debilis, dolor et laſſitudo totius corporis, de nocte ſitiuit, et caput heri doluit, hodie non ita.

Dedi aq. citri, ſyrup citri, tinct. cinnam. ſpir. nitri dulc. laudan. liquid.

Sept. 3.

Sept. 3. Dolor lumborum et abdominis iam ante aliquot dies adſuerat, menſes prodierunt cum abortu, pulſus leniter febrilis, lingua nitida ſatis, non tam fortiter febricitauit, non dormiuit, nec aluum depoſuit.

Dedi ſyrup. diacod. lap. 69 aq. meliſſ.

4. Heri vomuit, et aluum validiſſime depoſuit, fluunt lochia, lingua ſatis nitida, reſpiratio bona, nec pulſus multum febrilis.

Dedi aq. rut. lap. 69, ſyrup. diacod. cum tinct. ſuccini.

5. Vrina modice rubra cum nubecula inflata in fundo haerente, mobili ad minimum vitri motum: pergunt fluere lochia: heri ſe bene habuit ad horam quintam vſque, tunc febris prehendit ſine frigore, nox inquieta, vix dormiuit, caput dolet, reſpiratio ſatis bona niſi quod tuſſicula ſicca adſit, quae iam ante morbum adfuerat, ſapor peſſimus in ore, et dicit ſe percipere quaſi lingua holoſerico obducta eſſet, pulſus debilis, ſed febrilis.

Dedi pulp. tamarind. rob ribeſ. ſamb. ſal. polychr. macim.

6. Dolor in lumbis magnus, et inquietudo aliqua, lingua ſatis nitida, appetitus nullus fere, in abdomine non multum mali, niſi quod ingruente febre abdomen mirum in modum tumeat, poſtea ſubſidens, ſitis non magna, ſomnus nullus, lochia deſinunt.

Dedi leue diacod. veſperi, et addito priori condito dr. ß contraieruae.

7. Vrina limpida tenuis cum nubecula: heri ſe bene habuit, adhuc bis aluum depoſuit, hodie mane hora ſexta incepit febris ſubrepere, vndecima erat dolor capitis ingens,

gens, lingua nitida, sudor magnus pro prima vice per totum morbum, tussicula satis magna.

Dedi syrup. diacod. citri, lap. prunell. spir. nitri dulc. aq. melissae, quia non dormiuerat.

Sept. 8. Bene se habet: in iisdem perrexi.

9. Vrina cum sedimento vario, febricitauit heri circa quintam cum tremore, pulsus debilis, sitis magna, dormiuit parum.

Dedi infus. contraieru. sal. polychr. cum syrup. diacod.

Et catapl. emolliens applicui oculo; videbatur haerere in fistula lacrymali suppuratio.

10. Melius se habuit: vrina perfecte subsedit, appetitus languet: dedi pulueres febrifugos ex contraieru. etc.

11. Vrina rubra leuiter cum nubecula: bene se habet, dolor in membris euanuit, non febricitauit.

Dedi tinct. myrrh. aq. cortic. citri, syrup. 5 rad. sal. polychr.

13. Die 11 febricitauit, in reliquis se bene habet, vrinam non seruauerat.

15. Heri vomuit bilem sursum et deorsum valde amaram, flauam, non multum febricitauit, inde summum leuamen habuit, dedi mixturam confortantem.

18. Vespertino tempore abdomen tumet mirum in modum, mane tumor euanescit, debilis est, et languet: vrina dedit sedimentum lateritium perfectum, acidum eructabat.

Dedi sal. card. benedict. elix. pptis, aq. menth. syr. cichor. cum rheo.

Sept. 20.

Sept. 20. Vrina cruda tenuis, heri ſaepe rigore correpta, abdomen tumet, et imprimis veſperi, vti et pedes.

Dedi theriac. diateſſaron cum ſale polychr.

22. Vrina perfectiſſime ſubſedit lateritia: heri validiſſime febricitauit, et delirauit, tuſſicula illa durat, licet reſpiratio optima ſit abdomen tenſum circa vmbilicum. In iiſdem perrexi.

25. Bene ſe habebat in omnibus, ſed hodie circa veſperam febrim expectat.

Dedi leue diacodiatum.

23. Lingua nitida, vrina rubra cum leui nubecula, delirat leuiter, non multum febricitat, dicunt tumere abdomen, et dein detumeſcere circa veſperam.

Dedi rob iuniper. ſal. polychr. ſpir. nitri dulc. aq. meliſſae.

26. Heri melius ſe habuit parum, licet adhuc cum delirio febricitauerit; hodie mane ſe ſatis bene habebat.

Dedi eandem mixt. cum pill. ex rheo, croco, ſagap. ol. tereb.

28. Vrina craſſa, die 26 febricitauit, et hodie iterum incipit: heri ſexties aluum depoſuit cum leuamine.

Similes dedi pillulas.

30. Non tam valide febricitauit, in brachiis pruritum et tumores ſubito euanidos habet, vrina craſſa, abdomen veſperi tumet, mane detumeſcit, in reliquis ſe melius habuit.

In iiſdem pillul. perrexi, et dedi vng. arthan.

Octob.

Octobr. 4. Se melius habet: vrina subrubra cum nubecula, in vsu harum pillularum saepius aluum deposuit, abdomen vesperi intumescit, mane detumescens, appetitus melior.

Dedi pillulas ex sapone venet. asa foetid. et tereb.

5. Melius se habet, tamen illa intumescentia vespertina abdominis non cessat.

In iisdem pillul. perrexi, superbibendo vinum amarum.

Aug. 31. 37 annorum stricti habitus tamen sanguinei, et scorbutica foemina, incepit ante 5 vel 6 dies sentire dolorem abdominis fere continuum sine febre post pastum auctum hora quarta vel quinta: assumserat ideo 28 Augusti purgans cum aliquo leuamine: tota hac nocte tormina, appetitus bonus, sitis nulla, vrina sana.

Dedi vnguentum arthanit. martiat. inungendum ventri, et decoct. sem. lini, fol. alth. cum melle et sale polychr.

Sept. 1. Cum antea abdomen durius erat parum, nunc emollitur plus; tamen post pastum iterum dolor, sed paulo minor prehendit, assumserat proprio consilio pillulam quemdam purgantem.

2. Vrina subrubra cum leui sedimento diuulso. Heri dixit se quidem vigesies aluum deposuisse cum leuamine, dolor minor, vires constant, sed aliqua anxietas circa praecordia.

Dedi sal. polychr. syrup. cichor. cum rheo, aquam meliss.

Sept. 3.

Sept. 3. Hodie mane ſe bene habebat, ſed tunc exiit multo mane, et dolor rediit vehementiſſimus, qui tamen antea non penitus euanuerat; nulla erat febris, lingua nitida.

Dedi clyſma purgans, et aquam foenicul. ſyrup. diacod. lap. 69. vt compeſcerem dolorem.

Hora tertia pomeridiana proruperunt menſes.

4. Poſt clyſma ſummas habuit moleſtias, et anxietatem; dein poſt 3 horis retentum clyſma aluum depoſuit ter vel quater parua copia cum leuamine, non febricitat, vrina ſedimentum lateritium habet cum pellicula ſuperficiei innatante, nec erat multum rubra, lingua leuiter flaueſcebat, ſitit, et aliquando aſſumta euomit, dolor minor, licet non euanuerit penitus, decubitus in vtrovis latere moleſtus ob dolorem auctum in illo latere, cui incumbit.

Dedi decoct. ſemin. lini cum lap. prunell. et ſyrup. cichor. cum rheo, veſperi diacodiatum.

5. In abdomine quidem dolor ille minuitur, ſed tamen non euanuit in latere dextro verſus os pubis tendens; menſes pergunt fluere, vrina heſterna poſt meridiem ſedimentum lateritium habet, hodie emiſſa vrina craſſa, turbida, flaua ac ſi vitellos oui diluiſſes in aqua; ſomnus commodus, ſitis modica.

Dedi aq. petroſel. rut. ſal. polychr. cum ſyrup. cichor. cum rheo.

6. Vrina de nocte reddita ſubrubra cum nubecula, hodie mane reddita ſedimentum habet, in ſomno per-

territa ſuit, inde totum corpus languet, et decolor eſt: pulſus debilis, dolor ventris nullus, ſed per totum corpus diſperſus.

Dedi aq. rut. tinct. ſuccini, ſyrup. artemiſiae, quia menſes ceſſabant.

Sept. 7. Vrina leuiter rubra cum nubecula ſubſidente. Sudauit fortiſſime de nocte, dolor ventris euanuit, febris nulla, pulſus ſatis bonus.

Dedi contraieru. caſtor. lap. 69, vt viderer aliquid facere.

8. Heri ſe bene habuit, ſed circa veſperam iratae doluerunt lumbi, et ſimul poſt abdomen, lingua bona, nulla febris, vrina limpida cum nubecula verſus fundum.

Dedi aquam foenicul. tinct. ſuccin. ſyrup. diacod. Quia credidi ſpaſmodicum morbum eſſe.

9. Vrina ſubrubra cum nubecula verſus fundum, fluor albus inſolitus, dolor lumborum et ventris minor, ſitis modica, appetitus paruus: dormiuit ſatis bene, pulſus debilis, triſtis eſt, anxietas a paſtu.

Dedi excitantia medicamenta.

10. Se melius habet: prodierunt menſes. In iiſdem perrexi.

11. Bene ſe habet in omnibus, ſed aluus dura.

Dedi elixir. ſalutis.

13. Aluum commode depoſuit, heri veſperi iterum dolorem ventris paſſa nocturno ſudore diſſipatum.

Dedi diaſc. Sylu. aq. menth. lap. 69.

14. Dolor in dextro latere verſus pubem vergens ad excretionem vrinae auctus: dum decumbit longe melius

melius ſe habet, quam dum erecta ſedet, vomiturit, vrina ſatis bona.

Dedi ol. et decoct. emolliens (ipſa enim calculum ſuſpicabatur).

Sept. 16. Ad tactum abdomen non dolet, ſed poſt vrinam redditam dolet ſummopere in regione pubis, vti et dum aluum deponit fere inſtar doloris partus: vrina modice rubra, aluum diu non depoſuerat.

Dedi pulp. caſſiae.

18. Heri poſt ſummos dolores depoſuit de vtero ſanguinem grumoſum cum leuamine, vrina dedit ſedimentum.

Dedi aquae rutae tinct. ſuccin. boracem.

19. Heri ſe ſatis bene habuit, tamen dolor ex latere dextro verſus pubem vergens, et ibi deſinens eſt; poſt vrinam redditam, et dum facit illum nixum me praeſente dolet, ſimilem tamen dolorem perfecte ſenſit, dum grumos illos ſanguineos depoſuit, vrina limpida citrina, appetitus modicus. Aluum non depoſuerat niſi die 16 Sept. et tunc glutinoſam.

Dedi ſcamon. ſtib. diaphor. ſacchar.

20. Dum heri aluum depoſuit, ſenſit dolorem ſummum, vti et dum veſica exoneratur, dum manu premit abdominis inferiora ſimilem ſentit dolorem, hinc credidi in vtero haerere, imprimis cum grumos deponat cum leuamine, dedi aq. rutae, hyſteric. boracem.

22. Bene ſe habet, de vtero pergit cum leuamine ſanguis fluere, in iiſdem perrexi.

Sept. 28. Die 24 iterum incepit leuiter dolere abdomen, dolor intenditur dum aluum, vel flatum dimittit, vel vrinam, heri aluum nigram depoſuit cum leuamine: dedi purgans ex rheo, ſcammon. ſtib. diaphoret. et poſtea laudanum.

29. Vrina modice rubra, aluum depoſuit bis cum aliquo leuamine, ſed tamen dolor nondum penitus euanuit, dolet ad attactum abdomen: dedi ſyr. cichor. cum rheo, ſal. polychr. aq. cort. citri.

30. Vrina turbida, dolor minor, aluus reſpondit cum leuamine, nulla febris, dedi aq. petroſel. ſal. polychr. ſyr. 5 rad.

Octobr. 2. Melius ſe habuit, ſubito terretur, et tunc dolor augetur, vrina ſana: dedi trochiſc. de myrth. cum borace forma pulueris, quia pillul. abhorrebat.

7. Die 5 haemorrhagia vterina magna cum leuamine, vrina modice rubra. Poſt hunc fluxum ſe longe melius habuit.

Dedi lap. haemat. corall. rubra ſyrup. diacod. aq. cinnamom. meliſſ.

9. Bene ſe habet, in iiſdem perrexi.



Aug. 31. Vir 30 annorum ſaepe vt ait, his autumnalibus morbis laborans, iam ante aliquot dies incepit languere. 29 Aug. veſperi cardialgiam, et magnam anxietatem ſenſit, vti et heri, ſimul heri adfuit ingens capitis dolor, hodie parum minor: hora 6 veſpertina hodie non multum febricitabat, amara vomuit, totum corpus graue eſt, et dolet, heri et latus ſiniſtrum dolebat.

Dedi

Dedi decoct. rad. gramin. bardan. tamarind. cum sale polychr. et syrup. 5 rad.

Septembr. 1. Heri vesperi magnam quantitatem amarissimae bilis vomuit, lingua flaua, vrina fulua, tenuis, leuis febricula, non dormiuit, caput dolet.

Dedi leue purgans.

2. Aliquoties deposuit aluum, et vomuit hinc inde bilem ex flauo viridem, dolor capitis satis magnus, sitis magna, somnus hac nocte nullus, pulsus debilior sed febrilis, vrina leuiter rubra, pellucida.

Dedi rob ribes. sal. polychr. aq. cinnam. meliss. spir. nitri dulc.

3. Vomuit bilem flauam, lingua flaua crassa crusta obsita adhuc, parum febricitat, sitis magna, adhuc vomiturit a medicamentis, quae nulla assumserat.

In iisdem perrexi.

4. Heri se satis bene habuit, vomuit tamen, et aluum deponit cum sensu ardoris in fine intestini recti: hodie aderat leuis febricula, vrina tenuis citrina fere, lingua flaua, non assumsit medicamenta.

Dedi pulp. tamarind. cremor. tart. sal. polychr. cum maci superbibendo serum lactis.

5. Vomuit ab assumto medicamento saepies: lingua sordida, parum febricitat, nulla anxietas, somnus inquietus. In iisdem perrexi.

Nolebat assumere medicamenta: reliqui.

## *Tertiana.*

Sept. 1. Annorum 47 mulier ſanguinei et repleti habitus tertiana laborat, dolor adeſt lumborum, anxietas et flatus, et ſenſus oppreſſionis, vrina turbata.

Dedi purgans.

2. Commode purgata fuit; febris erat ſatis valida, vomuit etiam: ſitis heri ſatis magna, hodie modica, vrina modice rubra, febris heri anticipauerat.

Dedi ſal polychr. rob ribeſ. aq. meliſſae.

3. Depoſuit aluum ſaepiſſime, lingua ſatis nitida, heri febricitauit, et anxia fuit, ſitis modica, hodie mane apyrexia; vrinam non vidi.

Dedi rob ribeſ. aq. cinnam. ſyrup. diacod. ſpir. nitr. dulc. lap. prunell.

4. Heri febris non magna, lingua nitida, in latere ſiniſtro aliquis obtuſus dolor, de nocte aluum ſaepe depoſuit, in febre ſitis modica, ſomnus aliquis ſed non multus.

Dedi rob ribeſ. ſal polychr. aq. meliſſae.

5. Heri febris minor, aluum quater commode depoſuit, lingua nitida, reſpiratio bona, pulſus ſatis bonus, vrina craſſa ſubſidet, appetitus nondum bonus, ſitis nulla, ſomnus melior, neque aliquid grauantis in abdomine ſentit.

Dedi ſal polychr. ſyrup. fumar. et aq. meliſſ. et cort. citri.

6. Heri nulla febris, de nocte quieta fuit, vrina ſubſedit, dolor lumborum adeſt ſemper conſuetus, lingua

gua nitidior, pulſus paruus, ſed non febrilis, in abdomine aliquis ponderis ſenſus.

Dedi ſal. polychr. rob ſamb. aq. meliſſ.

Sept. 7. Heri febricitauit, et ſitiuit, vrina parca, craſſa, aluum ter depoſuit, pulſus debilis.

Dedi aq. cort. citri, rob ribeſ. lap. prunell. ſpir. nitr. dulc.

8. Heri febricitauit, vrina turbida, craſſa, lingua ſatis nitida: in ſimilibus perrexi.

9. Vrina craſſa adhuc, heri non multum febricitauit.

Dedi tinct. contraieru. aq. meliſſ. ſyrup. fumar. ſal. polychr.

11. Leuiter febricitat, dolet per totum corpus interius, et ſic languet; vrina dum redditur modice rubra ſubſidet craſſa, diuulſa, membranacea in ſuperficie, quia corpus multis tenacibus videtur obſitum.

Dedi tinct. myrrh. oxymell. ſcillit. aq. ſtill. rutae.

13. Heri et die 11 febricitauit: vrina eadem, abdomen tumet, et anxietas in abdomine adeſt, heri aluum depoſuit ſemel valide.

Dedi ſal. polychr. ſyrup. fumar. aquam meliſſ.

De nocte bene dormit, et famem in media febre patitur.

15. Vrina ſubſedit, melius ſe habuit, minus febricitauit, dormiuit bene, aluum depoſuit bis leuiter, pulſus debilis, appetitus mediocris.

Dedi ſal. polychr. elixir. pptis, aq. fumar. ſyrup. fumar.

Sept. 18. Bene ſe habet, non febricitat, vrina tenuis non adeo rubra, appetitus modicus, ſitis modica, ſed in abdomine ſenſus ponderis, et tenſio.

Dedi pill. ex ſagapen. rheo, ſal. polychr.

Octob. 11. Vtcumque hactenus languit: anxietatem circa praecordia ſentit, vrina ſana, aluus bene reſpondet, appetitus bonus, ſitis maior ſolito.

Dedi aq. foenicul. mel. mercur. ſal. polychr.

12. Vrina parum ſubſedit lateritia, pulſus debilis, pigritia, appetitus modicus, ſitis non magna, aluum depoſuit bis vel ter.

Dedi antiſcorbutica medicam. cum elix. proprietatis.

14. Vrina limpida erat: dedi idem medicamentum.

16. Vrina craſſa erat: dedi antiſcorbutica medicamenta.

## *Tertiana.*

Sept. 1. 54 annorum laborioſam vitam pannos tondendo ducens, tertianae paroxyſmis laborauit ſatis validis. 30 Auguſti vomuit, hodie mane ſe bene habet; lingua nitida, vrina ſubrubra cum nubecula, anxietas non magna, nec oculi flaueſcebant.

Dedi decoct. aperiens ex bardan. etc.

Poſt meridiem febre oborta ſatis anxius fuit, et vomuit.

2. De nocte bene dormiuit, et ſudauit, vrinam craſſam reddidit copioſam, ſed quae tractu temporis credo ſubſidebit, et videtur ſedimentum habitura ſatis bonum, lingua nitida, apyrexia, ſitis non magna, ſed heri in febre

febre validiſſima ſitis: non conqueritur de anxietate, tamen, quia ingruente febre ſummam ſentiebat anxietatem, dedi purgans. Suſpicabar quid mali forte, quia vrina erat adeo craſſa, et quia dicebat ſe nihil mali nec morboſi ſentire.

Sept. 3. Vrina heſterna turbata manſit, nondum ſubſidens poſt meridiem, vt narrabant: vrina hoc mane craſſa turbata, caput dolet, vox inquieta, lingua flaua cruſta obducta, pulſus vtcumque febrilis, reſpiratio commoda, ſaepe aluum depoſuerat, ſitis magna, appetitus nullus: aliquid metuebam mali.

Dedi rob ribeſ. ſamb. ſal. polychr. ſpir. nitr. dulc. aqu. meliſſ.

4. Vrina heſterna relicta vſque hodie ſubſederat, vrina hac nocte reddita iterum inceperat ſic turbari, neque ſpatio quinque horarum ſedimentum dederat: febris heri hora 2 pomeridiana prehendit, hora 10 veſpertina iterum friguit, poſtea incaluit, et ſudauit copioſe, lingua adhuc ſordida, apyrexia, pulſus debilis, heri ter aluum depoſuit, heri maxime ſitiuit, hodie minus.

Dedi decoct. gramin. bard. ſal. polychr. ſyrup. 5 rad.

Bene dormiuerat adhuc, aliquando quaedam incondita ſubmurmurans.

Caput iam non dolet, ante 8 ſeptimanas cadendo occiput laeſerat plaga ſaepe recrudeſcente.

5. Vrina heſterna turbida manſit, ſed inferne aliquid inaequale ſubfuſcum in fundo erat, huic incumbebant ſquamulae ſubrubrae, ſupernatans reliquum turbidum erat; vrina hodierna magis parum colorata, quam vrina

 ſana,

ſana, nubeculam habebat verſus ſuperiora tendentem: heri febricitauit, tota nocte delirauit, et ſudauit, hodie mane pulſus non febrilis, ſed debilis, lingua vt heri, mens nunc conſtat, heri ſitis ſatis magna, hac nocte minor.

Dedi aq. cort. citr. rob ribeſ. lap. prunell.

Sept. 6. Optime ſe habuit heri, nec febricitauit, appetitus melior, ſitis non magna, pulſus debilis non febrilis, lingua melior, et minus ſicca, reſpiratio bona, ſudat adhuc fortiter. Vrina heſterna relicta manſit limpida non turbata: hoc mane hora 7 emiſſam vrinam circa 10 turbatam inueni, et in fundo aliquid ſubſedit inaequale.

Dedi decoct. gramin. bardan. foenic. ſal polychr. ſyrup. 5 rad.

7. Vrina heſterna ſubſedit duplici hypoſtaſi in fundo ſubcarnea, cui incumbebat rubrum illud calculoſum, vrina hodie mane emiſſa perfecte ſubſederat, ſed concuſſo vitro hypoſtaſis in ſatis magna fruſta cohaerentia diſcerpebatur, ſudor minor, appetitus melior, pulſus bonus, lingua adhuc parum ſordida.

Dedi ſal polychr. ſyrup 5 rad. aq. petroſel.

6. Appetitus, ſomnus, reſpiratio, bona, vires inſurgunt, vrina heſterna perfecte ſubſedit hypoſtaſi magno concuſſu miſcenda: hodie vrina ſimilis.

Dedi ſal polychr. tinct. myrrh. ſyrup. 5 rad.

11. Die 8 Sept. febricitauit circa veſperam: 9 Sept. vrina dedit ſedimentum paucum, 10 Sept. limpida perſtitit, heri febricitauit ſatis valide, hodie mane vrina craſſa

craſſa ſedimentum copioſum habet, febre abſente ſe bene habet, hodie apyrexia, nulla in abdomine grauitas, ſudauit poſt febrem fortiter.

Dedi pulueres febrifugos contraieru. myrrh. ſal. polychr. etc. cum ij. gran. opii in vj. doſibus.

Sept. 13. Febricitauerat die 11 Sept. heri non: appetitus non maior, vrina fere ſanae ſimilis, dormiuit heri tota die, ſitis fere nulla, vires corporis modicae.

Dedi tinct. myrrh. ſyrup. 5 rad. aq. meliſſ. menth. ſal. polychr.

15. Vrina heſterna limpida, hodie mane vtcumque turbida: omnia erant bona.

Dedi tinct. abſinth. cum elix. proprietatis; et 2 doſes pill. cochiae poſt octiduum.

Octobr. 16. Bene ſe habuit, hodie vidi vrinam craſſam cum ſedimento diuulſo, aluus deficit, et ſomnus, ſitis magna, non vidi aegrum ſed vrinam.

Dedi dr. j. pill. cochiae iij. doſibus.



Sept. 2. Mulier 66 annorum obeſa incepit heri ſubito febricitare cum frigore, et ſiti magna: dixit ſe in febre vomuiſſe, et anxietatem habuiſſe magnam, ſed iam perceptam ante febris acceſſum, caput heri dolebat, iam non: dormiuerat ſatis bene, lingua nitida, vrina citrina cum nubecula verſus fundum. Dedi purgans.

3. Sitis non magna, aluum non multam depoſuit, lingua ſatis nitida, vrina non multum rubra, et conquerebatur ſe non ſatis euacuatam eſſe, non multum ſitit, non bene dormiuerat, appetitus paruus vel fere nullus.

Dedi

Dedi decoct. tamarind. bardan. ſal. polychr. dr. ij. cum ſyrup. fumar.

Sept. 4. Heri cum appetitu olus cum anguilla coctum comedit, et paulo poſt magna copia aluo egeſſit viſcidiſſima cum leuamine, vrina leuiter rubra cum nubecula verſus fundum, pulſus, et reſpiratio bona, ſudauit copioſe, non ſitit.

Dedi ſalem polychr. ſyrup. fumar. aq. meliſſ.

5. Vrina modice rubra cum nubecula verſus fundum, non febricitat, non bene dormiuit, ſed heri irata fuit veſperi, ſitis nulla, dolor in inguine, quem credebat aegra eſſe a nephritide.

Dedi aq. petroſel. ſyrup. alth. ſal polychr.

6. Dixit ſe in ſanitate lectum ingreſſam ſtatim in pedibus magnum ſentire ardorem; de die frigent pedes, reſpiratio commoda, pulſus tardus, paruus, heri ſe bene habuit, appetitus bonus, ſitis nulla, heri veſperi hora 10 incaluit, poſtea frigeſcebat, de nocte dormiuit ſatis bene, vrina modice rubra.

Dedi ſal polychr. ſyrup. 5 rad. aq. rutae.

7. Sitiuit de nocte, vrina eadem, durat adhuc ille dolor in inguine, pedes calidiſſimi, appetitus non magnus, videtur languere.

Dedi rob ribeſ. ſal polychr. decoct. bardan.

8. Pulſus debilis, bene dormiuit, ſitis non multa, appetitus modicus, ſed languet, in inguine et lumbis dolor, pedes calent.

Dedi aq. meliſſ. citri, tinct. contraieru. ſyrup. citr.

Sept. 6.

Sept. 9. Bene ſe habet, vrina bona cum nubecula verſus fundum, languét.

Dedi excitans medicamentum.

11. Bene ſe habet, vtcumque tamen languet, vrina turbida album ſedimentum habet.

Dedi lenia antiſcorbutica.

## *Tertiana.*

Sept. 5. Febre tertiana laborat anticipante mulier 28 annorum ſanguineae temperiei, in fine grauiditatis, et ſcorbutica: non multum nauſeat, vrina ſubſedit; ſitis magna, lingua ſatis nitida, anxietas in febre magna poſt febrim abeuns.

Dedi rob ribeſ. ſamb. ſal polychr. aq. meliſſ. ſpir. nitr. dulc.

6. Hodie hora quinta matutina febris prehendit; lingua ſordida ſubfuſca, heri ſe ſatis bene habuit: vrina ante febrim reddita ſedimentum copioſum, ſatis bonum dederat, hac nocte non bene dormiuerat, caput non multum dolet hactenus.

Dedi ſyrup. flor. violar. citri, lap prunell. aqu. flor. ſamb.

7. Heri valide febricitauit vſque ad noctem fere, tunc adhuc parum dormiuit, ſudabat validiſſime, et vrinam paucam ſatis craſſam vtcumque ſubſidentem dedit, lingua eſt flocculenta, pulſus ſatis bonus, appetitus nullus, ſitis magna.

Dedi leue purgans.

Inde

Inde magnam euacuationem habuit, febris acceſſit 12 hora.

Dedi emulſum cum ſyrup. diacod.

Sept. 8. Soda acida laborat a minimo acido aſſumto, vrina craſſa, ſubflaua, lingua, vt heri, non dormiuit, et febris nondum reliquit.

Dedi rob ribeſ. ſyrup. diacod. lap. prunell. aq. meliſſ. citri.

9. Heri ſe melius habuit, ſudauit hac nocte ineunte multum, et heri tota die: dormiuit bene hac nocte, dolor capitis fere nullus, lingua vt heri, vrina pauca copia ſubſidens.

Dedi ſyrup. citri, flor. violar. rub. idaei, lap. prunell. ſpir. nitri dulc. aq. meliſſ. flor. tiliae.

Hodie hora 7. incepit febricitae.

Alio medico aduocato clam me dereliquit.



Sept. 7. Mulier 50 annorum repleti habitus incepit die 5 Sept. febricitare, vt dicebat fere continuo, pulſus durus erat, repletus: dolor capitis immanis, et leue delirium.

Dedi decoct. tamarind. gramin. lap. prunell. rob ſamb.

8. Sanguis emiſſus totus concreuerat in vnam maſſam rubram: apyrexia, dolor capitis minor, ſomnus inquietus, lingua ſatis humida, pulſus debilis.

Dedi rob ribeſ. lap. prunell. aq. meliſſae.

9. Lingua ſubfuſca, tamen humida, pulſus paruus ſed non febrilis. Heri dixit, ſe hora octaua veſpertina febri-

febricitasse, sed tam parum, vt dubitauerit: non dormivit, aluus respondet, non sentit anxietatem, caput graue, et lumen vix fert.

Dedi lap. prunell. syrup. diacod. rob ribes. aq. meliss.

Sept. 10. Heri a quauis particula medicamenti assumta vomuit cum summa anxietate, dixit, se valide febricitasse, et sitiuisse, anxietas magna, hac nocte bene dormiuit, nihil febris hodie mane.

Dedi decoct. bardan. sal. polychr. syrup. 5 rad.

11. Heri ante meridiem summum ardorem sentit; in lumbis et inter medias scapulas dolor ingens, et capitis dolor magnus, calor siccus sine sudore, nunc pulsus vtcumque febrilis sed fortis et plenus, lingua non multum sordida, nulla anxietas circa abdomen.

Dedi lap. prunell. et syrup. alth. et aq. samb. superbibendo infus. sambuci.

12. Vrina modice rubra cum nubecula versus fundum, melius se habet, et dormiuit, lingua erat nitida.

Dedi idem medicamentum.

13. Hac nocte se melius habuit, vrina sanae similis cum nubecula versus fundum, parum tamen magis rubra quam vrina sana, lingua adhuc obsita: sudauit cum leuamine, hodie mane $\frac{1}{2}$ octauae nulla febris, sitis non magna, appetitus nullus.

Dedi nitrum purum, rob samb. aq. flor. samb.

Aluum heri deposuit sexties sed valde parum simul.

14. Satis bene se habet, sudauit fere continuo, sed leuiter, modice dormiuit hac nocte, vrina rubra modice

dice fere vt heri cum nubecula verſus fundum, ſitis non magna, pulſus bonus ſed debilis, reſpiratio commoda.

Dedi tinct. contraieru. ſyrup. citri, aq. meliſſ.

Sept. 15. Heri hora 6 veſpertina incepit ſe male habere, et fere deficere: hora 5 pedes frigebant, et diu ſic manſerunt, vrina ſedimentum lateritium habebat, ſomnus laborioſus, et inde ſe fatigatam ſenſit. Credidi aliquid critici futurum: caput ſentiebat extrorſum quaſi diſſilire, aluus modice reſpondet, appetitus paruus, ſitis modica; quia criſis in hoc morbo per aluum fiebat.

Dedi ſyrup. cichor. cum rheo, aq. ſtillat. meliſſ. citri, ſal polychr.

16. Vrina vt heri, ſomnus ſatis bonus, ſed caput leue eſt, et poſt ſomnum non reficitur, ſed delaſſata eſt, pulſus debilis non multum febrilis, appetitus nullus, ſitis magna, ſed potum fere omnem faſtidit.

Dedi ſal. polychr. ſyrup. 5 rad. aq. citri.

18. Fere in eodem ſtatu: medicamenta non aſſumſerat, vrina ſubrubra cum nubecula.

Dedi tinct. abſinth. et contraieru. guttatim.

Octobr. 5. Hactenus febricitauerat delaſſata, et febris augetur cum ardoris interni ſenſu.

Dedi decoct. corticis Peruu.

6. Melius ſe habuit; dedi reſiduum decoctum, et gran. 15 ſerpentar. vt quid viderer agere.

7. Vrina ſedimentum habet, lingua nitida ſatis, non febricitauit fere, non dormit bene, non appetit.

Dedi tinct. cortic. Peruu. ſal. polychr. aq. meliſſ.

Oct. 9.

Oct. 9. Heri fortiſſime febricitauit, et dixit typum quartanae obſeruaſſe; Vrina ſedimentum habebat, bene dormiuit.

Dedi cortic. Peruu. vnc. j. cum ſyrup. diacod.

14. Non febricitabat:

Dedi idem conditum poſt 5 dies ſumendum.

## *Tertiana.*

Sept. 8. 34 annorum macilenta, hyſterica, et validis animi motibus ſaepe percita hodie ſecundo paroxyſmo tertianae laborat; ſed ineunte paroxyſmo validis conuulſionibus hyſtericis tentata, aphona iacebat; iuſſi ſtatim ablactari infantem quinque ſeptimanarum, debilis nimis erat mater, hinc clyſmate, empl. ex galbano, et theriaca, et antiſcorbuticis ſuperaui malum.

9. Bene ſe habebat, ſed quia conquerebatur de anxietate circa praecordia, volui ante paroxyſmum ſex horis dare purgans, et dein diacod.

10. Hora 5 mane ſumſerat purgans, 7 iam conuellabatur, nec aderat febris fere, heri animo perculſa fuerat, iiſdem remediis ſuperaui vt die 8, et ſtatui dare cort. Peruu. dr. xij. infuſas, et decoctas.

Tota die ſe ſatis bene habuit, poſt meridiem iterum valde perterrita.

12. Poſt vſum corticis pulcherrime ſe habuit, ſentiens totum corpus mire roboratum. et ad terrores ſine animi motu ferendos idoneum. Hora 7 matutina inveni ſe ſatis bene habentem nec conuulſam, nec febricitantem.

Dedi tamen aq. rut. tinct. ſuccin. ſyrup. diacod.

Sept. 13. Non quiete dormiuit: vrina vt ante craſſa, perturbata fuit animo, febris nulla, chocolatam ſumit nil aliud.

Dedi aq. cort. citri, meliſſ. ſyrup. menth. ſpir. vit. Math. tinct. ſuccini.

14. Bene ſe habet, nec ſebricitat, dormiuit, adhuc aliquas habuit turbas, pulſus ſatis bonus.

Dedi tinct. cort. Peruu. ſyrup. menth. aq. rutae.

15. Bene ſe habet in omnibus, reſiduum prioris mixturae aſſumſit.

16. Optime ſe habet: nihil dedi.

18. Non adeo bene ſe habet, anxietatem circa praecordia ſentiens, vrina rubra.

Dedi mellis vnc. ij. aq. foenicul. ſal. polychr.

19. Se bene habuit, vrina longe melior.

20. Satis bene ſe habuit.

Dedi pill. gummoſas cum rheo.

Conualuit.

Nou. 19. Ante aliquot annos calefacta aeri frigido autumnali tempore expoſita fuit, et tunc dolore rheumatico correpta, calida arena ſanata, ſingulis autumnis priſtini mali quid ſenſit eidem remedio cedens.

Hodie inueni dolore acerbiſſimo correptam, qui iam per aliquot dies durauerat, ſedem fixam habente circa os coccygis, inde ſe per totum corpus diſpergentem, e modico vino exacerbatum, pulſus vix febrilis erat.

Dedi decoct. emollientiſſimum cum nitro, et ſyrup. diacod. et frictiones.

Nou. 20.

Nou. 20. Inde se melius habuit, in eodem perrexi, et sapon. venet.

21. Dolor minor, sed circa vesperam exacerbatus non patitur, vt in lecto maneat.

Dedi gr. xxv. diasc. Sylu.

30. Sensim vsu sapon. venet. et infus. sassafr. dolor euanuit.

Decemb. 5. Sensim melius se habuit, tamen pristini mali reliquias sensit.

## *Tertiana.*

Sept. 10. Iuuenis duorum et viginti annorum leucophlegmaticae temperiei inceperat febricitare tertiana cum oculis flauis et anxietate magna, moerores habuerat multos. Dederam die 6 Sept. vomitorium, quod sursum et deorsum euacuabat copiose, tamen vomendo non perceperat bilem, postea dederam decoct. tamarind. etc. hodie mane debilis erat, febricula, anxietas, vrina crassa, turbida, oculi flaui, lingua sicca, sitis magna.

Dedi decoct. 5 rad. cum sale polychr.

11. Vrina subsedit lateritia, febricula, oculi flauent, non magna anxietas, aluus respondet, sitis non magna, appetitus melior.

Dedi sal. polychr. rob samb. aq. samb.

12. Vrina vt heri, oculi adhuc flaui, febricula vt heri, sitis minor, nec magna anxietas.

Dedi idem decoctum.

Nou. 13. Febricula eadem, ſed minor, vrina ſubſedit lateritia, nulla anxietas, flauedo oculorum minuitur, appetitus mediocris, ſitis ſatis magna, ſomnus bonus.

Dedi rob ſamb. ribeſ. ſal. polychr. ſpir. nitr. dulc. aq. meliſſ.

14. Vrina tenuis flaueſcens, arenam cito deponens, oculi adhuc flaueſcentes, febricula durat, appetitus ſatis bonus, ſitis non magna, lingua nitida, ſomnus bonus: in mouendo corpore ſe debilem ſentit, aluus reſpondet.

Dedi ſal. polychr. tartar. vitriol. ſyrup. fumar. aq. meliſſ. cochleatim ſuperbibendo infuſ. ſaſſafr.

15. Appetitus modicus, ſitis modica, oculi flaui, vrina tenuis flaueſcens, anxietas in abdomine, nauſea nulla, ſudor, febricula illa durat continuo.

Dedi oxym. ſcill. rob ſamb. ſal. polychr. aq. commun.

17. Vrina parum minus flaua, oculi adhuc leuiter flaueſcunt, anxietas minor, aluum ſaepe depoſuit, appetitus, et ſomnus boni, ſitis nulla.

Dedi ſal. polychr. tartar. vitriol. tinct. myrrh. aq. rutae.

21. Vrina tenuis flaueſcens, comedit ſatis bene, ſed vires non augentur, ſudat fortiter, aluus modice reſpondet, laxior tamen.

Dedi pill. ex rheo, ſal polychr. cum infuſ. ſaſſafr. et melle.

29. Adhuc leuem vidi febriculam, laſſitudinem, oculos ſubuirideſcentes.

Dedi cremor. tartar. ſal. polychr. vitriol. ♂ ter de die forma pulueris.

Octobr.

Octobr. 8. Vrina cum ſedimento lateritio, oculi leviter flaueſcunt adhuc, color vultus melior, et vires meliores.

Dedi ſal polychr. cremor. tartar. vitriol.



Sept. 11. 38 annorum foemina ſatis bene menſtruatà, incepit laborare quartana triplici vt credo, cum vomitu bilis et dolore capitis, anxietate, ſapore amaro oris, vrina modice rubra, quia febrim expectabat.

Dedi decoct. tamarind. gramin. ſyrup. flor. violar. lap. prunell.

12. Vrina modice rubra cum nubecula; febris cum calore ſummo, et ſudore magno fuerat, hodie mane apyrexia, lingua leuiter ſicca, dolet caput, ſomnus nullus fere, reſiduum decocti heſterni potabit, et veſperi dedi leue diacodium.

13. Vrina ſanae fere ſimilis, heri vix febricitauit, appetitus paruus, ſitis minor, ſomnus modicus.

Dedi ſal. polychr. ſyrup. 5 rad. aq. meliſſae.

14. Foetor ex ventriculo magnus (vt dicebat) et ſibi ipſi moleſtus, et tali vapore aſſurgente caput quaſi titubat, languet, vrina ſatis bona, appetitus deficit, ſitis modica.

Dedi gr. xx. pill. cochiae.

16. Optime purgata eſt, vrina ſe bene habet, appetitus bonus, nec inde anxietas, ſed foetor ille adeſt adhuc.

Dedi pulp. tamarind. crem. tartar. rob. ſamb. forma mixtur.

Sept. 18. Aluum commode depofuerat, fed foetor ille fatis moleftus manet, fitis nulla, appetitus non magnus, fed cibos tamen non auerfatur, neque fitit.

Dedi mixt. ex rob ribef. fpir. nitr. dulc. aq. melissae.

20. Bene fe habet, fed foetor ille adeft vigente appetitu, lingua nitida, fiti nulla, hinc credidi in faucibus vel naribus debere haerere, et nihil vidi nifi in dextro latere membranam pharyngis vertebras colli tegentem tumere, et quafi eleuari verfus anteriora.

Dedi pro gargar. infuf. rutae cum aq. aceto, vino, fale.

## *Tertiana.*

Sept. 12. Annorum 14 puella grandis, et repleti habitus die dominico 10 Sept. incepit fubito vertigine corripi, caput dolere, et febricitare.

Heri confului V. S. fed non potuit inftitui: heri poft meridiem fe melius habuit, hodie hora tertia matutina febris prehendit, fexties aluum depofuit a decocto tamarind., caput adhuc dolet.

Dedi rob ribef. fyrup. flor. violar. diacod. aq. meliff. et capiti iuffi applicari epithema ex aceto famb. aq. fambuc. fale amoniac.

13. Menfes non prodeunt, licet tempus iam ante quinque dies fuerit, caput minus dolet, febris minor, pulfus debilis, refpiratio bona, humerus dolet, et iam heri doluerat, lingua obfita leuiter, vrina parum colorata, bene dormiuit: dedi decoct. aperiens.

14. Dolor capitis minor, humerus adhuc dolet, heri vefperi totum corpus doluit fed imprimis humerus, lingua

lingua leuiter obſita et loquela quaſi impedita, ſitis non magna, appetitus nullus, anxietas in abdomine, aluum depoſuit ſemel.

Dedi decoct. gramin. bardan. tamarind. ſal. polychr. ſyrup. flor. violar.

15. Heri febricitauit fortiter, depoſuit ſaepiſſime aluum nigram foetidiſſimam, heri veſperi febris ceſſauit, dormiuit de nocte, dolor capitis minor; ſemel vomuit, dolor humeri euanuit, apyrexia, ſed pulſus paruus debilis: vrinam non vidi.

Dedi aq. cortic. citri, rob ribeſ. nitrum.

16. Heri aliquid comederat, inde anxia fiebat; et febricitauit, ſitiuit, nox incommoda, caput non adeo dolet, in humero adhuc aliquis dolor, ſemel vomuit, aluum non depoſuit, lingua ſicca.

Dedi ſyrup. citri rub. idaei, violar. ſal. polychr. ſpir. nitri dulc. aq. flor. ſambuc.

17. Heri pituitam copioſam foetentem valde aluo depoſuit, et de die ſe ſatis bene habuit, cum quodam appetitu comedit, heri ſitis modica, hac nocte maior. Hora 11 heri veſperi febricitare incepit, hodie mane hora nona pulſus non multum febrilis, dolor capitis, et humeri euanuit, anxietas nulla, lingua ſatis nitida, aliquid glutinoſi mali ſaporis circa dentes haeret.

Dedi aq. cort. citri, ſyrup. citri, ſpir. vit. Math. ſal polychr.

Vrinam non vidi.

18. Heri hora 11 matutina incepit febricitare. vrina modice rubra, appetitus nondum adeſt, ſitis modica,

aluum non depoſuit, bene dormiuit de nocte, lingua ſatis nitida, dolent lumbi, et pedes, hinc dedi laxans medicamentum ex lap. prunell. ſyrup. cichor. cum rheo, aq. cortic. citri, meliſſ.

Sept. 19. Heri ſe bene habuit, ſed circa ſextam veſpertinam incepit febricitare, nox fuit inquieta, vrina vt heri, vermem teretem aluo excreuit, lingua nitida, ſitis hac nocte magna, dolor capitis et humeri euanuerunt, ſed in lumbis et pedibus adhuc dolor, heri valide depoſuit aluum cum leuamine.

Dedi rob ribeſ. diamoron. nitrum purum, aq. meliſſ. cort. citri, aurant.

20. Dolent lumbi: vrinam non vidi, lingua nitida, febris nulla, appetitus nullus, dormiuit modice, dolor pedum euanuit, aliqua adhuc anxietas.

Dedi ſal. polychr. ſyrup. fumar. tinct. myrrh. aq. meliſſ.

21. Heri tota die erecta ſedit, vrinam non vidi, aluum non depoſuit, febris non fuit magna, lingua adhuc parum obſita, ſitis magna de nocte, nec caput, nec lumbi, nec pedes dolent.

Dedi ſal. polychreſtum, ſyrup. 5 rad. tinct. contraieru.

22. Vrina citrina bona cum nubecula, pulſus debilis non febrilis, panem faſtidit, halecem appetit, lingua fere nitida, aluus commoda, bene dormiuit.

Dedi aq. cortic. citri, tinct. myrrh. ſal. polychr.

23. Bene ſe habet, vrina ſana, pulſus debilis, ſed bonus: in omnibus bene ſe habet.

Dedi elix. proprietatis, ſyrup. 5 rad. aq. menth.

Sept. 25. Bene ſe habuit, ſed aliqualiter febricitat.

Dedi tres pill. cochiae gr. xv. cras ſumendas.

27. Non purgata fuit inde fere, et adhuc febricitavit: vrinam non vidi.

Dedi pulueres febrifugos.

29. Die 27 pituitam acidam vomuit cum leuamine copioſam, vrina limpida, tenuis, appetitus bonus.

Dedi tinct. myrrh. aq. cort. citri, ſyrup. 5 rad.

Octobr. 1. Bene ſe habet in reliquis, vrina ſanae ſimilis, ſed febris augetur: dedi cort. Peruu. in decocto.

2. Adhuc febricitabat, in reliquis ſe bene habebat; Dedi decoctum reſiduum, quia nondum totum aſſumſerat.

3. Vrina ſana, tamen febricitat, iuſſi reſiduum chinae decoctum potari, et dedi gr. xv ſerpentar. forma puluer. veſperi, vt occuparem aegram.

4. Vrinam copioſam reddit modice flauam.

Dedi dr. ij. cort. Peruu. iv doſibus.

Heri dixit ſe non febricitaſſe, hodie mane inueni parum febricitantem.

5. Se bene habuerat heri, inueni hodie mane pulſum paruum, ſed vtcumque celerem, forte ab animi motu.

Dedi mixt. ex tinct. myrrh. helen. aq. menth. ſyrup. menth.

7. Bene ſe habet; vrina limpida, tenuis.

Dedi vinum medicatum ex aromatibus et amaris.

11. Adhuc inueni leuem febriculam; bene ſe habet in reliquis, manducat, dormit, ſed circa veſperam ingruit febricula, et poſt paſtum cogitur ſtatim decumbere.

Octobr. 14. Pulſus debilis, dolor capitis ſimulac comedit, languet.

Dedi elix. proprietatis ſal. volat. oleoſ. ſyrup. menth. aq. roriſmarin.

17. Adhuc parum languebat, melius tamen ſe habuerat a ſumtione medicamenti, vrina limpida, tenuis, ſomnus bonus, appetitus valet: dedi idem medicamentum.

22. In abdomine ſuperius tumor durus, ad attactum non dolens, febris durat ſingulis diebus, alternis diebus fortior: aliquid heri doloris in humero percepit.

Dedi ſyrup. cichor. cum rheo, ſal. polychr. aq. cichor. elix. ſalut. et vngt. arthan. et martiat.

24. Caput doluit, abdomen minus tumet, heri ter foetidiſſimam aluum depoſuit, febricitauit, vrina limpida, appetitus modicus, febris cum frigore prehenderat.

Dedi ſal. polychr. rob ſamb. tinct. contraieru. aq. meliſſae.

25. Dixerunt valide febricitaſſe heri, vrina tunc ſedimentum dederat, hodie limpida, lingua nitida, appetitus bonus, ſitis non magna, requieuit, pulſus debilis ſed bonus, reſpiratio bona, non ſudat de nocte.

Dedi pulu. contraieru. laud. et ſtib. diaphor.

26. Vrina heri veſperi craſſa, hoc mane limpida, febris minor. Dedi binis doſibus ante febrim dr. ß ſerpent. virgin.

27. Vrina limpida aquae inſtar, heri veſperi craſſa ſubſedit, vix febricitauit, non depoſuit aluum, appetitus bonus.

Dedi elixir proprietatis, ſyrup. rhei, aq. meliſſae.

Octobr.

Octobr. 30. Se bene habet. Dedi elix. proprietatis cum ſp. antiſcorb.

Perfecte ſanata eſt.

Decembr. 3. Vocatus fui, et tertia vice febricitauerat quotidie, vomuit copioſe, fauces dolent, pedes ante aliquot dies mirum in modum delaſſatos ſenſerat, et anxietatem circa praecordia.

Dedi rob ribeſ. ſamb. ſal. polychr. aq. meliſſ. cort. citri, ſyrup. flor. violar.

4. Dedi purgans.

6. Febris euanuit.

## *Pleuritis.*

Sept. 14. 47 annorum non vtens ſpiritu vini vel ſimilibus, ante ſaepius pleuritide tentatus, heri poſt meridiem incepit febricitare: poſt duas horas dolorem pleuriticum in latere ſiniſtro percepit, tota nocte inquietus, reſpiratio valde impedita, ſudor copioſus, tuſſicula ſicca, vrina craſſa, turbata: dedi aq. hordei lap. prunellae dr. iij rob ſamb. et vnc. ſyrup. rhoead. lateri affecto applicui fomentum ex lacte et ſapone veneto.

15. Sanguis pleuriticus erat, tamen copioſo ſero dilutus, heri bis fortiſſime aluum depoſuit, lingua non adeo ſicca, calor et febris longe minora, reſpiratio adhuc impedita parum, dolor lateris minor, tamen adhuc adeſt: decoct. auenae, maluae cum dr. iij. lap. prunell. melle, ſyr. altheae: ſitis magna, et hac nocte aliquantum dormiuit.

Sept.

Sept. 16. Heri se satis bene habuit, sed nox inquieta fuit, dolor valde auctus, et respiratio impedita, pulsus durus, fortis, vrina non adeo rubra cum nubecula crassa, diuulsa, lingua sicca, dum dormit, mira videt spectacula: dedi syr. diacod. alth. lap. prunell. aq. samb. et V. S. iussi.

17. Sanguis vt ante, tamen dolor non cessauit penitus, respiratio impedita, pulsus adhuc satis fortis, febris adhuc satis magna, respiratio impedita, sputa nulla, non dormiuit nec aluum deposuit, dedi pulp. cassiae, et deinde syr. pap. albi alth. lap. prunell. decoct. hordei.

18. Dolor minor, febris minor, aluum non deposuerat, vrina parum rubra, lingua obsita, decubitus in latus oppositum impossibilis, sitis, somnus nullus, pulsus constat non multum febrilis, respiratio melior; sed aliquid metuebam phrenitici, imprimis, quia aluus non respondebat; dedi decoct. tamarind. cum sale polychr. et syr. alth. et suppositorium.

19. Bene dormiuit, semel tantum aluum deposuit, dolor fere ablatus, pulsus non febrilis sed bonus, vrina crassa, alba per 5 horas non subsidens cum leuamine, bene dormiuerat: dedi decoct. ex gramine foenic. petrosel. glycyrrh. diureticum.

20. Vrina heri toto die emissa, et hodie mane crassa tota, certe foeculentia turgida, sic vt superior limbus vrinae ad semidigiti latitudinem clara fieret, reliquum crassum videretur prae copia sedimenti: appetitus heri rediit, sitis non magna heri, sed hac nocte longe maior, a 12 ad 2 nocturnam dolor lateris augebatur, tunc

tunc aluum ſaepiſſime depoſuit cum doloris leuamine: dedi ſalem polychr. ſyr. 5 rad. aq. meliſſae.

Sept. 21. Latus adhuc parum dolet, heri aluum viridem depoſuit cum leuamine, non ſitit multum, appetitus redit, vrina citrina cum ſedimento diuulſo, pulſus debilis: dedi ſem. 4 calida maiora infuſa cum lacte, aqua et melle, vt leni ſtimulo ſegnem iuuarem naturam.

22. Vrina ſana, dolor adhuc aliquis, in latus affectum decubitus moleſtus, in alterum latus melior, bene ſe habet in omnibus, nec febricitat, dedi vng. emolliens lateri inungendum, et rad. alth. pro potu decoctas cum aq. et lacte.

## *Tertiana.*

Sept. 14. Die 12 incepit febricitare 34 annorum mulier ante ſaniſſima, macilenta, et ſanguinea poſt delaſſationes et vigilias: heri dedi purgans, a quo copioſe euacuata fuit, caput dolebat accerrime, vrina ruberrima, lingua obſita, dedi decoct. gram. ſcorzon. rob ribeſ. epiſpaſt. et epithema capiti applicui ex aceto, aqua et ſale amoniaco.

Heri veſperi incepit ſe parum melius habere.

15. De nocte bene dormiuit: lingua nitida, et hodie mane apyrexia, ſitis non magna. Dedi rob ribeſ. ſyr. fl. viol. nitr. purum, aq. ſtill. cort. citri, decoct. hordei.

16. Heri veſperi ſe bene habuit, ſed de nocte febricitauit cum dolore intolerabili capitis, ſiti, inquietudine. Dedi clyſma, cucurbitas, rob ribeſ. ſyr. fl. viol. lap. prunell. et aq. meliſſae.

Veſperi

Vesperi se melius habuit parum, et dedi leue emulsum cum vnc. diacod.

Sept. 17. Caput graue, facies rubra, oculi sanguinei, omnia signa plenitudinis, et deriuationis ad caput, vrina rubra tenuis, febricula, non multum dormiuit. Dedi decoct. refrigerans, aluum subducens, et V. S. in pede.

18. Heri vsque ad 12 nocturnam satis male se habuit, tamen non ita male ac praeterito paroxysmo tertianae, nec caput adeo valide doluit: sanguis aliquid illius crustae inflammatoriae habebat, vrina turbulenta, hodie mane apyrexia, aliquid dormiuit, sitis modica, aluum non deposuit: dedi rob ribes. syr. rub. idaei, nitrum purum, aq. melissae.

19. Vrina turbata: non dormiuerat ex accidenti; non ex vi morbi, lingua vt ante sicca, pulsus bonus, respiratio bona, dolet caput: dedi decoct. auenae, rob ribes. aq. citri. lap. prunell. vesperi leue diacod.

20. Dormiuit bene, non febricitat, vrina rubra, primo perfecte subsedit, dedi nihil.

21. Non dormiuit, heri nimis confabulata; sapor salsus in ore, lingua leuiter obsita, sitis modica; caput doluit hac nocte, vrina subsedit: dedi pulu. contrai. serp. sal polychr. opii gr. j. ante paroxysmum.

22. Bene dormiuit, pulsus fortis aequalis, in nucha aliquid doloris percepit, sitis nulla, sapor adhuc salsus in ore, aluum 4 diebus non deposuit: dedi syr. rhei vnc. j. aq. citri, sal. polychr.

23. Semel deposuit aluum cum leuamine, vrina rubra, febricitauit heri vesperi, appetitus modicus, pulsus

ſus bonus, reſpiratio bona: dedi tinct. contraieruae, aq. citri, ſyr. 5 rad. ſal polychr.

24. Doluit abdomen, pulſus bonus, appetitus modicus, ſitis pauca, ſomnus bonus, dedi pulu. ex lap. 69 contraieru. laud. gr. j.

25. Vix heri febricitauit, non bene dormiuit hac nocte, ſed hodie mane aliquid leuis febriculae inueni: ſitis aliqua, et caput parum dolet, ſapor malus in ore: dedi pulp. tamar. rob ribeſ. ſamb.

26. Satis bene ſe habebat; vrinam non vidi, heri ſemel aluum depoſuerat cum leuamine, ſapor melior, dedi idem medicamentum.

27. Vrina rubra, febricitauit, appetitus ſatis bonus, dormiuit de nocte, in abdomine aliquid anxietatis percepit: dedi pulp caſſiae, ſal polychr. grana iij ſcammonei.

28. Depoſuit validiſſime aluum cum leuamine ſummo, dedi ante febrem hodie venturam pulu. ex contraier. ſerpent virg. etc.

29. Heri non multum febricitauit, optime ſe habet, nihil dedi.

30. Satis bene ſe habet, dedi nihil.

Octob. 1. Febricitauit iterum, vrina flammea, nil in abdomine mali ſentit, dedi cort. Peruu. diffluebat enim ſudoribus.

4. Heri febricitauit, vrina dedit ſedimentum copioſum; dedi decoct vnc. j cort. Peruu.

6. Bis aluum depoſuerat heri ſummo cum leuamine: dedi vinum amarum et aromaticum ſine cortice.

9. Adhuc febricitat, ſed appetitus redit.

Octob.

Oct. 11. Adhuc febricitat. Dedi cort. Peruu. vnc. j.

14. Dedi vinum amarum.

Nou. 14. Febris tertiana rediit post 2 vel 3. paroxysmos sponte cedens.

27. Satis bene se habuit, sed subito in pede dextro circa finem carnis gastrocnemii dolorem sensit, apparuerant antea dixit paruae pustulae rubrae vel subcaerulescentes, non potuerat incedere, applicui saponem venetum lacte solutum, postea erysipelatosae maculae occupaverunt totum illum ambitum, omni dolore sublato. Dedi rob samb. nitrum, aq. samb. Sensim conualuit, nisi quod moto pede imprudenter adhuc leuem recidiuam passa sit, curata iisdem remediis.

## *Icterus.*

Sept. 18. Homo 32 annorum, obesus, lautam vitam agens, post morbum quemdam incepit sentire aliquid grauantis circa hypochondria, postea subito summa tormina abdominis: et sequenti die vrina icterica, color oculorum vix ictericus, sed facies flaua, quasi a sole ambusta, 4 tales insultus passus heri quintum, dederam per aliquot dies sal polychr. oxymel scill. rob samb. infus. sassafr. 3 santal. etc. post aliquot dies post paroxysmum vrina sensim minus flaua, et tunc instabat illud iterum.

19. Iterum percepit dolorem, et oculi flauescunt, consului victum ex cichoreo: lactuca, scorzonera, dedi fortissimum decoct. fumar. tarax. 5 rad. sal polychr. et pill. ex rheo. sagapen. opopan. et ol. thereb.

21. Vrina vt ante: iussi pergere in iisdem.

Sept.

Sept. 23. Heri ſaepiſſime aluum depoſuit ſummo cum leuamine; in iiſdem perrexi.

Optime ſe habet: in iiſdem perrexi.

Octobr. 7. Diarrhoea continua ſine debilitate cum leuamine, in iiſdem perrexi. Hoc veſperi iterum ſubito paroxyſmum habuit ſatis validum.

8. Vrina flaua, reliqua eadem.

9. Vrina flaua; oculi flaui: dedi iterum medicamentum Sept. 19.

12. Bene ſe habet, dedi 8 guttas ol. therebint. cum ſacharo ſuperbibendo $\frac{1}{6}$ huius decocti, rad gram. recent. ℔ j contuſas decoque in ſ. q. aq. communis per $\frac{1}{2}$ horae, dein adde taraxaci cum toto, fumar. ana vnc. iv. colat. vnc. xv. adde ſal. polychr. dr. vj. ſyr. 5 rad. vnc. iv.

Bene ſe habet. In iiſdem perrexi vſque ad 3 Decembris.

Decemb. 3. Iam conſului, cum herbae deficerent, vt ſumeret ter de die vnc. j huius miſturae: oxymel. ſcill. vnc. iij ſyr. cichor. c. rheo. vnc. ij ſal. polychr. dr. vj, tartar. vitriol. dr. ij aq. foenic. ℔ ij.

Martii 13. Heri et hac nocte incepit iterum dolorem colicum ſentire ſimilem, ſed per 4 dies prono corpore menſae aſſederat ſcribens. Dedi rad. gram. cum toto ℔ j taraxaci cum toto ℔ ß, tuſa decoque in parua quantitate aquae colat. ℔ j addidi ſal. polychr. dr. vj ſyr. 5 rad. vnc. iv.

April. 14. Pergit in iiſdem et bene ſe habet.

Iulii. Dedi per 7 ſeptimanas aq. Spadanas, et inde conualuit.

1734. Menſe Auguſto poſt anxietates ſimiles iterum icterum paſſus: inſtitui curam ſimilem, ac alias.



Septemb. 25. Homo 35 annorum heri mane incepit laborare dolore punctorio ſiniſtri humeri; hac nocte dolor ille in latus ſiniſtrum deſcendit: inſpiratio impedita, febris parua vix vlla, tamen V. S. et dedi decoct. alth. cum nitro et melle.

26. Sanguis non habebat cruſtam illam inflammatoriam, appetitus nullus, ſitis modica, acida appetit, dolor V. S. ſedabatur, ſed heri veſperi recruduit, hodie mane dolor imminutus, vrina tenuis pallida, minus colorata vrina ſana, in ſomno terrores, aluus reſpondet. Dedi medicamentum emolliens, leue diacodiatum, nitroſum.

27. Vrina ſana, nulla febris, appetitus rediit, ſentit in latere aliquid ſe quaſi mouentis: dedi ſemina 4 calida maiora infuſa cum melle.



Septemb. 28. Puer 7 annorum fluxionibus acribus ad oculos, nares, et labium ſuperius vexatus hodie mane adhuc ſanus, incepit hora 2 febricitare; inueni hora 9 veſpertina febrim acerrimam, calorem vrentem et leues conuulſiones. Variolas iam paſſus erat: hinc cum tam ſubito increſcat febris, credidi de intermittente eſſe, elyſma dedi, mixt. ex nitro et ſpir. ſulph. per camp. ſyr. viol. et epiſpaſtica.

29. De nocte conuulſus eſt, ſitiuit, delirauit, hodie mane febricitat adhuc, vti et circa meridiem: in iiſdem

dem perrexi. Vefperi inueni febrim parum minorem, refpirationem optimam, nec linguam adeo ficcam: dedi emulf. cum nitro, balnea pedum, epifpaftica.

Sept. 30. Heri vefperi vrina inftar aquae tenuis, hodie mane coloratior, lingua obfita, bis aluum depofuit, febris fere abeft, fomnus hac nocte modicus; dedi leue purgans ex fyr. rhei et rheo et ftibio diaph. vefperi fe melius habebat, ter depofuerat aluum.

Octob. 1. Apyrexia perfecta, vrina limpida, ftraminea. Dedi fimilem mixtur. 28.

2. Heri bene fe habuit, fed fudauit valide, hinc dedi ad occupandum aegrum mixt. ex lap. 69, fyr. fl. viol. etc.

3. Hodie febricitauit, et fudauit valide, vrina tenuis citrina, lingua parum obfita, hodie mane apyrexia: dedi fal. polychr. fyr. cichor. c. rheo, aq. meliffae.

4. Satis bene fe habet, et bene dormiuerat: dedi hauft. febrifug. ante paroxyfmum.

5. Satis valide febricitauit heri, hodie fe bene habet: vrina tenuis citrina.

6. Heri vefperi ab hora 4 ad 12 febricitauit, bene dormiuit, lingua fatis nitida, vrina minus colorata: dedi fal. polychr. gr. XL. fyr. fl. viol. rob ribef. aq. meliffae.

7. Aluus laxa eft, heri vix multum febricitauit, fitit parum, pulfus, refpiratio, fomnus, bona. Dedi pulu. comit. Kent, vt aliquid viderer agere.

8. Heri febricitauit, vrina tenuis, non multum colorata, hoc mane nulla febris. Hedi infuf. ferp. virg. et fal. polychr. et fyr. 5 rad.

Octobr. 9. Heri febris multo ſerius venit, et non tam fortis, vrina modice colorata, ſed tenuis non ſubſidens, lingua nitida, omnia meliora. Dedi ſimile medicamentum.

10. Heri fortius febricitauit, et parum delirauit: dedi epicarpia, et infuſ. ſerpent.

11. Heri non febricitauit.

12. Heri non febricitauit, aluum depoſuit cum leuamine: nihil dedi.

13. Heri non febricitauit: nihil dedi.

14. Hodie bene ſe habet: dedi vinum medicatum ex amaris et aromaticis.

17. Adhuc heri febricitauit. Perrexi in iiſdem.

22. Adhuc febricitabat: dedi leue purgans.

Decemb. 6. Febricitauit heri credo ex diaeta mala, et ingurgitatione, hinc dedi purgans.

9. Vera facta fuit quartana, quam ſibi relinquendam duxi.

## *Icterus.*

Octobr. 26. Annorum 36 coquus, ſicci habitus, ante 3 ſeptimanas in itinere incepit ictero foediſſimo laborare, dolebat hinc inde latus ſiniſtrum, abdomen erat tenue, minime tenſum, nec hypochondria tumida. Cl. Boerhaue dixerat eſſe hepar induratum, et dedit.

℞. Sal.

℞. Sal. polychr. dr. vj.
Tartar. vitriol. dr. iv.
Syr. cich. cum rheo vnc. iij.
Vitriol. Mart. dr. jß.
Aq. ſtill. foenic.
— — menth.
— — ſalu. ana ℔ ß.

Vt ſumeret vnc. ß. ſexties mane ſingulo $\frac{1}{4}$ horae.

Nouembr. 2. Perrexit in vſu huius mixturae cum levamine, et icteri imminutione, et alui fluxu.

9. Perrexit in his ſenſim ſe melius habens; tunc dedit mixturam hanc Cl. Boerhaue: ſimili modo ſumendam.

℞. Sal. polychr. dr. vj.
Tartar. vitriol. dr. ij.
Oxym. ſcill. vnc. ij.
Syr. cich. cum rheo vnc. iij.
Aq. cichor. ℔ ij.

16. In his perrexit hucuſque, bene ſe habens, ſimilia dedi, ſanatus eſt.



Nou. 15. Vir 36 annorum ſanus et fortis, hac nocte circa vmbilicum dolores ſummos habuit, vomendo aliquid amari reddidit: hoc mane inueni ſatis placidum, ſed dolor per interualla exacerbatur, lingua albicabat, febris erat nulla: credidi acris bilioſi humoris in inteſtinis quid haerere: dedi purgans cum laud. liquido addito.

16. Vrina craſſa heri veſperi ſubſedit, lingua albicat, dolor euanuit, pulſus debilis non febrilis, bene dormi-

vit, non ſitit, nec appetit, dedi ſyr. cich. cum rheo lap. 69. aq. foenic.



Nouemb. 14. 21 annorum iuuenis faber ferrarius, ſatis ſanus, ante aliquot dies incepit conqueri de inſolita nauſea et ructu olidiſſimo foetido, hinc et ſaepe cibos cogebatur reuomere, in reliquis ſe bene habens, hoc mane ſubito omni ſenſu et motu voluntario carebat, pulſu manente bono nec febrili, oculi non turgebant, nec multa ſigna docebant in capite haerere malum, poſtea conuelleбatur. V. S. clyſma applicui, et purgans ex pill. coch. ſal. polychr. etc. dabam. Veſperi ad ſe redierat, aluum depoſuerat bene.

15. Vrina erat ſubturbida, febris nulla, ructus olidi, lingua obſita, dedi rob ribeſ. ſamb. ſal. polychr. ſpir. nitri dulc. aq. meliſſae.

16. Bene ſe habet, non febricitat, ſed in abdomine quid ſentit adhuc quaſi rodentis, lumbi doluerunt, aluus laxa; dedi vitriol. ♂ dr. j. cum ſale polychr. etc. mane ſexties ſumenda vacuo ventriculo.

## *Acuta continua.*

Decembr. 25. Homo 47 annorum duro labore victum quaerens, vigeſima tertia perfecte ſanus: veſperi eodem die incepit caput dolere et ceruix, tota nocte febricitauit, totum corpus doluit, heri in pectore dextro dolor validus inſpirationem laedens, hodie inueni febricitantem pulſu non adeo elato, ſed facies rubebat, vrina turbida

turbida non subsedit, leuis tussicula, lingua sicca et ob-sita, venam secui, et dedi antiphlogistica summa.

Decembr. 26. Sanguis pleuriticus totus concreuerat, febris durat pulsu non adeo elato, vrina turbida parum incepit subsidere, dedi decoct. emolliens cum nitro et melle. Leuiter delirauerat.

27. Non delirauit, pulsus plenus quidem et fortis, sed non multum febrilis, lingua adhuc sicca, nox quieta fuit, nec magna sitis adest, sudauit fortiter, appositis proprio consilio lateribus calidis, flatus copiosos demisit cum leuamine, vrina turbida, alba sedimentum dede-rat diuulsum, sputa melius prodeunt: dedi nitrum, rob samb. ribes. superbibendo decoct. auenae.

28. Mane hora 9 mortuus est.



Dec. $\frac{28}{3}$. Annorum 33 mulier die 26 incepit de nocte febricitare, caeterum sana, primo cum horrore, dein calebat, cum sensu frigoris interni, dolor ingens in latere sinistro, febris valida, pulsus elatus: dedi de-coctum emolliens cum nitro, et venam secui.

Sanguis totus in insulam rubram contractus, aliquo-modo heri leuata videbatur, sed de nocte omnia ex-acerbata sunt, applicui saponem venetum in lacte solu-tum lateri, vrina hodie mane erat vix rubra cum nube-cula spissa circa fundum, pulsus celer, sed non adeo plenus, sitis ingens, inquietudo et iactatio, dolor ver-sus mammam et superiora vergit, lingua modice sicca, tussicula: dedi vnc. ß omni ½ hora huius mixturae.

 ℞. Nitri

℞. Nitri vnc. ß.
Syr. papau. alb. vnc. ij.
Aq. rhoead. vnc. v.

ſuperbibendo vnc. ij. decocti ex iuiub. foenic. glycyrrh. calidas. Veſperi haec bina aſſumſerat, delirauerat, pulſus celer non plenus, aluum depoſuit quater foetidiſſimam inſtar *Giſt* cum leuamine, tuſſicula adeſt, lingua non adeo ſicca, ſitis magna, dolor lateris fere euanuerat, lumen candelae non fert, nunc mente conſtat, ſed caput dolet, et titubat: credidi alui fluxum profuturum, hinc dedi decoct. tamarind. cum ſal. polychr. ſyr. violar. et applicui epiſpaſtica.

Dec. $\frac{29}{4}$. Lucem auerſatur, pulſus paruus, celer, lingua leuiter obſita, non adeo ſicca, vrina turbida manet, poſt horam 1 noctis non dormiuit, mente conſtat, dolor verſus humerum vergit: tendinum ſubſultus hac nocte fuerunt, reſpiratio impedita, quater aluum foetidam ſpumoſam depoſuerat: dedi emulſ. cum nitro et aq. cinnam. ſitis magna veſperi, inueni vrinam iumentorum, linguam humidam, adhuc lucem fugit, delirauit, aluus pergit fluere, nunc mente conſtat, pulſus paruus ſed celer, extrema calida, reſpiratio parum melior, ſitis minor: dedi mixt. ex ſyr. diacod. cum aq. citri cinnam. rob ribeſ. ſp. nitri dulcem, ſuperbibendo decoct. panis cum vino rhenano.

$\frac{30}{5}$. Nox modice quieta, vrina turbida non ſubſedit, lingua vt heri, mira videt phantaſmata, pulſus debilis ſed non adeo celer, reſpiratio non multum impedita, aluum parum depoſuit; dedi emulſum, et pro cibo lac ebuty-

ebutyratum, dolor lateris fere euanuit, ſed tinnitum in capite ſentit. Dedi epiſpaſtica.

Dec. $\frac{31}{6}$. Nox inquieta fuit, dolor lateris recruduit, pulſus celer debilis, vrina iumentorum inſtar, lateri emplaſtr. applicui, et cardiacum gratum dedi medicamentum.

Ian. $\frac{1}{7}$. Vrina vt ante: heri veſperi dederam diacodii dr. vj. dormiuit ad quintam vſque ſatis commode, deinde in latere dolorem ſenſit, imprimis in educendis ſputis, reſpiratio adhuc bona, aluus non reſpondet, poſt nonam et vigeſimam lingua parum obſita, mens conſtat, dedi cardiacum acidum ex aq. citri etc. rob ribeſ. etc.

Bis aluum depoſuit non multum liquidam, ſed foetidam, vrina iumentorum, ſed verſus fundum nubecula apparebat: dolor lateris aliquis, ſputa quaedam prodeunt, ſed mere pituitoſa, lingua vt heri: habitum proiectum in lecto inueni. Dedi vnc. j. diacodii.

$\frac{2}{8}$. Dormiuit bene, et ſummum inde leuamen habuit, pulſus debilis, celer, vrina iumentorum turbida, reſpiratio ſatis bona, vox rauca: dedi emulſum ex decocto auenae etc. Veſperi inueni pulſum debilem, minus celerem, vrinam non vidi, quater aluum depoſuerat, lingua vt ante fere, mens conſtat, tamen de morbo et debilitate conqueritur, reſpiratio ſatis bona: dedi dr. vj. diacodii.

$\frac{3}{9}$. Pulſus debilis quidem, ſed non multum febrilis, nox inquieta, et mira oculis obuerſantur phantaſmata, vrina vt ante, ſputa prodeunt pauca, ſed cum moleſtia, et ſine leuamine: dedi linctum ex ol. amygd. et vitell.

 oui,

oni, et ſyr. alth. ſuperbibendo hydrogalam. Inueni veſperi eodem in ſtatu, ferox dabat reſponſum, vox rauca, lingua non multum ſiccior ac ante, pulſus idem, linctum non aſſumſerat: dedi iterum dr. vj. diacod. et epiſpaſtica applicui.

$\frac{4}{10}$. Tota nocte cum ferocia delirauit. Dixerunt corpus perfrigeratum fuiſſe cum ſudore, vrina heri veſperi emiſſa hodie mane poſt 12 horas ſubſedit, pulſus debilis, ſed non febrilis; dedi ius carnium et cardiacum acidum gratum medicamentum.

Veſperi inueni debilem, pulſus aequalis erat, debilis: manus ſubfrigidae, facies rubra calida, cum minimis ſudoris guttis, vox rauca, mens conſtat, reſpiratio bona, ſed hinc inde tuſſicula, medicamenta faſtidit: iuſſi, vt potaret decoctum auenae cum vuis corinthiacis, et vino rhenano.

$\frac{5}{11}$. Vrina ſubſedit craſſa, diuulſa, vox rauca, nox omnino quieta, ſapor ſalſus in ore, aluum heri bis depoſuit, mens perfecte conſtat, reſpiratio bona, pulſus debilis quidem ſed aequalis, tuſſis moleſta aliquando, et tunc adhuc aliquis dolor lateris. Dedi ſyr. diacod. aq. rhoead. ſuperpotando decoct. praecedens.

$\frac{6}{12}$. Tuſſis moleſta: in reliquis bene ſe habet, ſapor ſalſus in ore, pulſus bonus ſed debilis, mens conſtat, dedi linctum pectoralem.

$\frac{7}{13}$. Bene ſe habet: nihil dedi.

$\frac{9}{15}$. Appetitus rediit, vrina ſedimentum pergit deponere. Reliqui.

Con-

## *Conſtitutio anni* 1731.

Ianuar. 1.

Hinc inde pleuritides, ſed paucae, quartanae, catharri, nullae tertianae, frigus eſt. 2 degelat. 3 pluuiae: dicunt multos morbillis laborare pueros, vnum tantum curaui. 4 pluuiae; hinc inde eryſipelata bullata. 5 mane ſerenitas, poſt meridiem nubilus aer. 6 vt heri. 7 pluviae, et tepor aeris. 8 grando magna cecidit. 10 varia tempeſtas. 11 ventus validus. 12 pluuiae et venti. 13 aer nubilus. 14 pluuiae et venti. 15 nebulae ſpiſſae. 16 nebulae et maius frigus. 17 nix copioſa mox degelaſcens. 18 aer nubilus frigidior. 19 aer frigidus nubilus. 20 vt heri. 21 aer nubilus ſatis frigidus. 22 vt heri. 23 vt heri. 24 aer ſerenus, et gelu forte. 25 vt heri. 26 ſubito degelauit, et pluuiae, hinc inde anginae. 27 aer parum frigidior. 28 pluuiae et tepidus fere aer. 29 pluvioſus aer, numerus aegrorum minuitur. 30 vt heri. 31 vt heri.

Febr. Numerus aegrorum minimus. 2 incipit frigidior aer fieri. 3 vt heri, et vix 4, 5, 6, 7 gelu. 8 nix et incipit parum degelaſcere. 9 gelu et nix. 10 frigus minus. 11 frigus fortius et gelu. 12 incepit parum degelaſcere, ſed veſperi ab 6 ad 11 ingens copia niuis cecidit ad $1\frac{1}{2}$ pedis altitudinem, vidi tertianam et hinc inde morbillos, et peripneumonias cito lethales. 13 gelu pergit mediocre. 14 nebulae et gelu. 15 aer parum dege-

degelafcens. 16 gelu et ferenitas. 17 vt heri. 18 vt ante. 19 vt ante. 20 vt ante. 21 incipit degelafcere. 22 pergit degelafcere et pluit. 23 vt heri, fed non pluit. 24 hac nocte gelu, de die iterum degelafcit. 25 pluuiae. 26 pluuiae. 27 ferenitas. 28 nebulae fpiffae.

Morbilli regnant; fed mites penitus, et dixit Cl. Boerh. per totam graffari Europam.

Mart. 1 nebulae. 2 frigus maius et venti. 3 venti et frigus. 4 vt heri et gelu. 5 gelu, hinc inde tertianae. 6 vt heri. 7 vt heri. 8 incipit degelafcere, et pluit. 9 modica ferenitas et frigus modicum. 10 vt heri. 11 aer nubilus. 12 ferenitas. 13 ferenitas. 14 vt heri. 15 aer frigidior nubilus. 16 ferenitas calida fatis. 17 aer ferenus tepidus. 18 aer ferenus calidior, tertianae vernales incipiunt. 19 aer nubilofus frigidus. 20 aer nubilofus. 21 aer varius. 22 ferenitas. 23 aer nubilus parum, partim ferenus. 24 aer ferenus. 25 ferenitas tepida. 26 aer fubnubilis. 27 frigus intenfum fic vt glacies effet. 28 vt heri fere, hinc inde anginae. 29 frigus. 30 aer nubilus et frigidus. 31 frigus et pluuiae.

April. 1 aer nubilus. 2 ferenitas. 3 frigus. 4 aer frigidus, 5 vt heri. 6 vt heri. 7 vt heri. 8 vt heri et toto hoc tempore ventus borealis fpirauerat. 9 maior tepor, hinc inde excoriationes oris, et palati offis dolorofae faepe febre praegreffa, faepe non, vel admodum parua, magnum leuamen habebant a fucco femperuiui maioris rec. preffi cum fyr. flor. viol. An non eadem materies, quae in febribus vernalibus tertianis puftulas circa os faciebat critice, aliquando ad fauces idem proferpens malum

lum faciebat anginam iisdem citra bilem. 10 vt heri. 11, 12, 13, 14, 15 vt ante frigus durat, sed 14 pluuiae. 16 frigus. 17 frigus et ventus fortis. 18 ad 24 frigus durauit. 25 pluuiae parum. 26 plus pluuiarum. 27 aer tepidior. 28 pluuiae. 29 aer nubilus tepidior. 30 vt heri.

Pleuritides breui in peripneumoniam versae, et in multis occurrebat febris continua primo satis mitis, dein aliquo dolore lateris se manifestans, mox in cerebrum vergens deliria faciebat satis lethalia: profuit V. S. et summa deriuantia, et cum plebs raro cito medicum vocet, multi peribant, imprimis viri, numerus aegrorum maior.

Maii. 1 ad 5 vsque frigus durabat, hodie mane pluuiae ingentes post meridiem tepor, et calor humidus molestus. 6 calor humidus vt heri. 7 tepor. 8 serenitas et calor. 9 aer nubilus parum frigidior. 10 aer frigidus. 11 frigus satis intensum vt heri. 12 frigus validum glaciale. 13 vt heri, et parum pluuiae. 14 aer calidior. 15 aer calidus. 16 vt heri, sed calor suffocans. 17 pluuiae, et calor. 18 calor. 19 satis calidus aer. 20 vt heri. 21 calor suffocans. 22 calor parum minor, et aer magis suffocans. 23 calor et serenitas. 24 vt heri. 25 calor. 26 calor suffocans fere. 27 aer nubilus satis frigidus. 28 aer nubilus et de nocte pluuiae. 29 aer subnubilis. 30 pluuiae. 31 aer serenus.

Hoc mense aegrorum numerus non excessiue magnus, tamen multi peribant pleuritide peripneum. et hinc inde angina, vti et febres cum pleuritide, vt praeterito

terito menſe, hinc inde ſub finem menſis cholerae, pulu. purg. ex rheo dein opiato facile curatae: vidi iterum morbillos, primo languidi erant quaſi, poſtea multi incipiebant laborare morbillis ſatis validis, vidi et hinc inde tertianas.

Iun. 1 calor ſatis magnus. 2 calor aeſtuans fere intolerabilis. 3 vt heri ſummus. 4 calor parum minor cum aere ſub veſperam nubilo. 5 hac nocte aliquae pluuiae et calor minor, imo aer ſub veſperam frigidiuſculus. 6 hinc inde pluuiae, et aer frigidiuſculus. 7 pluit hac nocte, aer frigidiſſimus, et procelloſus, aegrorum numerus minuitur. 8 aer frigidus pluuioſus. 9 aer ſerenus frigidiuſculus. 10 aer nubilus frigidus. 11 vt heri. 12 calor maior. 13 calor ſuffocans fere. 14 calor minor parum et circa veſperam nubilus aer. 15 aer ſubfrigidus. 16 pluuiae. 17 aer nubilus frigidus. 18 hac nocte pluuiae, hodie aer ſanus ſed frigidiuſculus. 19 aer ſatis frigidus nubilus, et leues pluuiae. 20 pluuiae, ſed maior tepor. 21 pluuiae. 22 pluuiae et poſt meridiem tepor. 23 aer nubilus tepidus. 24 ſerenitas et maior calor. 25 dies calidus ſatis. 26 vt heri. 27 calor vt heri. 28 calor validior. 29 calor fere ſuffocans. 30 calor fere ſuffocans, barometrum deſcenderat.

Hinc inde vidi febres quaſi intermittentes primo, mox continuas remittentes, cum omnibus ſignis bilis putrefactae, quae vel foetidiſſimis viridibus fuſcis eiectionibus mitigabantur, vel cerebro affecto lethalem aliquando fecerunt phrenitidem, acida profuerunt purgantia cum epiſpaſticis, hinc inde tertiana ſimili bile ſtipata,

ſtipata, hinc inde tertiana pura breui ſanabilis, bis vel ter vidi quartanam nunc natam breui euanidam, morbillos raros vidi, audiui tamen adeſſe ab aliis, variolas ſpurias (*Steenpoken*) vidi in eadem domo plures corripuiſſe, cholera hinc inde ſed mitior, et vermes. Numerus aegrorum modicus.

Iulii. 1 aer nubilus pluuiam minitans. 2 vt heri, ſed veſperi et de nocte pluuiae ſatis validae, licet barometrum aſcenderat. 3 aer ſubnubilis. 4 pluuiae. 5 aer nubilus calidus. 6 vt heri, et pluuiae. 7 aer ſubnubilis calidus. 8 pluuiae hinc inde, aer nubilus. 9 ſerenitas et modicus calor. 10 vt heri. 11. 12 vt ante. 13 vt heri. 14 ſerenitas et calor. 15. 16. 17. 18. 19 ſiccitas et calor. 20 aer nubilus. 21. pluuiae et aer frigidus. 22 calor. 23 calor ſatis magnus, hinc inde haemoptoes. 24 tonitru et aliqua pluuia. 25 hac nocte pluuiae ſatis magnae et validae. 26 aer partim ſerenus, partim pluuioſus. 27 pluuiae largiſſimae. 28 aer varius ſubfrigidus. 29 aer nubilus. 30 aer ſerenus, frigidus. 31 aer calidus modice.

Numerus aegrorum valde paruus fuit hoc menſe: hinc inde febris tertiana, pleuritis, ſed imprimis rheumatiſmi, hinc inde angina et ſynochus.

Aug. 1 aer nubilus. 2 calor ſatis magnus. 3 vt heri. 4 pluuiae. 5 aer nubilus calidus. 6 aer ſerenus calidus. 7 vt heri. 8 calor validus. 9 calor adhuc maior. 10 calor validiſſimus. 11 vt heri. 12 calor validus, ſed poſt meridiem minutus, veſperi tonitru et fulgura valida et imbres. 13 aer mane nubilus, poſt ſatis calidus,

dus. 14 aer nubilus, et leues pluuiae. 15 aer ſatis calidus. 16 hodie mane hora 4 tonitrua et fulgura, dies calidus valde, numerus aegrorum augetur. 17 calor minor. 18 aer nubilus et ſubfrigidiuſculus. 19 leues pluviae, et aer ſubfrigidiuſculus. 20 vt heri. 21 pluuiae et procellae et frigus maius. 22 vt heri. 23 aer nubilus frigidiuſculus. 24 aer ſerenus modice calidus. 25 aer ſerenus etc. vt heri. 26 aer nubilus, poſt meridiem ſerenus, modice calidus. 27 aer ſerenus calidus, et venti tamen validi. 28 vt heri. 29 leues pluuiae poſt meridiem ſerenitas. 30 aer ſerenus modice calidus. 31 vt heri.

Febris incipiebat epidemica, ſed non adeo multos affligens, ac praeteritis annis, tertianae genium habebat, ſaepe erat tertiana pura, ſaepe duplicata, in quibuſdam in initio fere continua euadebat, ſaepe primis diebus vomitus biliosae materiae varii coloris in variis, aliquando validus alui fluxus foetidiſſimae materiae ſaepe ſtatim incipiens, ſaepe poſtea et diu durans, pleriſque dolor lumborum aderat, alui fluxu leuatus, anxietas, multis dolor cardiae dextri vel ſiniſtri hypochondrii ſatis acer, vomitu vel diarrhoea ſimilis materiae ceſſans, color ceraceus flaueſcens. Dolores illi V. S. non leuabantur niſi in plethoricis admodum; proderant euacuantia ſurſum vel deorſum praemiſſa V. S. ſi plethora aderat, dein acida ſaponacea grata cardiaca, et ſi valde tenax eſſet materies, quod color ceraceus, anxietas, languor, nauſea etc. docebant, taraxaci fortiſſ. decoctum cum magna quantitate ſal. polychr. ſuperbibendo decoct. 5 rad. ſaſſafras etc.

etc. cum melle tart. vitriol. raro tamen in quibuſdam quinto die ſtillae de naribus, 8 die larga haemorrhagia adſuit, non iudicans: paucos iugulauit, vnicum tantum vidi pereuntem, qui ſtricti habitus, melancholicus, incredibili copia bilis euacuata, 12 die aphthis correptus albis, aluo ipſo inſcio fluente, aphthis 13 in fuſcas mutatis cum leui delirio, fruſtra dato cortice, 15 die morbi periit.

Aliquando accidebat poſt vnum vel alterum paroxyſmum febrim deſinere in icterum ſine febre, ſummis ſoluentibus taraxac. dec. ſoluta inde cruda aluo feliciter curatum.

Quibus euacuantibus praemiſſis, febris non ceſſabat, ſi debilitas vrgebat, dedi corticem ſed paucis, et ipſis recruduit poſt 14 dies febris cum anxietate circa praecordia: leuabantur 3 doſibus pill. cochiae incredibili materiae ſimilis copia excluſa. Vrina erat in initio fulua, tenuis, ante 5 diem morbi raro ſubſidebat, et quibus tarde ſubſidebat, protrahebatur morbus. Dum morte terminabatur morbus, a tertio die ſubturbida, album paucum diuulſum, foetidum ſedimentum deponebat ad 12, dein tota tenuis facta et aquoſa fere aeger peribat. Vina amara profuerunt ad recidiuam praecauendam.

Sept. 1 aer ſerenus modice calidus. 2 pluuiae et calor reſoluens humidus. 3 vt heri. 4 aer reſoluens calidus nebuloſus. 5 nebulae mane ſpiſſae, calor ſimilis vt heri, numerus aegrorum videtur augeri. 6 aer tepidus nubilus, reſoluens leues pluuias. 7 vt heri. 8 vt heri. 9 vt heri, ſed veſperi et nocte ingentes imbres. 10 aer nubi-

lus resoluens, calidus, post meridiem magis serenus. 11 aer serenus, calidus, et nocte pluuiae. 12 aer calidus, humidus, hinc inde quartanae purae inceperunt. 13 aer nebulosus, calidus sed ventis perflatus. 14. pluuiae. 15 aer varius, venti, pluuiae 16 vt heri. 17 vt heri. 18 vt heri. 19 ingentes imbres. 20 aer vt 18 die. 21 vt heri, sed post meridiem serenitas. 23 aer serenus valde. 24 hac nocte aliquae pluuiae, reliquo die serenitas. 25 serenitas, sed ante meridiem aer nubilus. 26 aer serenus, frigidus. 27 aer serenus, mane nebulae pingues. 28 aer serenus, sed calor humectans, et similes nebulae. 29 pluuiae ingentes, post meridiem serenitas. 30 aer modice serenus.

Febres praecedenti mense descriptae, hinc inde cholerae; et paucae anginae.

Octobr. 1 aer serenus. 2 vt heri. 3 vt heri. 4 vt ante, sed calor humidior, resoluens. 5 aer parum magis nubilus. 6 aer serenus. 7 vt heri. 8 vt heri. 9. 10. 11. 12. aer calidus, resoluens. 13. 14. 15. 16. fere similiter, nisi quod venti flarent. 17 aer frigidior, nubilus. 18 pluviae et venti. 19 pluuiae et venti. 20 aer pluuiosus varius. 21 pluuiae satis validae. 22 aer pluuiosus. 23 aer serenus valde, sed frigidus admodum. 24 vt heri, et frigus tantum fuit, vt glacies crassa hac nocte facta sit, hoc mense aurorae boreales saepe visae. 25 calor tepidus, humidus et pluuiae, cholerae satis subitae non periculosae. 26 vt heri. 27 vt heri. 28 aer serenus satis. 29 serenitas pulchra, gingiuarum vlcera putrida post leuem febriculam saepe subito orta. 30 satis serenus aer. 31 aer nubilus.

Hinc

Hinc inde pleuritis.

Nouembr. 1 frigidus aer et nubilus. 2 vt heri. 3 vt heri. 4 vt heri. 5 aer ſatis ſerenus. 6 vt heri. 7 aer calidior, humidus, vnctuoſus, nubilus. 8 ſatis ſerenus. 9 pluvioſus, varius. 10 imbres validi. 11 aer pluuius, nebuloſus. 12 vt heri. 13 imbres validi, et grando. 14 vt heri. 15 pluuiae, ad 20 vſque fere pluuiae validae. 21. 22. 23. aer nubilus, varius, frigidus. 24 mane frigidus, veſperi calor humidus. 25 aer mane frigidus, veſperi nubilus. 26 pinguis, nebuloſus aer et calidus. 27 vt heri, et leues pluuiae. 28 vt heri. 29 vt heri ſed non adeo tepidus aer vt ante. 30 vt heri.

Decembr. 1 aer pluuioſus, tepidus mane, de die ſerenitas aliqua. 2 aer ſerenus ſatis. 3 aer pluuioſus, nubilus, tepidus. Rheumatiſmi incipiunt. 4 aer ſatis ſerenus. 5 aer varius, hinc inde pluuiae, anginae. 6 nix et frigus glaciale. 7 vt heri, et nix et ventus validus. 8 gelu acre. 9 gelu acerrimum ad 24 gradus thermom. Fahrenh. 10 gelu, ſed parum mitius cum aere nubilo. 11 gelu durat. 12 vt heri, ſed parum mitius. 13 incipit degelare. 14 aer ſatis tepidus, pluuiae. 15 vt heri fere. 16 aer nubilus, pluuioſus. 17 pluuiae et tepor. 18 pluviae. 19 hac nocte venti et grando et pluuiae, vidi variolas prima vice a longo tempore. 20 pluuiae et frigus maius. 21 vt heri. 22 ſerenus aer. 23 pluuiae et aer tepidus. 24 pluuiae et de nocte venti validi. 25 ventus validiſſimus et pluuiae. 29 ventus minor, et pluuiae. 27 pluuiae validae. 28 pluuiae.

Rheumatiſmi, arthritides, ſemel vidi variolas ex alio vicino Sardam loco, vbi graſſabaptur, allatas, hic non propagatas tamen.

*Pleuritis.*

Ian. $\frac{18}{4}$. 23 annorum vir, piſtor, fortis et robuſtus 15 incepit leuiter febricitare: nondum lecto affixus tunc fuerat, dolores erant vagi per dorſum, pectus, lumbos, nunc in latere dolorem ſentit, tuſſicula adeſt, vrina flammea, pulſus mollis, celer, V. S. ad vnc. x. et dedi decoct. tamarin. cum ſal. polychr. ſyr. viol.

$\frac{19}{5}$. Sanguis totus concreuit, nox inquietiſſima, dolor magnus in latere dextro, et in lumbis et per totum corpus, pulſus non adeo febrilis, reſpiratio impedita, vrina craſſa: dedi

Nitri vnc. ß
Syr. flor. viol vnc. ij.
Aq. meliſſ. ℔ jß

Superbibendo decoct. emollient., et venam iuſſi ſecari ad vnc. viij.

Sanguis iterum pleuriticus, dolor minor, febris minor, reſpiratio adhuc denſa; dedi leue emulſum cum nitro.

$\frac{20}{6}$. Nox magis quieta, vrina craſſa copioſa, pulſus non adeo febrilis, reſpiratio adhuc impedita, ſputa vix vlla: dedi linct. ex ol. amygd. et melle ſuperbibendo decoct. gram. bardan. etc.

Incredibilem copiam vrinae cum magna facilitate dimittit, imo fere cum oblectamento: illa vrina paulo poſt ſubſidet copioſe. Dedi emulſ. vt heri.

Ian.

Ian. $\frac{21}{7}$. Vox ſatis commoda fuit, vrina vt ante fluit; dedi decoct. et linctum vt heri. Veſperi ingens narium haemorrhagia ſubito orta eſt, nec videram fere ſigna. Febris minuitur. Dedi emulſ. cum nitro et diacodio, in reliquis ſe optime habet.

$\frac{22}{8}$. Vrina craſſa copioſa, non ſtillauit ſanguis, bis alvum depoſuit, pulſus vix febrilis, in lumbis imbecillitatis ſenſum habet. Dedi ſyr. alth. rhoead. aq. meliſſae.

$\frac{23}{9}$. Vrina craſſa, febris fere nulla, linguà modice humida, ſputa quaedam craſſa cum leuamine. Dedi mel cum aq. fl. rhoead. ſale polychreſto.

$\frac{24}{10}$. Vrina craſſa ſed minori quantitate. In lumbis dolorem, et quaſi debilitatis ſenſum habuit, et crure dextro quaſi claudicabat, vix febricitat: dedi infuſ. 3 ſantal. cum ſyr. 5 rad. et ſale polychreſto. Appetitus redit.

$\frac{25}{11}$. Optime ſe habet in omnibus, ſed in inguine dolorem, et claudicat dextro crure, dum incedit; in lecto crus facile mouens ſine vllo dolore.

$\frac{26}{12}$. Vrina ſubſedit perfectiſſime, febris nulla, ſed in crure dextro eadem debilitas, appetitus redit, febris nulla, ſitit adhuc: dedi infuſ. 3 ſant. potand. cum ſaſſafr. et melle, et ſupra vaporem ſuccini, olib. etc. crus fricare feci.

$\frac{27}{13}$. Omnia eadem: corpore ſanus erat, iuſſi fricando pergere.

$\frac{29}{14}$. Eodem modo ſe habebat crus dextrum, reliquum corpus ſanum erat, iuſſi validas frictiones, et dein vng. neruinum inungi debere.

Ian. $\frac{31}{15}$. Aliquis horum ſucceſſus fecit, vt pergerem.

Febr. $\frac{2}{17}$. Melius incedit ac ante, ſed reclinato verſus poſteriora corpore. Heri poſt tuſſim iterum ſub ſcapula doluit et in lumbis, de nocte ſudauit, euanuit dolor, vrina ſubturbida: dedi infuſ. 3 ſantal.

$\frac{7}{22}$. Senſim melius ſe habet, ſed metuebam abſceſſum in crure. Vrinam reddidit ſtatim albam, ingentem copiam ſedimenti albi habentem.

$\frac{16}{31}$. Ante duos vel 3 dies vrina limpida fiebat, ſed ſtatim crus ſummopere doluit, vrina heri turbida facta crus melius ſe habebat. Videtur parum febricitare. Dedi infuſum lign. 3 ſantal. et cort. ſaſſafr.

$\frac{19}{34}$. Vrina varia: ab hoc medicamento ſe peius habuit, hinc inde febricula, crus vt ante fere; applicui veſicatorium.

$\frac{21}{36}$. Vrina ſubſedit, ſentit impotentiam in motu cruris dextri, heri poſt meridiem febricitauit, pulſus leuiter febrilis, ſputa quaedam prodeunt, appetitus valet, dormiuit bene, dedi infuſ. agrim. virg. aureae, betonicae, hederae terreſtris cum glycyrrh.

$\frac{24}{39}$. Incipit ſe melius habere, vrina ſubſidet, crus melius mouet.

Mart. $\frac{1}{43}$. Crus iterum dolet: dolor ad genu et ad talum procedit, ſpaſmum patitur, vrina pergit ſubſidere, Cl. Boerh. dedit purg. ex ſcammon. rheo, ſtib. diaph. ſyr. cich. cum rheo ter repetendum.

$\frac{7}{51}$. Purgatus fuit fortiter, commode tamen ſatis die 3 Mart. die 4 crus doluit valide, caeterum optime ſe habuit, et dum in lectica decumbit, ſentit leuamen: heri

heri iterum purgatus fuit valide, hac nocte dolor in inguine fummus ad genu vfque pergens, ad attactum fummopere auctus, hodie mitefcens: crus dicit minui mole; hodie mane iratus fuit, vefperi inueni febricitantem, calentem: appetitus hactenus valuit, vrina toto hoc tempore turbida fubfedit copiofe, languet et fitit valide. Dedi mixt. ex fyr. fl. viol. diacod. nitro, fp. fulph. per camp. aq. meliffae.

Mart. $\frac{8}{52}$. Melius fe habet: nil dedi.

$\frac{14}{58}$. Cl. Boerh. affumtis illis 3 dofibus confuluit

℞. Aq. rutae ℔ ij.

Sp. croci vnc. ß.

Tinct. myrrh. vnc. ij.

— fuccin. dr. vj.

— caftor. dr. ij.

Syr. 5 rad. vnc. j.

omni trihorio vnc. ß fuperbibendo infuf. rofmar. cum lacte et melle et fricando.

$\frac{13}{62}$. Incepit crus mouere. Perrexi in iifdem.

$\frac{24}{68}$. Melius fe habet, et incipit mouere crus, et incedere.

$\frac{30}{74}$. Conualuit.

## *Peripneumonia.*

Febr. 9. 25 annorum ante aliquot feptimanas graui lapfu caput offenderat: aliquot dies incepit fe male habere, horrorem et frigidum dolorem lumborum pati, cereuifiarius erat phlegmat. temperiei: die Mercurii incepit decumbere: dixerunt illum hodie mane puftulis

resperſum fuiſſe, nunc inueni pulſum febrilem ſed mollem, reſpirationem impeditam, lingua erat ſicca, tuſſicula, et dum tuſſit, dolet circa os pubis, in latere dolor nullus. V. ſecui, et dedi decoct. emolliens antiphlogiſt.

Febr. 10. Sanguis pleuriticus, reſpiratio impedita cum ſtertore leui, pulſus mollis non multum febrilis, nec calor adeſt, vrina ſubturbida, vomuit, hinc inde tuſſicula: dedi linctum ex ol. amygd. dulc. et melle, et decoct. ex iuiubis, foenic. rad. gramin. hordeo: veſperi omnia eadem: in ſimilibus perrexi.

11. Hac nocte ter aluum depoſuit foetidiſſimam, vomuit foetida, vrina ſubſedit aliquid valde diuulſum, et ſupernatabat ſubalba ſubturbida fere ſubiugalis, pulſus paruus, celer, lingua ſicca, reſpiratio valde impedita, dedi decoct. magnum, bardan. rad. foenic. cum linctu ſimili. Veſperi ter aluum depoſuerat, reſpiratio quaſi repetitis ictibus fiebat, facies vultuoſa, ſomnolentia, lingua ſicca, pulſus tamen fortior, ſputa quaedam craſſa exiuerant: dedi emulſum.

12. Nox non valde quieta, reſpiratio vt heri, vrina tenuis non ſubſidens, ſputa nulla, aluum depoſuit ſemel: dedi decoct. bard. gramin. foenic. glycyrrhizae cum nitro puro et oxymelle. Veſperi eadem fere.

13. Hac nocte bis aluum depoſuit, reſpiratio adhuc impedita, ſed tamen melior vtcumque, ſputa quaedam prodeunt craſſa, vrina tenuis, ſubturbida, pulſus adhuc ſatis bonus, dormiuit modice. Dedi vnc. j ß oxymellis ſcill. cum ſale polychr. ſyr. alth. aq. fl. rhoead.

Veſperi

Vefperi inueni vrinam fubfidentem, refpirationem peiorem, pulfum conftantem. Dedi eadem.

14. Vrina tenuis vix colorata, lingua fubfufca, refpiratio adhuc turbata, fed parum melior quam heri vefperi, tuffit, femel aluum depofuit, pulfus conftat: dedi dr. iij. fal polychr. cum 3 vnc. fyr. hyffop. et aq. hyffop. fuperbibendo Caffiam mellitam, vefperi refpiratio difficilis quidem, parum tamen liberior, pulfus celerior et quafi vndofus: aliquid critici exfpectabam. Perrexi in iifdem.

15. Hac nocte 6 aluum depofuit, vrina tenuis colorata, vefperi fubfederat parum tenacis, fputa prodeunt quaedam, pulfus adhuc vacillat, et vndofus erat, refpiratio vtcumque parum melior. Dedi decoct. tamarind. gramin. cum fyr. fl. viol. althaeae. Vefperi hodie 6 alvum depofuit profunde fufcam, pulfus adhuc vndofus, refpiratio valde impedita. Dedi leue emulfum.

16. Vrina vt heri, aluum faepe depofuit, nec requieuit multum, refpiratio impedita vt ante, pulfus durus quafi, et caprizans, dolet latus finiftrum valde. Dedi decoct. emolliens cum fyr. alth. et diacod.

Sputa parum melius prodeunt, refpiratio videtur parum melior effe, aluum non depofuit: in iifdem perrexi: pulfus fatis adhuc bonus, mens conftat, lingua conftat, lingua modice ficca, non fordida, conqueritur de dolore in latere finiftro: applicui emplaft. de melliloto et mucag.

17. Dolor lateris remanfit, immo in vtroque latere quid fimilis fenfit, vrina paucum fedimentum fufcum

Q 5 dedit,

dedit, respiratio vt heri, pulsus similis, lingua vt heri. Dedi linctum ex ol. amygd. vitell. oui, syr. althaeae. Dolet latus vtrumque, tussis molesta, dolens, vrina vt hodie mane, pulsus durus sed non adeo plenus, genae roseae, respiratio impedita, facies rubra, sudans. Dedi rob samb. nitrum syr. alth. aq. fl. samb. nam videbatur noua inflammatio in lateribus oriri.

18. Hac nocte conuulsus fuit, postea nigra foetidissima per aluum excreuit, postea iterum leuius conuulsus, pulsus vt heri, sputa quaedam eduxit, vrina vt heri, respiratio impedita, totum corpus dolet: dedi syr. succi citri, rob ribes. aq. cort. citri, meliss. sp. nitri dulcem, vinum rhenanum.

19. Heri vesperi videbatur se melius habere, hinc in iisdem perrexi; sed hac nocte, nox inquietissima, respiratio penitus impedita, et sublimis, pulsus celer, paruus, durus et malus; vrina tenuis cum parua nubecula circa fundum, dolent latera valide. Dedi emulsum.

21. Fere pro desperato reliqueram; tamen viuit, sputa magis copiosa eduxit, pulsus paruus, febrilis, dolor circa praecordia, respiratio impedita, vt aliquid viderer agere applicui panem tostum madidum, aq. cort. citri, aurant. sp. vitae Math. etc.

24. In his perrexi, et vltra opinionem tam diu vixit. Hodie mane hora 10 mortuus est.

## *Morbilli.*

Febr. $\frac{12}{4}$. 19 annorum iuuenis solito hilarius vitam duxerat; incipit 9 Febr. languere parum, hinc inde calores

lores ſentire, et quaſi in faucibus aliquid moleſti: dedi tunc nitrum cum rob ſambuci, vix febricitabat: dedi leue decoct. gram. etc. die 10 et 11 et balnea pedum, ſed veſperi 11 incipiebat plus rubere facies, oculi lacrymabantur quaſi, et aliquid leuis febriculae habere.

Hodie mane videbam oculos tumentes, rubentes, lacrymantes, aures rubras, tenſas, tonſillas inflatas, linguam et palatum paruis punctis rubris repletum, morbillos credidi; vrina ſanae ſimilis erat, pulſus non durus, leuiter febrilis, reſpiratio bona, balnea pedum conſuluit Cl. Boerh. et decoct. ex tamarind. bardan. ſcorzon. foenic. ana vnc. ij. lap. prunellae; dr. ij. ad ℔ iv. cum ſyr. fl. viol.

Febr. $\frac{13}{5}$. Nox inquieta fuerat, vrina ſana parum coloratior, pulſus leuiter febrilis, facies tumet, rubet, dolet, ſitit, caeterum ſe ſatis bene habet, languet appetitus, idem medic. iuſſit repeti Cl. Boerh.

Vrina ſubſedit, facies magis tumet, dolet guttur, crura puſtulis repleta, pulſus febrilis non elatus, nullus dolor capitis, mens conſtat, 9 aluum depoſuit, quod laudauit Cl. Boerh. et iuſſit balnea pedum cum epiſpaſticis, dedi veſperi leue diacod. ad dr. vj.

$\frac{14}{6}$. Dormiuit placide et inde modice requieuit, et melius ſe habet, lingua ſicca, ſitit, tuſſicula leuis, reſpiratio optima, pulſus inſurgit vix febrilis, maculae augentur in manibus latitudine, et magis rubent. Cl. Boerh. conſuluit medicamentis abſtinere, ſolis panatis viuere, vti fecerat per totum morbi decurſum, balneo pedum et epiſpaſtico vti.

Febr.

Febr. $\frac{15}{7}$. Pulſus optimus, reſpiratio optima, bene dormiuit, non tuſſit, puſtulae ex manibus euanuerunt, nullibi dolet, ſitis minor, hinc inde tuſſicula ſed minor. Cl Boerh. conſuluit medic. 12 praeſcriptum, et pullum conceſſit in victu cum pauxillo vini rhenani.

$\frac{16}{8}$. Optime ſe habet, deſquamatur facies, vox rauca, nulla febris, appetitus redit.

$\frac{17}{9}$. Pergit ſe optime habere,

Conualuit.

## *Abſceſſus genu lethalis.*

Febr. 12. 59 annorum temperiei melancholicae, et ſcorbuticus ſubito de nocte die Veneris 9 Febr. febricitauit: mox genua doluerunt, et tumuerunt, ſimul diarrhoea oborta ſic vt 12 inter 24 horas aluum deponeret; ſitis non magna, vrina ſana, pulſus paruus, febrilis. Dedi emulſ. applicuerant pedibus emplaſtr. credebant eſſe podagram.

13. Dormiuit modice, vrina ſubſedit in priore parte, noctis emiſſa, hodie mane emiſſa limpida manſit ſanae ſimilis, pes non adeo dolet, ſed tumet, lingua nitida, pulſus parum febrilis, ſitis non magna, ſemel aluum depoſuit, parum dormiuit. Dedi leue decoct. bardan. foenic. glycyrrhizae.

14. Pes tumet, et dolet, ſed minus, aluum ſaepe depoſuit liquidam foetidam, valde ſitit, ſed appetit ſatis bene, neque lingua ſordida, ſed ſicca vtcumque, pulſus febrilis parum, pes inferius immobilis, et *Scheaten* ſentit

ſentit in pede. Dedi tinct. cinnam. rob ribeſ. ſp. nitri dulc. aq. meliſſae.

Febr. 15. Appetitus modicus, ſitis minor, ſemel aluum depoſuit, dolet adhuc dextrum crus, dormiuit melius, crus ſiniſtrum vix dolet, vrina dedit ſedimentum copioſiſſimum, ſuperius bullatum album, lingua parum ſiccior. Dedi decoct. gram. bardan. foenic. petroſel. cum ſyr. 5 rad.

16 Vrina ſubſedit, diarrhoea pergit ſatis fortiter, febricula durat, dolor cruris minuitur, ſitis minor, non dormit, appetitus modicus. Dedi tinct. cinnam ſyr. diacod. cum aq. meliſſ. cort. citri.

17. Vrina copioſiſſime ſubſedit, aluus ſiſtitur, lingua ſicca, febricitat tamen, non dormiuit, dolent pedes plus imprimis a decubitu. Dedi decoct. hord. rob ribeſ. ſyr. fl. viol. nitrum.

18. Vrina vt ante, 6 aluum depoſuit, lingua nitida, appetitus bonus, ſitis non magna, ſomnus turbatus, quia aluum depoſuit, ſed in ſanitate non ſolet multum dormire, febricula durat, crus ſiniſtrum ſe melius habet, crus dextrum dolet; dedi ſyr. fl. viol. ſucci citri, nitrum, aq. meliſſae.

19. Crus dextrum impotens ad motum, febris minor, quinquies aluum depoſuit, vrina vt heri ſubſedit, appetitus bonus, lingua nitida, ſitis vt ante, in reliquis melius ſe habet, crus ſiniſtrum libere mouet. Dedi infuſ. 3 ſantal. cum glycyrrhiza et cort. ſaſſafr.

Febr.

Febr. 24. In his perrexi, vrina incipit magis limpida fieri, et circa genu dextrum fit abſceſſus, quem cataplaſmatibus promouemus.

Mart. 3. Abſceſſus videbatur pus continere in ſe, et perrexi in ſimilibus.

5. Inueni febricitantem valide, aphonum, manu ſiniſtra geſticulantem, locus ante pure repletus videbatur vacuus fere, applicui clyſma, ſed fruſtra: credo nimis diu pus hic relictum fuiſſe reſorptum, et ad cerebrum delatum, hinc hic erraui.

9. Periit.

## *Nephritis.*

Febr. 23. Mulier 22 annorum ante 4 vel 5 dies incepit dyſuria laborare, poſtea dolore lumborum. Grauidam credunt 4 menſium circiter; mictus nunc dolorificus cum dolore lumborum in regione renum, febricitat valide: credidi eſſe veram nephritidem; vrina erat inſtar aquae limpida cum alba nubecula circa fundum. V. ſecui, et dedi rob ſamb. cum nitro; dolor remiſit poſt V. S. hodie parum recrudeſcens, febris minor, vrinam maiori copia demittit. Dedi decoct. emollient: cum nitro et ſyr. alth.

24. Dolor remiſit in lumbis, ſed in reddenda vrina adhuc dolet, et quaſi continua irritatio eſt ad vrinam reddendam, ſitis durat, febris adeſt adhuc, ſed parum minor. Dedi nitrum, ſyr alth. aq. flor. ſamb.

25. Vrina coloratior cum nubecula circa fundum, febris minor, aluum non depoſuit; dum reddit vrinam, dolet,

dolet, in lumbis dolor minor, et inprimis circa finem emissionis vrinae dolet. Dedi mannae vnc. j ß solutam in aq. melissae.

Febr. 26. Dolet in reddenda vrina, febris minor, aluum semel deposuit, spasmus in tibia iam ante morbum frequens. Dedi syr. cich. c. rheo, et aq. meliss, sal polychr. conualuit.

## *Pleuritis.*

Febr. 23. Annorum 35 heri de nocte febricitauit subito, mane doluit dextrum latus, heri vesperi dolor parum remisit, nunc admodum validus hodie mane: heri vesperi menses fluxerunt, sed parua copia, dolor nunc immanis ad motum et inspirationem auctus supra mammae discum, pulsus celer, mollis. V. S. et dedi mixt. ex nitro et syr. alth. superbibendo decoct. emolliens.

Vesperi parum remiserat dolor. In iisdem perrexi. Sanguis erat pleuriticus

24/3. Pulsus mollis, celer, paruus, calor aequabilis, respiratio melior, minus dolens, sputa alba copiosa prodiisse dicunt, sed non vidi: vrina tenuis cum sedimento pauco diuulso, versus fundum quasi conglobato: dormivit modice, sitis minor, aluum non deposuit, nisi heri parum: dedi, sal prun. dr. iij syr. alth. vnc. ij diacod. vnc. j aq. fl. rhoead. superbibendo potum Caffae cum glycyrrhiza, quia decocta illa abhorrebat.

25/4. Dolor in pectore minor, ad attactum externum auctus, febris minor, respiratio melior, vrina vt heri,

vomuit

vomuit bilem aeruginoſam, et quaecunque aſſumit fere reuomit, lingua ſatis nitida, dolores tamen vagi per totum corpus, nunc hinc nunc illic infeſtantes, non dormivit bene, ſitis intenſa. Dedi rob ribeſ. cum nitro et aq. meliſſae, cort. citri.

Febr. $\frac{26}{7}$. Heri veſperi perterrita delirauit modice, vomit viridia, pulſus mollis et celer, tuſſicula, nauſea, dolor pectoris durat, vrina vt ante: applicui emplaſtr. ex theriac. etc. vt vomitum compeſcerem, et dedi mellita cum nitro, et ſyr. alth. et epiſpaſtica.

$\frac{27}{6}$. Vrina vt heri, pulſus febrilis, celer: delirauit tota nocte, bis aluum depoſuit, dolet totum corpus, ſed imprimis in pectore, ſitit non multum, tuſſicula: dedi epiſpaſtica et emulſum cum pauxillo diacod.

$\frac{28}{7}$. Nox inquieta, delirat, vrina ſubrubra, lingua ſicca, pulſus non multum febrilis, dedi idem medicamentum demto diacod.

Mart. $\frac{1}{8}$. Dormiuit modice, et ſomnus delirium ſedabat, febris minor, vrina eadem, lingua ſicciſſima et fauces, hinc vox rauca: fluxus albus vterinus acceſſit: dedi rob ribeſ. nitrum, aq. cort. citri etc.

$\frac{2}{9}$. Lingua nitidior et magis humida, vrina eadem, dormiuit bene, ſitit, pulſus vix febrilis. Dedi eadem.

$\frac{3}{10}$. Vrina tenuis et tenuior ac ante, lingua humidior, et incipit depurari, ter aluum duram depoſuit parua copia, pulſus non admodum febrilis, ſitis non magna, mens conſtat, appetitus nullus, anxietas, et leue adhuc delirium, nullum dolorem ſentit, menſes adhuc fluunt. Perrexi in ſimilibus.

Mart.

Mart. $\frac{4}{11}$. Omnia vt heri: dedi infuſ. contraieru. ſuperbibendo decoct. panis cum vino rhenano.

$\frac{5}{12}$. Vrina perfecte ſimilis vrinae ſanae, ſenſus conſtant, nocte non dormiuit bene. pulſus ſatis bonus. lingua obſita in medio adhuc, circa margines purior et humidior, ſemel aluum depoſuit tenuem, ſitis adhuc, appetitus nullus fere: perrexi in ſimilibus.

$\frac{6}{13}$ Febris minor, reſpiratio bona, tremores ſentit per totum corpus, quaſi omnia traherentur, lingua nitidior, vrina tenuis inſtar vrinae ſanae, ſomnus modicus. totum os dolet. Conſului folia ſedi maioris, et dedi mixt. ex tinct. contraieru. aq. citri etc.

$\frac{8}{15}$. Vrina ſanae ſimillima, appetitus aliquis, ſitis fere nulla, febris nulla, reſpiratio bona, lingua nitida, ſomnus nondum bonus, reſpondet aluus, pectus aſperum et fauces dolent, dedi infuſ. contraieru. ſerp. virg. cort. citri, coſti, ſal. polychr.

$\frac{12}{19}$. Totum os dolet, et veſiculis vel potius vlcuſculis albis labia interius et gingiuae obſitae ſunt, et ſcorbuti ſigna aderant, in reliquis bene ſe habebat. Dedi collut. oris ex tinct. myrth. muria ſalis marini, melle. Tuſſis valida: dedi leuia antiſcorbutica.

Conualuit.

## *Morbilli.*

Febr. 27. Annorum 19 debilis et ſeptimeſtris partus incepit heri ſic parum languere, inter ſcapulas dolorem ſentire. nullo modo tamen impedita reſpiratione, ſitit, non febricitat, facies calet, appetitus languet omnino.

omnino. Dedi decoct. bardan. graminis, ſiſari germanor. tamarind. lap. prunellae, victum tenuem, balnea pedum etc.

Febr. $\frac{28}{3}$. Vrina ſubſedit perfectiſſime quidem, ſed tamen ſedimento diuerſo, heri poſt meridiem friguit leviter, poſt incaluit, caput grauatur, ſitit, oculi rubent. In iiſdem perrexi.

Hac veſperi ſomnolentus eſt, caput graue, pulſus vacillat, intermittens hinc inde; hoc autem natiuae temperiei, non vero huius morbi vitium eſſe credebat Cl. Boerh. Epiſpaſtica applicui, et dedi emulſum, et cardiac. gratum ex tinct. ſuccin. ſp. ſulph. p. camp. aquae citri etc.

Mart. $\frac{1}{4}$. Manebat illud inter ſcapulas, reſpiratio perfecta, lingua parum ſiccior, nitida tamen, illud in pulſu intermittens durabat, facies rubebat, ſomnolentia, mens conſtat, pes et brachium ſoporos. ſed fit a decubitu, nullum diſcrimen inuenit Cl. Boerh. ſed omnia tuta; dedit ſimilia et gelat. C. C. cum ſucco citri et hinc inde iuris vitul. parum, vt ſuſtineret corpus, et parum vini rhenani.

$\frac{2}{5}$. Vrina vt ante, lingua nitidior, placide dormit, et dein mentis compos fit: pulſus vix febrilis, nec intermittens adeſt, ſitis adeſt. Dedi idem medicamentum cardiac. puſtulae plures apparent in facie, ſomnolentus eſt, et languet, et dedit Cl. Boerh. omni trihorio puluerem ex his: corall. gr. x. lap. 69. dr. j ß. ſerp. virg. gr. iv. aliis hoc morbo laborantibus dedit pulu. comit. Kent. cum ſale prunellae, credo vt occuparet aegrum,

et

et cardiac. gratum ex aq. cort. citri, rob ribeſ. ſp. ſulphur. per camp.

Mart. $\frac{3}{6}$. Heri veſperi poſt vſum horum puluerum, incepit aluum deponere: Cl. Boerh. dedit emulſum cum ſyr. diacod. vnc. ß inde requieuit, ceſſauit totum illud, corpus rubet vndique et dolet penitus, minus languet, pulſus minus vacillat, lingua ſicca, plus appetit, minus ſitit. in omnibus melius ſe habet, vrina ſubſedit: in vſu emulſi perrexi.

$\frac{4}{7}$. Vrina ſubſedit, dormiuit bene, puſtulae euaneſcunt, reſpiratio optima, pulſus aequalis, qui heri veſperi fuit inaequalior, lingua adhuc ſicca parum, ſitis minor tamen: in vſu emulſi perrexi; Cl. Boerh. carnes conceſſit.

$\frac{5}{8}$. Omnia bona, appetitus redit.

$\frac{7}{9}$. Purgationem, quam poſt morbillos ſolebat dare Cl. Boerh. ex rheo, ſcammon. ſtib. diaph. differendam duxit, et quia dentes vacillabant, et gingiuae dolebant, mixt. ſequent. omni bihorio vnc. ß dedit

℞: Aq. meliſſ.
— cort. citri ana vnc. iv.
Sp. ſulph. per camp. gtt. iv.
Sp. antiſcorb. vnc. ij.
Syr. fl. viol. vnc. j ß.

$\frac{10}{12}$. In iiſdem perrexit Cl. Boerh., et iudicauit, tempus minus opportunum eſſe pro purgatione, hinc differri debere.

NB. In comite P— — eiuſdem aetatis, ſed viuidiſſimo et mobiliſſimo in genere neruoſo, dedit poſt

morbillos euanidos ſecunda die, et inde copioſam materiem euacuauit; imo durauit cum aegri leuamine per aliquot dies, licet ſumeret leue opiatum.

Mart. 20. Dedit dr. iij mannae, gr. iv ſcammon. ſyr. c ch. c. rheo, dr. vj. aq. cich. vnc. j ß, inde non fuit motus.

Conualuit.

## *Pleuritis.*

Mart. $\frac{3}{2}$. Annorum 55 heri incepit circa decimam horripilare, febricitare, inter ſcapulas dolere: reſpiratio erat valde impedita: inueni hodie febricitantem, tuſſientem, et circa ſcrobiculum cordis dolebat, lingua obſita, vrina flammea tenuis V. S. et dedi mixt. ex vnc. ß nitri. ſyr. flor. viol. et ſuperbibendo decoct. emollient.

Veſperi inueni ſang. pleuriticum, pulſum paruum, reſpirationem magis liberam. In ſimilibus perrexi, et applicui foment ex ſapone veneto lateri, balnea ped. epiſpaſt.

$\frac{4}{3}$. Vrina tenuis inſtar vrinae ſanae cum nubecula, ter aluum depoſuit, reſpiratio adhuc impedita, dolor circa os ilium a tuſſi forti, pulſus febrilis, debilis, plus tuſſit, manus frigent, cum decumbit, ſentit ſi quid collabi, hinc erecto ſitu cogitur vti. Conſului ſimilia. Dolor circa meridiem auctus valde, decubitus impoſſibilis. Dedi emulſum.

An p ricardium inflammatum ſit?

Veſperi inueni omnia eadem, inquietiſſimus erat, pulſus fortior, et magis eleuatus, V. S. ad ℥ vij, vrina nube-

nubeculam habebat crassiorem, dolor acutus circa cordis regionem: dedi decoct. alth. bardan. iuiub. syr. alth. lap. prunellae ad ℔ vj.

Mart. $\frac{5}{4}$. Sanguis concreuerat fere integre, sed sine crusta inflammatoria, de nocte delirauit, vrina turbida aliquid circa fundum habebat, aluum non deposuit, nec heri, nec hac nocte, respiratio impedita, dolor circa praecordia et circa coxam, lingua fusca: leuiter delirauit, pulsus minor, sed celer, hac nocte manus friguerunt, et sudor gelidus in facie fuerat, tamen recaluerunt. Dedi linct. ex ol. amygd. melle, vitello oui, et gtt. x. bals. Peruu. superbib. vnc. ij calid. decocti similis.

Vesperi pulsus adhuc satis celer nec plenus, tamen durus, delirat hinc inde, in pectore strepitus, sed sputa quaedam prodibant, minor anxietas ac ante, vrina magis colorata, nubeculam habet circa fundum, respiratio adhuc impedita, lingua sordida. Perrexi in similibus, et epispastica pedibus applicui.

$\frac{6}{5}$. Vrina vt heri, lingua humidior, et incipit crassa crusta secedere, pulsus mollior et febrilis adhuc, sed melior, respiratio minus impedita, delirauit leuiter, sputa quaedam prodeunt, et respiratio videtur melior, parum dormiuit. Perrexi in similibus: pedes et manus inceperunt frigere circa quartam pomerid. vt dicunt, hora quinta periit.

*Pleuritis.*

Mart. $\frac{8}{2}$. Annorum 49, ante 6 annos V. S. deditus, nunc non, poſt catarrhum ante 8 dies contractum heri poſt meridiem incepit febricitare, leuiter delirauit, et ſomnolentus fuit, et hebes: vrina turbida ſed tenuis, hodie mane micta, ſed poſtea non turbata; dum reſpirat, aliquantum dolet in latere dextro, pulſus ſatis plenus adhuc, lingua ſicca in medio fuſca, ſtrepitus in pectore, et dum bibit, dicit ſe dolorem ſentire. V. S. pediluu. dedi, et decoct. tamarind. bardan. ſal. polychr.

$\frac{9}{3}$. Sanguis pleuriticus erat, ſed cruſta non adeo tenaci ac vulgo eſt, ſed quaſi pituitoſa magis, ſitis magna, lingua parum humidior, pectus adhuc ſtrepit, ſputa prodeunt quaedam, pulſus melior, dormiuit vtcumque. Dedi ſimile medicamentum. Aluum non depoſuit, vrinam non vidi: veſperi fere omnia eadem inueni: iuſſi balnea pedum, epiſpaſtica, et Caſſam mellitam.

$\frac{10}{4}$. Quater aluum depoſuit nigram, vrina tenuis cum nubecula, cereuiſiam frigidam potauit, reſpiratio impedita, ſputa ceſſant, lingua magis fuſca, dum bibit dolor augetur in hypochondrio dextro. Dedi decoct. emolliens ex ficubus, rad. bardanae etc. cum nitro et ſyr. alth. et ſaponem venetum lacte ſolutum; pulſus erat durior, V. S. ad vnc. vj. Veſperi ſanguinem inueni totum ſemigelatinoſum quaſi, et cohaerentem, vrina turbida iumentorum inſtar ſed valde tenuis, dolet ad potum ingeſtum, lingua fuſca, pulſus non multum febrilis ſatis bonus, reſpiratio impedita, ſputa quaedam pro-

prodeunt, pulmo plenus. Dedi leue emulſ. cum nitro et melle, et aq. cort. citri: bis depoſuit aluum nigram.

Mart. $\frac{11}{5}$. Hac nocte dixit pedes frigere, tamen calebant: vrina vt ante, febris fortior, delirauit, reſpiratio adhuc impedita, lingua obſita, delirat leuiter. Dedi mixt. ex nitro cum ſyr. fl. viol. et aqua flor. ſambuc.

Lingua magis fuſca, vrina tenuis, delirium validum: dedi leue emulſ.

$\frac{12}{6}$. Nocte non dormiuit, licet pacatior vtcumque fuerit, vrina eadem, ſed parum coloratior, album oculorum apparet dormiente, pulſus paruus, debilis, lingua fuſca; ſitis magna, reſpiratio impeditiſſima, praedixi mortem. Dedi acidum cardiacum cum vino rhenano.

$\frac{13}{7}$. Omnia in peius ruunt, hora 1 pomeridiana periit.

## *Saliuatio.*

Mart. 11. 26 annorum puella Veneri incumbens vlcus Venereum in pharyngis latere dextro habebat, et vlcus apertum circa clauiculam in colli latere dextro, et prope adhuc tumorem durum. Caeterum hydropica erat, pedes tumebant et abdomen, et diarrhoea vexabat continua. Saliuatio videbatur neceſſaria, ſed prius compeſcui per theriac. maſtich. etc. diarrhoeam, neque multus fui in cura praeliminari, quia hydropicum corpus non patiebatur decocta: coercito alui fluxu tecto corpore dedi die Iouis pulu. duos, 8 pulu. 4. 9 totidem, 10 totidem, et 11 quorum ſinguli $\frac{1}{2}$ granum mercur.

praecipit. albi cum ſaccharo habebant. Incipiebant hodie leuiter tumere gingiuae, ſed hac nocte 3 aluum depoſuerat, licet ſuperpotaret ſingulis doſibus vnc. ß huius mixturae, laud. puri gr. iij, aq. cort. citri vnc. iv.

Mart. 12. Dedi ſimiles doſes. Gingiuae aliquantum dolent.

13. Perrexi in iiſdem. Vrinam parcam deponit valde.

14. Perrexi in iiſdem, dentes incipiunt vacillare.

15. Dedi 4 doſes.

16. Hodie 3: nox inquieta fuerat, incipit ſaliuatio parum prodire, bis aluum depoſuit, ſed non admodum multum ſimul.

17. Circiter 20 vncias ſaliuauit, perrexi tamen dando pulueres.

18. Vt heri fere, ſed parum minus, ℔ j ß forte. Perrexi.

19. Vt heri, perrexi, ſaliuat ℔ j.

20. Saliuatio ℔ j circiter. Perrexi in merc. dando 4 vel 5 doſes.

25. Eo vſque perrexi, ſed non augebatur.

28. Dedi fortiorem doſim merc. praecipit. albi, nec augebatur ſaliuatio.

31. Aluum ſaepies deponit. nec augetur ſaliuatio.

April. 5. Hucuſque vix multum ſaliuauit, ſed ſimulac ſaliuatio inciperet, ruit per aluum, tamen vlcus in faucibus ſanatur.

7. Saliuatio incitatur parum, tamen et aluum euacuat.

Apr.

Apr. 9. Fere ſimiliter pergit.

15. Huc vſque interpolatis alui fluxibus ſaliuatio moderate pergit.

27. Poſtquam per 8 dies nil merc. dederam, ſalivatio tamen pergebat, hinc inde alui fluxus, et in ſiniſtra tonſilla vlcus hodie apparuit, quod iuſſi 4 de die tangi merc. ſublim. corr. gr. iv in aq. ſamb. vnc. iv ſolutis.

Mai. 7. Horrendum in modum ſubito proſerpſit vlcus, debilitas, et alui fluxus ſaliuationem vetabant, tamen dedi merc. et ſuffimigia cinnabaris.

17. Vltra fidem feliciter cinnabaris ſuffimigio curabatur vlcus. Dedi theriac. Androm. ad compeſcendam aluum.

Poſtea tamen vlcus in aliis faucium locis recruduit, diarrhoea rediit, et hydrops.

## *Pleuritis.*

Maii. 3. Vir 40 annorum V. S. nimis indulgens, coloris ſubflaueſcentis dudum et qui poſt V. S. incredibili copia cereuiſiam potabat, poſt coryzam aliquot dierum incepit dolere latere ſiniſtro cum reſpiratione impedita. Pulſus erat mollis, vndoſus, vomuit bilioſa, angitur, reſpiratio tamen adhuc ſatis bona eſt; hinc credidi in hypochondrio ſiniſtro haerere malum: V. S. et dedi decoct. tamarind. bardanae, ſyr. fl. viol. ſalem polychreſtum.

$\frac{4}{2}$. Nox moleſta, dolor magnus hac nocte circa lumbos et hypochondrium ſiniſtrum verſus poſteriora, reſpiratio bona adhuc, vrina limpida leuiter colorata, lin-

gua humida, pulſus febrilis ſed bonus et fortis, ſanguis emiſſus vtcumque pleuriticus erat, ſed glutinoſior, quater aluum tenuem nigram depoſuit. Dedi decoct. bard. alth. graminis, ſalem polychr. ſyr. 5 rad.

Veſperi inueni linguam leuiter obſitam, vrina erat fulua, tenuis, facies ſubflaueſcens, pallida, pulſus vndoſus, febrilis, vomuit, dolor in latere adhuc durat: dedi ſyr. fl. viol. citri rob ribeſ. nitrum aq. meliſſae, applicui lixiuium ſapon. veneti.

Mai. $\frac{5}{3}$. Nox quieta fuit, pulſus mollis minus febrilis, dolor lateris minor multo, vrina ſubſedit rubro ſedimento, lingua humida, nitida. Dedi decoct. graminis, ſcorzon. bardan. ſalem polychr. ſyr. 5 rad. veſperi in iiſdem perrexi.

$\frac{6}{4}$. Nox inquieta, lingua ſiccior, pulſus mollis, vndoſus, caput dolet, vox rauca, tuſſis, ſputa varia. Dedi. decoct. gramin. bard. foenic. ſalem polychr. ſyr. alth. bis aluum depoſuit viridem et flauam, vt dicunt, vrina ſubſedit.

Veſperi ter depoſuit aluum viridem, bilioſam, lingua anterius ſatis nitida, circa fauces cruſta obſita, vrinam non vidi, febris durat, reſpiratio tamen ſatis libera, ſitis durat, vox rauca; in omnibus ſui ſimilis eſt. Dedi leue emulſ. cum nitro et vnc. ß diacod.

$\frac{7}{5}$. Nox quieta, vrina rubra penitus, et flaueſcens, color faciei vt ante, aluum deponit liquidam, ſubflaueſcentem, fuſcam, ſitis minor, pulſus vndoſus, varius, non aequalis, vox rauca, facies ſubflaua, dedi ſp. vitae, rob ribeſ.

ribes. aq. meliſſae, ſp. nitri dulcem, lingua vt heri, ſputa tenacia, glutinoſa, heri valde ſanguinolenta.

Veſperi vrina rubra vel potius flaueſcens, color flaveſcens vt ante, pulſus celer omnimodo varius, et intermittens, reſpiratio citatior, ferox reſponſum, balnea pedum, epiſpaſt. emulſ. dedi.

Mai. $\frac{8}{6}$. Sputa pauca amurcoſa, lingua in parte poſteriori nigreſcens, reſpiratio bona, color flaueſcens, vrina craſſa, turbida, flaueſcens, pulſus omnimodo malus, nox modice quieta, niſi quod leue delirii initium fuerit, ſitis modica, ſemel aluum depoſuit. Dedi rob diamor. ſyr. fl. viol. nitrum, ſpir. nitri dulc. aq. meliſſ. cort. citri, cinnam.

Veſperi lingua vt ante, vrina rubra, ſubflaueſcens, vox rauca, pulſus omnimodo malus, color faciei idem, anxietas maior, aluum non depoſuit, ſputa pauca. Dedi gratum acidum cardiacum.

$\frac{9}{7}$. Nox moleſta, color vt ante, lingua vt ante, vox rauca, pulſus vt heri, ter aluum depoſuit foetidiſſimam flauo viridem, ſubfuſcam, ſputa varia moleſte prodeunt cum vomitu ſaepe excitato. In ſimilibus perrexi.

Vrina, pulſus, color, lingua vt ante, aluum fuſcam, ſinceram, foetidam depoſuit, tuſſis valida, ſputa tenacia, reſpiratio bona, mens conſtat perfecte, nulla anxietas. Dedi dr. vj diacod.

$\frac{10}{8}$. Vrina ſubſedit, lingua vt heri, in parte poſteriori adhuc nigra, anterius modice humida et rubra, nullus dolor, nullum delirium, et motus manuum expeditus, pulſus

pulſus omnimodo peior, reſpiratio bona, mens perfecte conſtat. In ſimilibus perrexi.

Veſperi vrina craſſa, turbida, pulſus vt ante, reſpiratio bona, anxietas nulla, dolor nullus, lingua nitidior, calor modicus, vox rauca, mens conſtat. Dedi ſimilia cum decocto panis etc.

Mai. $\frac{11}{9}$. Nox moleſta. maior anxietas et tuſſis, et color magis flauus, lingua vt heri, dolent hypochondria, heri bis depoſuit aluum talem ac ante, vox rauca, pulſus vt ante reſpiratio bona, paucae ſtillae de naribus. Dedi ſimilia.

$\frac{12}{10}$. Sputa quaedam mere alba, ſpumoſa, tenacia, pulſus melior, tamen febrilis, reſpiratio optima, nullus dolor, mens conſtat, vrina profunde rubra, aluum bis depoſuit ſubfuſcam, foetidam, minus tenuem: tuſſis moleſta eſt: dedi vnc. ß dia od. in emulſ.

$\frac{13}{11}$. Vrina craſſa, turbida, flaua, qualis et heri veſperi, feces magis compactas aluo reddit fuſcas, ſputa tenacia, ſubfoetida, non colorata, copioſa, lingua nitidior, pulſus bonus, vox rauca. Perrexi in iiſ em.

$\frac{14}{12}$. Nox moleſta, vrina vt ante, alui feces vt ante, color faciei vt ante, vox rauca, pulſus magis febrilis, ſputa vt ante, quae ex ſiniſtro latere quaſi prodire ſentit, ſitis maior et ſiccitas linguae et faucium. Dedi cardiac. acidum, gratum, ſuperbibendo decoct. auenae cum vino rhenano.

$\frac{15}{13}$. Bene dormiuit, pulſus bonus, minus febrilis, vrina ſana, appetitus redit, ſputa adhuc quaedam, aluum non depoſuit. Perrexi in iiſdem.

Mai.

Mai. $\frac{16}{14}$. Vox rauca adhuc, color melior, appetitus melior. Perrexi.

$\frac{17}{15}$. Vrina ſana, appetit piſces, vox rauca, color melior, aluum coactam depoſuit, lingua ſatis nitida. Perrexi in iiſdem.

$\frac{18}{16}$. Nox moleſta. tuſſis valida, ſputa copioſiſſima, tenacia alba, aluus foetida, vrina ſanae ſimilis, pulſus et reſpiratio bona. Dedi oxym ſcillit cum ſyr. diacod. aq. foenic.

$\frac{19}{17}$. Satis bene ſe habet. Perrexi in iiſdem.

$\frac{20}{18}$. Heri bene ſe habuit, comedit bene, vrina craſſa, lingua ſatis nitida, pulſus febrilis, debilis, nox moleſta valde, ter aluum foetidiſſimam depoſuit in latere ſiniſtro dolor vt ante fere, et ſputa copioſ tenaciſſima cum ſtriis ſanguineis paucis. Dedi emolliens, leue ſoluens decoctum.

$\frac{21}{19}$. Bis aluum depoſuit foetidiſſimam, febris continua, tuſſis validiſſima, ſputa tenacia vt ante, lingua ſatis nitida adhuc. ſed parum ſiccior, anxietas maior et inquietudo ſatis magna, ſomnus deficit omnino. et viſus quandam dibilitatem ſentit. Dedi emulſum cum leui diacod.

$\frac{22}{20}$. Melius dormiuit, vrina rubra, lingua modice humida, febricula tamen durat. aluum non depoſuit. Dedi ſalem polychreſtum, ſyr. fumar. aq. fumar. ſuperbibendo ſerum lactis.

$\frac{23}{21}$. Nox moleſta, tuſſis continua, ſputa tenacia hinc inde tenuia, color iterum peior, pulſus varius, tuſſis moleſta valde, 5 aluum depoſuit foetidam, flaueſcentem, ſitis

ſitis non adeo magna, ſerum lactis ferre non poterat, vrina ſubſedit lateritia, dedi vnc. j diacod. aq. meliſſ. cort. citri, aq. cinnam. parum et nitri.

Mai. $\frac{24}{22}$. Sputa ſanguinea, tenacia, foetida, dolor in ſiniſtro hypochond. vox rauca, febricula durat, vrina turbida, cum terrore euigilauerat. Dedi lene expectorans ſuperbibendo Caffam mellitam.

$\frac{25}{23}$. Aluum depoſuit ſaepe cum leuamine, lingua nitida, pulſus febrilis, nox inquieta. Dedi acidum cardiacum.

$\frac{26}{24}$. Nox moleſtiſſima, aluum 12 euacuauit cum ſtriis ſanguinolentis, heri depoſuerat aluum nigram, vox magis rauca, dolor totius corporis, febris aucta, lingua ſatis nitida, ſed lingua dolet et gingiuae, anxietas magna, moleſtiſſima tuſſis. Dedi emulſ. anodynum leviter cardiacum.

$\frac{27}{25}$. Vrina ruberrima, quaſi ictericia, reliqua vt ante, ſputa tenacia, ſubpurulenta quaſi, in reliquis omnia ſimilia.

$\frac{28}{26}$. Heri adhuc febricitat, color vt ante, vox rauca, nox magis quieta. Dedi eadem.

$\frac{29}{27}$. Heri valide febricitauit poſt meridiem, vrina ſubrubra, febricitat adhuc, hodie vox rauca, color idem, aluum depoſuit 4 vel 5 ſubflauam, foetentem, heri ſomnolentus fuit, hac nocte modice dormiuit, appetitus deficit, ſitis modica. Dedi ſal. polychr. ſyr. diamor. aq. cinnam. citri, meliſſae.

$\frac{30}{28}$. 12 aluum depoſuit foetidam ſine leuamine, febris pergit, color peior, anxietas maior, vrina [illegible], reſpiratio parum magis anheloſa, gingiuae al[illegible],

tu[illegible],

tument, et valde dolent, vti et lingua. Dedi leue emulſ diacod.

Mai. $\frac{31}{20}$. Poſt meridiem ſe ſemper peius habet, et magis angitur, vrina rubra, alui fluxus ſemel fuit ſed foetidiſſimus, color faciei peior, gingiuae dolent, et tument vt heri, ſomnolentus eſt, et erectus in lecto plerumque ſedet, et tunc continuo nictitat, et dormit, dedi emulſ. cum tinct. cinnam. ſyr. menth. aq. cort. citri.

Iunii $\frac{1}{35}$. Situs erectus, anxietas ſumma, heri ſomnolentus fuit tota die, hac nocte ſumma anxietas, oculi languidi, color peſſimus, febris, ſitis. dedi tinct. cinnam. ſyr. myrtin. ſp. vitae Math. nitri dulc. aq. meliſſae. Periit hodie poſt meridiem.



Vidi in puerpera, gemellos enixa, febrim validam cum ſuppreſſione lochiorum tertia die, ventre duro et dolente admodum: applicui foment: ex ſapone et herbis emollient: dedi ol. amygd. et decocta aperientia, et emulſa farinoſa magna copia; incepit aluus fluere viridia foetidiſſima cum leuamine.

## *Pleuritis.*

Mai. $\frac{21}{3}$. Homo 30 annorum faber lignarius valido labore corpus exercens per 14 dies a minimo frigore ſubito veſicis magnis in cute corripiebatur, poſtea per 2 dies diarrhoea bilioſa, foetidiſſima laborauit, dein die 19 incepit febricitare: poſt de nocte doluit hypchondr. ſiniſtrum, heri cum febris continua eſſet, pulſus ſatis plenus, et calor magnus, V S. ad ℥ viij. Dedi antiphlogiſtica

ſtica leuiter acidula. Inueni hodie ſanguinem non inflammatorium, aluus pergebat fluere, febris continua non adeo valida, tuſſis moleſta, dolet pectus ſiniſtrum ſub mamilla, caput dolet. Fomentum applicui, et dedi decoct. ex radic. graminis, alth. etc.

Mai. $\frac{22}{4}$. Febris minor longe, lingua humidior, vrina modice colorata cum nubecula verſus fundum, ſputa copioſa, alba, tenacia ſed cum leuamine, dolor lateris longe minor, aluum adhuc bis vel ter liquidam depoſuit. Dedi decoct. emoll. pectorale. Veſperi lingua ſiccior erat, dolor lateris ſiniſtri recruduit; valida inſpiratione exacerbatus, tuſſis erat, et dolor ab imo hypochondrio lata plaga aſcendebat ad axillam vſque, pulſus plenus ſed mollis, cum terrore euigilat: balnea pedum iuſſi, epiſpaſtica, V. S. fomentum ex ſapone veneto, aqua et lacte applicui. Dedi mixt. dr. iij nitri, vnc. j diacod. vnc. ij ſyr. alth. aq. meliſſ. vnc. v ſuperbibendo Caffam mellitam.

$\frac{23}{5}$. Sanguis leuem cruſtam inflammat. habuit, nox laborioſa, inſomnis, dolor minutus parum, et verſus abdomen vergens, reſpiratio adhuc vtcumque moleſta: vrina craſſa, turbida, rubra per 5 horas ſteterat ſine ſedimento, credo quod ſubſidebit, lingua modice humida, tuſſis adhuc durat, ſputa tenacia, magis parum flaueſcentia. Dedi decoct. aper. leuiter diureticum.

$\frac{24}{6}$. Nox ſine ſomno, lingua modice humida, reſpiratio adhuc impedita, in imo hypochondrio dolor, ſputa tenacia moleſte educenda, vrina profunde rubra quaſi icteritia, aluus non reſpondet bene. Dedi decoct.

tama-

tamarind. gram. bardan. ſcorzon. ſyr. fl. viol. ſal. polychreſtum.

Veſperi vrina ruberrima, icteritia apparebat fere, ſed tamen non tingebat linteum colore flauo, pulſus durus, fortis, febrilis, reſpiratio adhuc impedita, in natibus paruae puſtulae dolentes, lingua ſicca, in medio nigra et fiſſa, prae ſiccitate: applicui lateri adhuc dolenti empl. meliloti, et dedi emulſ. ex auena cum ſyr. diacod. parum, ſerum lactis cum acetoſa petebat ipſe et dedi.

Mai. $\frac{25}{7}$. Serum illud potauerat; hac nocte cum ſonitu crepante in hypoch. ſiniſtro aluus euacuabatur foetida, valde glutinoſa, cum leuamine; lingua humidior, ſputa tenacia, alba prodeunt, dormiuit melius: dedi ſal. polychr. dr. ij ſyr. cich. vnc ij aq. cichor. vnc viij ſuperbibendo ſerum lactis. Vrina parum ſubſederat.

$\frac{26}{8}$. Aluum prius viridem, poſtea flauam inſtar vitelli ouorum (vt vidi) 8 depoſuit. ingentem copiam ſeri lactis cum acetoſa coctam potauit, pulſus et reſpiratio melior, dolor tamen lateris aliquis, vrina ſubſedit diuulſa, lingua humidior. Dedi ſal. polychr. ſyr. fumar. aq. cichor.

$\frac{27}{9}$. Delirauerat hac nocte ſed leuiter, et dein dormiuerat, aluum pergit deponere cum leuamine, vrina ſubſedit, omnia eadem.

$\frac{28}{10}$. Nox commoda, vrina ſubſedit lateritia, febris nulla, lingua ſiccior, appetitus redit, latus non dolet, niſi dum tuſſit. Dedi ſalem polychr. ſyr. 5 rad. cum tinct. myrrhae, et reliqui. Conualuit.

 *Paro-*

## *Parotis.*

Mai. 23. Annorum 52 hyſterica ſibi V. S. curauerat die 21 ſine ratione, heri ſubito in latere ſiniſtro ſenſit dolorem punctorium ſummum, cum vrinae limpidae crebra excretione; dixit ſe febricitaſſe, ſed non credo, hodie pulſus exilis non febrilis, vrina ſana, lingua humida. Dedi lenia antihyſterica.

24. In omnibus melius ſe habuit, dolor euaneſcebat breui, vires redibant, in eodem continuaui.

25. Vrina ſubſedit ſatis copioſo ſedimento, febris nulla, pulſus longe validior, dolor pectoris fere euanuerat. Dedi leniſſima antihyſterica ſuperbibendo infuſ. roriſmar. et rutae.

Aug. $\frac{11}{2}$. Heri ſubito ſenſit ſub maxillae angulo paruum tuberculum. Heri dixit ſe febricitaſſe, hodie vix febricitat, ſed nunc ingens parotis deglutitionem impediens. Applicui emolliens cataplaſma, et dedi decoct. tamarind. cum nitro, et rob ſambuc.

$\frac{12}{3}$. Non depoſuit aluum, ſudauit validiſſime, non po[illegible] ſurgere, quin in animi deliquium caderet, lingua ſicca, tumor minuitur, febris durat cum pulſu debili, oculi rubent, vox rauca, deglutitio melior, leuamen ſentit circa dolorem. Dedi rob ribeſ. ſamb. nitrum, ſerum lactis.

$\frac{13}{4}$. Heri dixit ſe laboraſſe febre validiſſima, nox modice quieta, lingua ſicca, tumor parotidis minor, caput dolet, febricitat valide, reſpiratio vtcumque impedita, vrina ſubrubella cum ſedimento pauco, albo, nubi-

nubiformi, raro, vrina foetet, heri ſemel aluum, hodie validiſſime nigram foetidam materiam depoſuit. Dedi rob ribeſ. lap. prunell. aq meliſſ. bilem vomuit.

Aug. $\frac{14}{5}$. Nox ſatis quieta, parotis minuitur, hac nocte totum corpus incepit dolere, febris non magna, lingua humidior, vrina leuiter colorata plus quam ſana cum aliquo ſedimento circa fundum, tota nocte ſitiuit, aliquis tamen fuit appetitus. Dedi decoct. 5 rad. cum ſyr. 5 rad. et ſale polychreſto. Semel aluum heri depoſuit, reſpiratio melior ac heri et minor anxietas, poſt ſomnum ſe refectam ſenſit.

$\frac{15}{6}$. Vrina ſubturbida, omnes artus validiſſime dolent arthritico quaſi dolore, ſic vt immobilis iaceat, febricitat, ſolum caput liberum eſt, reliquum corpus dolet horrendum in modum. Dedi decoct. ex emollientibus herbis, et nitrum cum rob ſamb. et aq. fl. ſamb.

$\frac{16}{7}$. Dolor per artus minor: ſudauit pulſus paruus, ſed celerior tamen, calet, delirauit, brachia non poteſt mouere, lingua humida vtcumque, vrina cum craſſa nube circa fundum. Dedi emulſum, reſpiratio breuior.

$\frac{17}{8}$. Reſpiratio impedita magis, facies ſudans, calor ſatis magnus, tamen pulſus paruus et celer, nox modice quieta, loquela impedita. Dedi rob ribeſ ſyr. citri, rubi idaei, aq. meliſſ. ſp. nitri dulc. nitrum. Periit hora 7 veſpertina.

## *Pleuritis.*

Mai. 23. Homo 30 annorum, ſp. vin. indulgens et ebrioſus ante annum laborauerat quartana tota hyeme,

nunc per aliquot dies peſſime debacchatus incepit aegrotare 22 huius menſis. Inueni hodie febricitantem valide cum dolore magno lateris ſiniſtri, pulſu adhuc ſatis pleno, color erat flaueſcens iam dudum, reſpiratio erat impedita. V. S. et dedi ſumma antiphlogiſtica.

Mai. 24. Sanguis non erat inflammatorius, aluum depoſuit viridem foetidiſſimam ſaepiſſime, ſaepe ipſo inſcio, reſpiratio denſa et quaſi binis vicibus ſucceſſiuis peragenda, pulſus paruus vix ſenſibilis, dolor circa vmbilicum ſecundum poſituram corporis varians. Dedi emulſ. cum aq. cinnam. et pauxillo diacodii. Veſperi inueni erectum ſedentem in lecto, oculos protuberantes, pulſum ſimilem, et reſpirat. vt ante, leue delirium, quod praedixi augendum breui.

25. De nocte valide delirauerat, reſpiratio vt ante et pulſus, ſputa ſanguinea, ſpiſſa, lingua ſicca. Mortuus eſt circa vndecimam matutinam.

## *Angina.*

Mai. 27. Annorum 21 puella febre quartana tota hyeme laborauerat: heri ſana, de nocte ſubito corripitur angina inflammatoria, applicuerant empl. de laudano et ſpir. vin. calidum. V. S. dedi purgans antiphlog. cataplaſma emolliens collo applicui: os colluendum infuſo fl. ſamb.

28. Hodie mane dolor idem S. V. non bene facta fuerat, iuſſi repeti, bis aluum depoſuerat, febris durat, adhuc balnea, fomenta applicui, dedi nitrum, rob ſamb. aq. fl. ſamb. V. S. iterum nimis parua fuit.

Mai.

Mai. 29. Heri vesperi parum melius se habuit, sed dolor et inflammatio versus ventriculum videntur perrexisse, nam dolebat circa cardiam et lumbos, et dum vel lingua aliquid tangebat, reuomebat: hac nocte somnus turbatus, non reficiens, vrina subturbida aliquid valde diuulsi habebat, tussicula nunc, dolor circa cardiam et lumbos vt heri, bis aluum deposuit; maior anxietas, situs erectus spontaneus in lecto, pulsus non adeo fortis tamen febrilis, deglutitio difficilior. Dedi decoct. emollientiss. cum nitro et syr. alth.

Circa meridiem vrina erat flaua, turbida, febris vehementia aucta, deglutitio penitus impossibilis, dolor acutissimus sinistri lateris per tota hypochondria dispersus validissimus, respiratio impedita, clysma applicui, balneum pedis, venam pedis secui.

Vesperi vidi sanguinem inflammatorium sero dilutum, lingua sicca erat et subfusca, deglutitio omnino libera, sed dolor summus in vtroque hypochondrio, imprimis dextro respirationem impediens, situs erectus, et dolor ad minimum motum corporis immaniter auctus, pulsus celer, mollis. Dedi clysma antiphlogisticum, mixtur. ex nitro, et emulsum auenaceum: vrina non valde colorata habebat sedimentum diuulsum album.

$\frac{30}{4}$. Nox molestissima, deglutitio libera, sed dolor vtriusque hypochondrii immanis cum febre satis valida, sed tamen pulsu non adeo pleno, vrina vt heri: dedi foment. ex emollientissimis herbis, semine lini, et sapone veneto.

Circa meridiem dolor erat leuatus, pulſus mollis, celerrimus, reſpiratio adhuc verſus ſuperiora pectoris libera, delirii inſtantis ſigna. Perrexi in iiſdem.

Dolor in vtroque hypochondrio parum mitigatus hoc fomento, durat tamen: ad minimum motum corporis immaniter exacerbatus, reſpiratio magis laborioſa, lingua fuſca, ſicca, ſemel inſcia vrinam dimiſit, et reſponſum parum ferocius: ſomnolenta fuerat, dein moleſte euigilans. Dedi decoct. emollient. nitroſum cum ſyr. alth.

Mai. $\frac{31}{5}$. Nox moleſta fuerat penitus, pulſus celerrimus, non potuit aſſumere medicamentum, ſitus reſupinus, dolor ad minimum motum immaniter auctus, lingua ſicca. Dedi acerbum prognoſticum et gratum cardiacum. 12 hora meridiana periit.

### *Pleuritis.*

Mai. $\frac{31}{1}$. Annorum 56 ſana vixerat diu, et adhuc hodie dum domum mane mundat, ſubita corripitur horripilatione, dein dolore dextri lateris, qui aſſumto ſp. leuiſtici ſedabatur vtcumque, tamen dolorem et grauitatem omnium artuum ſenſit, non ſitit, febricitat parum. Dedi decoct. 5 rad. aperient.

Iun. $\frac{1}{2}$. Vrina ſana fere, dolor auctus, nox tamen placida, febris parum maior, gingiuae ſcorbuto exeſae, lingua parum ſiccior. V. S. fomentum ſaponis applicui lateri; dum oſcitat, et tuſſit, dolor multum augetur, dedi decoct. gramin. bardan. ſcorzon. nitrum, rob ſambuc.

Iun.

Iun. $\frac{2}{3}$. Heri tota die ſomnolenta fuit, febris mitis pergit, lingua ſiccior, vrina parum colorata magis quam ſana, aliquid flaueſcentis in facie, dolor dextri lateris non niſi valida tuſſi ſenſibilis, appetitus modicus, ſitis, reſpiratio ſatis bona. Dedi decoct. bardan. ſcorzon. gramin. 5 rad. ſyr. 5 rad.

$\frac{3}{4}$. Dum tuſſit, dolet latus, aliter non ita, vrina ſubrubra, aluus cocta nigreſcens, pulſus aliquid intermittentis habebat, dormiuit ſatis bene, debilitatem ſentit, lingua fuſca, ſubnigra in medio, ſitis magna, color vt heri. Dedi rob ribeſ. ſyr. citri, ſp. nitri dulc. aq. meliſſae.

Color flaueſcens, aluus coacta, nigricans, vrina ſubrubra, lingua ſiccior parum ſubfuſca, febris durat adhuc. Dedi nitrum, ſyr. rub. idaei, aq. cort. citri, meliſſ. etc.

$\frac{4}{5}$. Hodie mane melius ſe habebat, hinc in iiſdem perrexi; ſed poſt meridiem euigilans dolorem ſenſit immanem, licet non reſpiraret, in dextro latere: febris maior, pulſus tamen non adeo plenus, lingua ſubfuſca, color adhuc flaueſcens leuiter. Applicui clyſma, et dedi leue emulſ. nitroſum cum diacodio.

$\frac{5}{6}$. Lingua ſicca nigrior, habitus proiectus, volae manus calent valide, reliquae partes non ita, vrina vt ante rubra, color faciei vt ante, decubitus in dorſum ore aperto, hac nocte leue delirium, pulſus celer, in ſimilibus perrexi. Periit poſt meridiem.

## *Angina.*

Mai. 31. 50 annorum ante 10 annos hydrope laborauerat, nunc aliquot ſeptimanis ictero fere ſanato vitriol.

♂. diluto in aq. superbibendo serum lactis cum fumar. taraxaco etc. decoctum, die 8 ingenti dolore lumborum corripiebatur, os incipit cadauer olere, in latere sinistro faucium sub lobo auriculae dolor ingens, deglutitionem impediens: strictae iam erat et atrabilariae temperiei, febris non adeo magna, imo vix vlla, totum corpus incipit dolere: balnea pedum iussi, cataplasma emolliens faucibus applicui, purgans dedi antiphlogisticum.

Iunii 1. Vrina tenuis, aluum deposuit foetidissimam saepissime, fauces melius se habent, febris nulla, oris foetor, dolor lumborum: dedi acidum ex sp. nitr. cum rob ribes. samb. aq. meliss.

2. Foetor oris adhuc, febris nulla, deglutitio satis libera, vrina vt heri. acida appetit. Dedi os colluendum, cum sp. salis tinct. myrrh. muriae limon. melle ros. aq. sambuc. et idem medicamentum vt heri.

3. Satis bene se habebat, de dolore lumborum conquerebatur, vidi arenas in vrina: dedi decoct. ex rad. petros. glycyrh. foenic.

4. Vrina sanae similis cum sabulo, pulsus bonus non febrilis, bene se habet in omnibus, dolor lumborum, qualem dixit se ante duos annos habuisse, dato acri balsamo diuretico et euacuata pituitae ingenti copia, per vrinam cedenti. Dedi mannam cum tinct. croci, succo citri, aq. cichor. superbibendo serum lactis.

5. Bene se habet, dolor lumborum euanescit. Dedi idem medicamentum.

Iun.

Iun. 9. Diarrhoea leuis, pulſus bonus, vrina ſana, in reliquis bene ſe habet, foetor aliquis in ore, nulla ſitis. Dedi acidum cardiacum gratum. Conualuit.

## *Febris remittens.*

Iunii 14. 17½ annorum 12 Iunii incepit aegrotare, tenerae, vt videtur, ſed tamen ſanguineae temperiei, doluit caput euigilanti, heri ſe peius habuerat, ſumſit pillulas purgantes, inde aluum valide depoſuerat, amaror oris erat, hodie circa meridiem ſenſit febrem ſubrepentem, hodie mane ſe melius habuerat; hinc credidi eſſe intermittentem. Bile per calores aſpera, lingua non erat valde obſita, oculi languebant quaſi: dedi nitrum cum rob ſamb. ribeſ. aq. meliſſ.

15. Heri modice ſe habuit, ſed circa veſperam ſummo calore excanduit, amaror oris, nox modice quieta, vrina fulua, limpida, febricula, reuomuit aſſumta, oculi languent, caput minus dolet: dedi rob ribeſ. ſambuc. ſal. polychr. ſpir. nitr. dulc. aq. meliſſae.

16. Heri veſperi friguerunt pedes, caluerunt manus, de die moleſte habuit, de nocte dormiuit ſatis bene: facies roſea hodie, oculi languidi, febricula, ſitis, amaror oris, appetitus nullus, vrina turbata, mens conſtat. Dedi gratum, acidum medicamentum cum ſp. ſulph. per campan.

17. Febricula durat adhuc, lingua ſordida magis, reſpiratio commoda, oculi languent, heri veſperi puſtulae rubrae, inſtar morſuum pulicum in manibus et pedibus, heri calebat valide, dolor capitis minor, vrina fulua,

bene dormiuit, amaror oris, sitis, appetitus nullus. Dedi sp. sulph. per camp. rob ribes. syr. fl. violar. nitrum, aq. fl. samb. melissae.

Iun. 18. De nocte dormiuit, heri alicuius leuis delirii signa habuit, debilitas summa, dum surgere de lecto vult: vrina vt ante, heri vesperi iterum quid similis efflorescentiae in cute habuit, lingua sicca, amaror oris, aluum saepe deposuit foetidissimam, halitus oris foetidus, febris aucta potius, quam minuta. Dedi sp. nitri dulc. rob ribes. syr. fl. viol. aq. meliss. superbibendo decoct. panis cum vino rhenano, somnolentus iacet.

19. Heri 5 aluum deposuit foetidam, subfuscam, aliquando ipso nescio, valde somnolentus fuit cum leui delirio, lingua sicca valde et aspera, viscida dentibus circumnascuntur, febricula durat, habitus proiectus, vrina turbida, tota nocte sine sedimento steterat, hodie mane emissa habebat nubeculam leuiter fuluam, nil potat, nec sitit prae insensilitate; dedi fraga recentia cum aq. hord. trita cum sp. nitr. dulc. etc. nitro ipso.

Aluum saepe deposuit fere inscius fuscam, foetidam vt ante, vrina vt hodie mane, lingua et dentes similiter, pulsus paruus, celer, febrilis, calent tamen valide manus, non sitit tamen, mens parum melius constat, somnolentus est; habitus in lecto iacentis satis bonus. Dedi leue emulsum confortans.

20. Inueni, quod hac nocte bene dormiuerit, vrina fulua cum nubecula versus fundum, lingua parum humidior, sitim sentit, alacrius respondet, pulsus celer et debilis, respiratio satis bona, circa dentes illud viscosum nigre-

nigreſcit. Dedi rob ribeſ. tinct. cinnamomi, aq. meliſſ. ſp. nitr. dulc.

Semel vel bis aluum depoſuit, monens, ſed retinere vix potens, vrina vt ante, pulſus febrilis quidem, ſed melior, calor ad extrema vſque vtcumque mordax, lingua nitidior, ſitis iam adeſt, mens melius conſtat, nec adeo ſomnolentus eſt, circa dentes viſcida illa ſeparantur; dedi leue emulſum.

Iun. 21. Nox modice quieta, vrina tenuis, magis decolor, lingua ſicca, non tamen tam fuſca, aluum deponit ſubflauam, foetidam, ſemifuſam quaſi; ſed non poteſt retinere, febris minor parum, facies collapſa. Dedi tinct. cinnamomi, rob ribeſ. ſp. nitr. dulc. aq. meliſſ. citr.

Veſperi vrina adhuc tenuis, dies moleſta, aluus pergit fluere, ſed parcius, puſtulae inſtar morſus pulicum in pedibus apparuerunt, ſubito euanidae, febris ſatis mitis, viſcoſa circa dentes, lingua parum humidior, reſpirat ſaepe cum nixu quodam, poſtea iterum ſatis placide, ſitis magna ſatis. In ſimilibus perrexi.

22. Vrina tenuis adhuc, febris minor, nox turbulenta, aluus fluxit adhuc, ſitim non ſentit, licet lingua eſſet picea, mens tamen conſtat. Perrexi in ſimilibus. Veſperi inueni calentem ſed aequabiliter, colorem pulchrum labiorum, linguam magis humidam, ſemel aluum depoſuerat, ſed conſcius fuerat. Dedi ſimilia.

23. Vrina ſanae ſimilis, aluum depoſuit inſcius adhuc, fuſcam, foetidam, febris parum maior, ſed tamen non multum, lingua ſiccior parum, ſomnolentus erat tota nocte, et nullum dolorem ſenſit. Dedi ſimilia.

Iun. 24. Aluum depoſuit flauam, foetentem, lingua vt heri, ſed incipiunt ſecedere a lingua aliquae pelliculae, leuis febricula, ſomnolentia, ſitis modica, nox ſatis quieta, vrina pallidior cum nubecula. Dedi ſucc. citr. fl. viol. aq. cinnamomi, meliſſae, cort. citr.

25. Dormiuit commode, lingua nitidior, aliquid appetit, pulſus ſatis bonus, ſudauit toto corpore, vrina vt ante: dedi leue decoctum ʒ ſantalor. et ſaſſafr.

Vrina coloratior, ſana, aluum non depoſuit, lingua ſiccior, febris maior, dormit ore aperto, proiecto habitu, et facie collapſa, tuſſit, viſcida circa dentes colliguntur: dedi decoct. hord. aq. citri, rob ribeſ. ſyr. fl. violar.

26. Sudauit de nocte, ſed manibus frigidis vtcumque, lingua nitida, vrina tenuis, febris iam nulla, dormiuit ſatis bene, appetit melius, comedit fraga, et ſatis bene ſe videtur habere. Dedi decoctum aperiens ex bardana, gram. ſcorzon. foenic. veſperi ſe bene habuit, carnem comedit aliquantulum, non grauatus inde, vrina parum coloratior, febris nulla fere, reſpiratio bona.

27. Vrina ſubſedit, febris nulla, facies naturalis, nec oculi amplius languidi, lingua ſubflaueſcens adhuc, pulſus, reſpiratio, optima. Dedi leue diureticum medicamentum.

Veſperi vrina tenuior, ſine ſedimento, comedit aliquid, nunc plus languet, leuis tuſſicula eſt; dedi cardiacum ex ol. cinnamomi cum ſacch. contraierua.

28. Senſim plus appetit, febris vix vlla, bene dormit, vrina tenuior facta, ſed parum languebat. Dedi leue infuſ. contraieru.

Iun. 29. Omnia eadem. Perrexi vt heri.

30. Omnia meliora. Perrexi.

Iulii 2. Conualeſcit.

11. Poſt grauamen in abdomine diarrhoea correptus cum leuamine fuit. Dedi vinum abſinth.

## *Cardialgia.*

Femina 34 annorum poſt labores ſummos magno ſub aeſtu ſubantlatos, et forte frigidam potatam ſenſit in abdomine dolorem ante 5 annos iam, nunc dum mouet corpus vel parum ſupra umbilicum locum premit, dolorem ſentit, dum ſe ſubito vertit in lecto, grauis corporis motum ſentit; 4 horis vel 5 poſt cibum aſſumtum dolet, acidum ſaepe eructat, a frigido potu aſſumto, ab aſſumtis fructibus horaeis plus dolet, ſed ſimul ac grauida eſt, dolor euaneſcit toto grauiditatis tempore, non rediens, aliquot poſt partum menſibus rediit. Dedi aq. menth card. bened. lap. 69 ſyr. diacod.



Mulier 38 annorum ante 9 annos poſt terrorem magnum incepit ſummis abdominis torminibus vexari; illi ex latere ſiniſtro plerumque per ventrem diſperguntur, dein ad lumbos, dein ſurſum vergunt, violente vomit ſine leuamine, nec a cibo ſumto acerbatur dolor, ſenſim iterum recedit, dum grauida eſt liberatur omni dolore, poſt partum redit, circa veſperam exacerbatur ſemper, gingiuae ſcorbuticae, vrina ſana. Dedi pillulas antiſpaſmod. et mixt. ſimilem antiſcorb. cum opio.

*Vario-*

## *Variolae ſpuriae.*

Iul. 25. Annorum $4\frac{1}{2}$ die 23 veſperi incepit febricitare vt dicunt, vti et heri veſperi, et tunc eruperunt puſtulae in facie, et per totum corpus rubrae, tumentes valde, diſcretae, nulla febris nunc erat, hac nocte bene dormiuit, lingua parum obſita. Dedi leue antiphlogiſticum.

26. Fraga manducauit, appetitus vix multus, lingua nitida, dicunt heri febricitaſſe, non ſitit multum, puſtulae rubent, in medio iam albeſcunt, bene ſe habet, alacris eſt. Dedi ſimilia.

27. Incipiunt exſiccari parum, lingua obſita, dormiuit bene, appetitus bonus, bene ſe habet in omnibus. Dedi idem medicamentum

28. Exſiccata omnia. Conualuit.

In eadem familia adhuc puella 8 annorum, et puer 9 menſium, et ſerius 22 annorum correpti fuerunt, facile ſanati.

## *Vrina purulenta.*

Vidi in puella 26 annorum vrinam foetidam cum ſedimento mucoſo, vt in calculoſis, ſed ſine vllo dolore vrinae, ſed in latere ſiniſtro obtuſus quidam dolor, potius anxietas; ſed circa cardiam dolor vehemens, et aſſumta ſtatim euomit. Dedi pill. gummoſas cum rheo et terebinthina, inde ſe melius habuit, poſtea curata.

Acuta

*Acuta continua.*

Iun. 25. Die 22 in abdomine ingentem dolorem ſubito ſenſit puella 17 annorum. Die 23 animi fere deliquio correpta, dolet caput acerbiſſime, ſtatim delirauit tota nocte, vrina tenuis, febris valida. V. S. balneum dedi, et decoct. tamarind.

26. Sanguis phlogiſticus, ferox reſponſum, febricitat valde, ſed pulſu debiliori, lingua parum obſita, oculi truces. Balnea pedum, epiſpaſtica etc. et dedi decoct. ſimile, morbum non ſentit, ſed dicit, ſe bene habere.

27. Vrina magis rubra, tuſſit, et heri tuſſiuit, heri ſtatim diarrhoea ſuborta fuit foetidiſſima fere ipſa inſcia effluens. febris ſatis magna, delirium parum minuitur, ſed hac nocte valde delirauit. Dedi emulſ. cum aqua cinnamom.

28. Vrina ſubturbida, pulſus febrilis, tuſſis adhuc, lingua obſita, dolor, at non adeo ac ante, modice dormiuit, ſitis ingens. Dedi idem emulſum petenti.

29. Vrina tenuis parum colorata, ſitis, nox non valde quieta, heri delirauit, tuſſit, et tunc in latere ſiniſtro dolorem ſentit, calidis aſſeribus applicatis ſedatum, cum eruptione flatuum, febris adeſt valida adhuc, caput minus dolet. Dedi decoctum emolliens.

30. Alui fluxus fere inſcia aegra exiens, nox moleſta, febris valida, lingua ſiccior, phlegmata ſtriis ſanguineis referta, nunc parum dormit. Dedi emulſ. cum tinct. cinnamomi, nitr. ſyr. alth. tuſſicula adeſt.

Iul.

Iul. 1. Vrina tenuis, lingua ſicca, fuſca, ſomnolenta fuit, ſed tamen delirat, febris valida, aluum non depoſuit fere. Dedi acidum, detergens medicamentum.

2. Heri male ſe habuit, et delirauit vtcumque et febricitauit, aluum ſaepe depoſuit cum leuamine, de nocte ſatis bene dormiuit, lingua melior, febris minor: dedi gratum acidum cardiacum.

3. Vrina citrina, dormiuit, modice febricitat, lingua nitidior, humidior, ſitit valde, tuſſis moleſta. Dedi nitrum, ſyr. diacod, aq. fl. rhoead. alui fluxus minutus.

4. Vrina vt heri, ſed parum coloratior, lingua nitidior, vox rauca, heri dicunt valida febre laboraſſe, nox modice quieta, ſitis valida, nullus appetitus, ferox reſponſum, tuſſis adhuc valida: dedi decoct. emolliens pectorale.

5. Vrina tenuis, delirauit, anxietas magna, ouum comederat, ſed inde vomuerat, in latere linguae tuberculum a ſcabro dente, tuſſis adhuc vexat, et febris. Mel roſar. cum croco et aq. ſambuc. linguae applicui; dedi rob ribeſ. aq. meliſſ. nitr.

6. Vrina modice colorata, nox quietior, lingua nitida, febris minor; dedi leue cardiacum, gratum acidulum.

7. Omnia eadem. Dedi ſimilia vti die octaua.

9. Heri dicunt febricitaſſe, vrina vt ante, appetitus deficit, lingua nitida, febris minor, in gutture ſiccitas quaedam, hinc ſitis maxima, aluus reſpondet. Dedi rob ribeſ. ſamb. cum ſero lactis ſuperbibendo.

10. Melius parum ſe habet. Dedi eadem.

Iul.

Iul. 12. Febris videtur parum exacerbata fuiſſe. Heri calore et ſiti manifeſta, ter vel quater depoſuit alvum, nox quieta ſatis, tuſſit vtcumque, lingua nitida, appetit fraga, et comedit. Dedi cardiacum et acidulum.

## *Caſus in cadauere viſus a domino Simonis, Medico Colonienſi.*

Annorum 20 ſutor dolore acerrimo vtriuſque lateris et ſcapularum regionis correptus ad ſingulam reſpirationem eiulabat miſerrime: poſt V. S. balnea, potus antiphl. poſt triduum ſanatus videbatur, ſed debilis maxime: profuſe ſudauerat ab applicatione fomentorum: ſanguis non erat phlogiſticus, ſed aquoſus cum inſula tenerrima, ſtatim frangenda; manſit aluus ſtricta, et potator erat *genevre*: poſt 8 dies iterum dolor ingens cum tumore abdominis. Ante 10 menſes peſſime verberibus exceptus, poſtea de doloribus medii dorſi conqueſtus fuit, et multum olei terebinthini ſumſerat, nullum clyſma aluum duxit, abdominis tumor et dolor creuerant, et dolebat abdomen in omni loco, et tenſiſſimum erat, pulſus non multum febrilis; clyſmate tabacario et ſuppoſitoriis duae vel tres egeſtiones fecum factae fuerunt mediocris conſiſtentiae, flauae, foetidiſſimae ſed ſine leuamine, ambo crura, dextrum inprimis, tumebant tumore elaſtico, vrina commode excepta, ſaturate flaua, pellucida ſine ſedimento. Poſt 3 ſeptimanas circiter ab vltima viſitatione, ingens ſanguinis copia per aluum ſeceſſit cum horripilationibus, et 2 vel 3 ſanguinis puri vomitionibus, pedes ſenſim detumeſcebant,

T obſcu-

obſcurum delirium, dolor et tumor abdominis manebant, 8 ſeptimanis his conflictatus periit.

In cadauere haec erant. Panniculus adipoſus abdominis ſine pinguedine, cauum abdominis, ventriculi, tenuium inteſtinorum aqua pleniſſimum, hepar naturale, veſica fellis laxa, et ſemiplena, lien et pancreas aequaliter mollia, veſica vrinaria ſemiplena; regio dextri renis in tantum tumorem elata vt $\frac{1}{4}$ abdominis occuparet, ren dexter triplo maior ſiniſtro ſano, glandulae renis dextri ſolutae a ſe inuicem inſtar maioris iuglandis, inferior medietas habebat ingens interſtitium inter has glandulas, in quo erat materies mollis, flaua, granuloſa, inſtar mellis ſine foetore, thorax omni aqua vacuus, pulmo liber et mollis.



Iul. 14. 36 annorum corpore frigidam admiſerat auram, hinc in abdomine dolorem ſenſerat, dein ad humerum vergentem, pulſus leuiter febrilis. Dedi decoct. aperiens, ſed veſperi dolor recrudeſcens, vnanimiter iubebat V. S.

15. Sanguis pleuriticus, febris fere nulla, dolor euanuit. Dedi decoct. purgans antiphlogiſticum ex tamarind. etc.

16. Conualuit. Similes caſus plures vidi.

*Angina.*

Iul. 25. Annorum 64 heri ſana, frigori ſe imprudenter, vt credit, expoſuerat, heri veſperi correpta fuit acerrimo dolore gutturis ad latus dextrum aſperae arteriae,

arteriae, parum ſub cartilagine cricoidea, deglutitio erat omnino impoſſibilis, et vbi hic locus digito tangebatur, acerrime dolebat; reſpiratio bona, pulſus vtcumque febrilis. Iuſſi V. S. balnea pedum, cataplaſma molliſſimum, et iuſſi, eluta prius aluo per aq. et mel, clyſma fortiſſimum iniiciendum purgans: inde ſatis purgata; ſanguis non multum phlogiſticus.

Iul. 26. Hodie circa 12 meridianam incepit poſſe deglutire, febris valida, ſed εἰς πλεύμονα ἐτρέπετο; iuſſi potare ſerum lactis, balnea pedum, epiſpaſtica etc. applicare.

27. Nox moleſta, et conatus rectaj ſedendi, pulmo repletus ſtertit, vix quid iterum deglutire poteſt, febris minor, vrina craſſam nubem habet verſus inferiora vti et heri, dolor ingens lumborum. Dedi linct. pector. ex ol. amygd. dulc. cum ſero lactis: periit hora 7 veſpertina.

## *Hepatis obſtructio.*

Aug. 18. Puella 25 annorum circiter, culinae operam dans, magnos calores paſſa, die 10 Aug. incepit aegrotare, in lumbis et abdomine magnum dolorem ſentire, poſtea in latere dextro dixit ſe dolorem ſenſiſſe. V. S. in pago, vbi erat, et inde leuamen aliquod habuit, paulo poſt dolor parum recruduit; die 14 inueni ſine febre ſe ſatis bene habentem, ſed conquerebatur de anxietate quadam; credidi aliquid bilioſi corrupti hic haerere; dedi purgans, quod parum operatum fuit: ſequenti die, cum nauſea et amaror oris ſuaderent, dedi gr. xxv. ipecac. inde tamen vix vomuit, poſtea an-

xietas magna rediit, et noctem duxerat inquietissimam: clysma iniectum nigras duxit feces: heri post summam anxietatem vrina erat icteritia, cum aliqua cutis flauedine. Dedi tunc magnam copiam decoct. aper. hodie vrina minus flaua: in sinistrum latus non potest decumbere, quin ingens anxietas obrepat: dum resupina iacet, versus guttur ascendit: in dextro latere durities, non dormiit, sed anxietas summa, febris non magna, menses ante consuetum tempus fluunt, respiratio impedita, et breuis. Dedi decoct. 5 rad. tarax. salem polychr. etc.

Vesperi bis aluum deposuerat fuscam, foetidissimam cum magno leuamine, non dormiuit hac die, pulsus non febrilis, respiratio liberior, dolor tamen adhuc in dextro latere, quia plures noctes duxerat insomnes. Dedi leue diacodiat.

Aug. 19. Nox satis placida, febris nulla, anxietas omnis nondum euanuit. Dedi idem magnum decoctum, vt heri.

20. Heri bene se habuit, hac nocte noua anxietas, hodie mane vrina icteritia, febris nulla, lingua satis nitida, aluum deposuit heri bis foetidam, subflauescentem, hac nocte vomuit, tunc anxietas minuebatur. Dedi decoct. aper. cum copia sal. polychr. etc.

21. Melius se habet, vrina icteritia adhuc satis valde; dedi idem medicamentum.

22. Deposuit aluum saepius subfuscam, et pallidam foetidissimam, vrina minus rubra, febris nulla, anxietas minor, appetitus rediit. Dedi syr. cichor, cum rheo sal. polychr.

Aug.

Aug. 23. Aliqua adhuc anxietas, vrina flaua adhuc, ſed minus colorata quam heri. Dedi oxym. ſcillit. ſyr. cichor. cum rheo et ſal. polychr.

25. Vrina tenuis, non icteritia, bis vel ter aluum depoſuit, melius ſe habet in omnibus. Dedi pillulas ex ſapone veneto, rheo, ſagapeno.

29. Heri adhuc anxia parum fuerat, et aliquid obtuſi doloris in latere dextro ſenſit, aluus laxa erat ab his pillulis. Iuſſi pergere.

Sept. 15. Correpta fuit ictero cum ſummis anxietatibus. Dedi pillulas ſapon. venet. rhei et terebinth. ſuperbib. ſuccum ex cichor. tarax. fumar. leuiter coctum cum magna quantitate ſalis polychr.

## *Acuta continua cum aphthis.*

Sept. 2. Annorum 55, ante aliquot dies laborauit laſſitudine ſpontanea, ſtrictae, melancholicae temperiei, heri ſubito incepit febricitare cum magna anxietate et nauſea, et ventris dolore, vomuit aliquid bilioſi, et per aluum corruptam foetidiſſimam materiam pauca copia depoſuit. Dederam decoctum gram. bard. tamarindor. tota nocte non dormiuit, pulſus parum febrilis, lingua ſicca, glabra, vrina parum coloratior ſana cum nubecula circa fundum craſſa, oſcitat ſaepe. Dedi emet. ex ipec. et dein gr. j. opii. Vomuit ingentem copiam bilis viridis, poſtea flauae inſtar olei lini, foetidiſſimae, poſt aſſumto opio dormiuit, et ſe bene habuit, circa quintam horam incepit plus febricitare, vomuit tunc ſemel, ſed dolor erat magnus in ſiniſtro hypochondrio, circa

limbum coſtarum, ſitit, lingua ſicca, in medio glabra, febricitat, aluum non depoſuit, calorem ſentit in pedibus et volis manuum. Emplaſtrum applicui meliloti, et dedi acidum gratum cardiacum medicamentum.

Sept. 3. Vrina modice colorata ſubſedit, diuulſo ſedimento pauco albo, non dormiuit, anxietas durat, dolor in latere minuitur, caput valde dolet, color flaueſcens, febris minuitur, lingua fere vt heri. Dedi mixt. ex ſale polych. ſp. nitr. dulc. rob ribeſ. ſuperbibendo decoctum aperiens, et iuſſi balnea pedum.

Dolet caput valide, vrina vt hodie mane, aluum non depoſuit, pulſus paruus, parum febrilis. Dedi emulſ. diacod. clyſma applicui, et oxycratum fronti.

4. Non depoſuit aluum multam, tamen inde leuabatur, dolor capitis minor, dormiuit ſatis bene hac nocte, manducauit lac ebutyratum cum appetitu, vrina vt ante, febris minor, dedi idem decoctum. Satis bene ſe habuit, non depoſuit aluum, lingua ſicca, in abdomine dolorem iam non ſentit, ſed caput dolet; dedi idem emulſum et balnea pedum.

5. Dormiuit modice, pulſus febrilis, lingua nitidior, vrina vt ante, caput minus dolet, aluum non depoſuit. Dedi ſyr. fumar. ℥ iij. ſal. polychr. dr. iij. aq. fumar. ſuperbibendo ſerum lactis ebutyratum.

4. Aluum depoſuit, primo duriſſimam, poſtea liquidam, foetidiſſimam, febris modica, lingua ſicca, vox rauca parum, vrina diuulſum ſedimentum conquaſſando miſcibile habet, dolor capitis minor, ſapor putridus adhuc in ore. Dedi acidum gratum cardiacum.

Sept.

Sept. 6. Hac nocte modice dormiuit, ſed tuſſis fecit euigilare, ſputa quaedam dicunt reddidiſſe ſtriis ſanguineis tincta, vrina vt ante, aluum bis depoſuit foetidiſſimam, totum corpus dolet, capitis dolor minuitur, ſitis magna: dedi pulpam tamarind. nitrum etc.

7. 6 vel 7 aluum depoſuit flauam, viridem, bilioſam, foetidiſſimam, nunc febricitat, et dum e ſomno euigilabat, caput dolet, vrina vt ante, dedi leue iulap. refriger. cum pauxillo diacod.

8. Heri ſatis commode ſe habuit, nox modice quieta, vrina vt ante, dum euigilat, bene ſe habet, caput parum dolet, nunc febricitat, lingua ſicca, vomuit hodie mane, et bis aluum depoſuit. Dedi iulap. ex aq. hord. rob ribeſ. etc.

9. Vrina vt ante, heri aegrotauit, et veſperi febris aucta fuit, tamen hac nocte ſatis bene dormiuit, aluum ſaepe depoſuit, primo viridem, poſtea flauam ſatis foetidam, lingua nitida, ſed ſiccior. medicament. heſtern. ferre non poterat, forte nimis acidum, ſe melius ſentit, nec caput dolet. Dedi leue cardiacum refrig. medicam. ſuperbibendo ſerum lactis.

11. Vrina ſubturbida fere vt ante, heri ſingultus obortus fuit, hinc non potuit ferre medicamentum, in pectore obtuſi quid dolentis habet, credo in oeſophago eſſe, aphtharum initium enim in faucibus videram. Dedi emulſum cardiacum.

Reſpiratio breuior, aphthae, vox rauca, diarrhoea durat fere inſcio aegro, febris valida. Dedi idem

emulſum, et clyſma ex terebinth. vitell. ou. lacte, aqua ferrata.

Sept. 12. Nox modice quieta, tamen non dormiuit, tantum ſemel depoſuit aluum foetidiſſimam, melius reſpirat, pulſus adhuc febrilis, lingua parum humidior. Dedi decoct. cort. Peruu. ſuperbibendo decoct. panis cum vino rhenano.

Vrina fere vt ante; aphthae copioſae fauces occupant, ter aluum depoſuit, pulſus aequalis, ſatis fortis, tamen manus frigent, reſpiratio bona. Dedi leue emulſum confortans; hodie labia et lingua tenſione quadam correpta fuerunt, ſic vt nihil deglutiret: durauit per horam.

12. Nox inſomnis, aphthae magis fuſcae, pulſus ſatis aequalis. Iuſſi ſumere reſiduum decoct. cort. Peruu.

Veſperi febris prehenderat, ſed videtur mitior, quam die 10 Sept. pulſus aequalis, mens conſtat, ſingultiuit bis, dum dormiturit, quaedam incondita loquitur, lingua ſub cruſtis aphthoſis humida, oculi humidi, reſpiratio bona, nullus dolor, nulla anxietas, aluum bis depoſuit, flauam, aphthoſam. Dedi emulſ. cum leui diacod.

13. Aphthae albicant, vrina parum coloratior ſana, febris ſatis magna, de nocte dormiuit, tamen cum quibuſdam manuum palpitationibus, lingua tamen humida, bis aluum deponit. Dedi decoct. cort. Peruu. ſuperbibendo leue emulſum.

Veſperi inueni ſimiliter ſe habentem, iuſſi pergere in vſu emulſi.

Sept.

Sept. 14. Nox molestissima, aphthae crassiores, magis fuscae, respiratio impedita, febris augetur, torvum responsum, subsiliunt tendines, respiratio laboriosa; dedi decoctum rad. alth. foenic. raparum etc.

Vesperi vrina erat pallida, febris ingens, os siccum, aphthae spissiores, respiratio admodum impedita; dedi decoct. rapar. betae, syr. violar. vitell. oui etc.

15. Mane hora septima periit.

## *Acuta continua cum bile corrupta.*

Sept. 4. Annorum 29 perterritus ante aliquot dies, incepit 2 Sept. laborare. Heri febricitauit, tota nocte dormiuit, sed cum sensu lassitudinis, calet, pulsus plenus, febrilis, caput dolet, vrina sanae similis, sitit, appetitus nullus, dolor lumborum versus inferiora; heri 4 aluum deposuit, cum pauco leuamine, nausea aliqua, tamen non vomit. Dedi decoct. gram. bard. tamarindorum.

5. Simul ac gustauit medicamentum, aluus soluebatur, validissime foetidissima, viridis, sic, vt inscio fere elaberetur, sub finem flaua exibat materies, vrinavit heri, sed crassiorem nubeculam habet, dolor lumborum et capitis minor, lingua siccior, sitis magna, febris minor, hac nocte parum, sed heri multum dormiuit, pro potu iussi serum lactis, et dedi rob ribes. tinct. cinnamomi, aq. melist.

6. Vrina tenuis, cum nube crassa, diuulsa, inflata, subsidente sensim. Sudauit hac nocte fortiter, lingua sicca, euomit omnia assumta, aluum non deposuit,

pulſus paruus, non adeo febrilis, ſed vomuit heri amara, biliofa, debilitas magna vomitorium vetabat. Dedi emulſum cardiacum gratum.

Sept. 7. Non dormiuit, ter aluum depoſuit, pulſus non multum febrilis, parum fortior, lingua ſicca, vrina ſanae ſimilis cum nubecula. Dedi acidum cardiacum, leuiter diacodiatum.

8. Debilitas magna, tamen pulſus aequalis, reſpiratio bona, manus ſudore frigido madent, heri poſt meridiem febricitauit, lingua humida, in medio tamen parum ſubfuſca, caput parum dolet, non ſitit, non appetit, vrina parum coloratior ſana cum nubecula, bene dormiuit. Dedi gratum acidum cardiacum.

9. Vrina magis colorata quam ſana cum nubecula; heri optime ſe habuit, ſed heri veſperi hora 10 febris prehendit valida, die 7 huius menſis, dum naſum leuiter offendebat, ſtillae quaedam ſanguinis exibant: heri veſperi caput doluit circa frontem, delirauit, et magna narium haemorrhagia ſecuta eſt, ſitis magna, aluum flauam, foetidam deponit. Dedi ſp. ſulph. per camp. nitr. ſyr. viol.

$\frac{10}{9}$. Heri tota die delirauit leuiter, et garriuit, hac nocte leuis haemorrhagia, ſaepius aluum depoſuit, febris iam nulla, pulſus et reſpiratio bona, lingua parum obſita, dedi emulſ. cardiacum.

$\frac{11}{10}$. Non dormiuit, delirauit, haemorrhagia recruduit heri circa meridiem, videbatur exacerbatio circa medium quartae orta eſſe, pulſus fortis, febrilis, ſudat, lingua modice humida, anxietas circa praecordia, forte

quia

quia multum potum ingeſſerat ob immanem ſitim. Dedi ſp. ſulph. per camp. rob. ribeſ. nitri, aq. meliſſae etc.

Sept. $\frac{10}{11}$. Vrina modice fulua cum nubecula, heri aluum depoſuit foetidiſſimam, et piſa ante 11 dies comeſta reddidit, lingua adhuc in medio nigricat, reliqua ſe bene habent, bene dormiuit, dedi detergens acidum gratum medicamentum.

$\frac{13}{12}$. Fortiſſime febricitauit, et tota nocte friguerunt extrema, lingua in medio fuſca, vomuit, haemorrhagia aliqua narium, heri ſexies aluum depoſuit, vrina fulva, pulſus, reſpiratio bona, manus tamen adhuc parum frigent. Dedi decoct. cort. Peruu.

Bene ſe habuit hodie, lingua ſiccior, in medio parum nigra, quater depoſuit aluum foetidiſſimam, nigram, ſitis non magna, ius carnium cum appetitu ſumſit, dedi diacod. pro hauſtu.

$\frac{14}{13}$. Bene dormiuit, vrina ſatis limpida cum nubecula, lingua ſiccior, fuſca, pulſus parum febrilis, aluum non depoſuit, dedi aq. hord. cort. citr. nitr. rob ribeſ.

Hodie ſe bene habuit, appetit, lingua parum ſicca, et in medio nigra, febris prehendit poſt meridiem, ſed non magna: Nihil dedi.

$\frac{15}{14}$. Bene ſe habebat. Dedi iterum decoct. cort. Peruu.

$\frac{16}{15}$ Vrina ſubrubra, lingua humidior, et nigrum illud incipit ſecedere, heri optime ſe habuit, ſed hora decima veſpertina febricitauit, vt dicit, ſatis valide, tamen dormiuit. Dedi rob ribeſ. ſamb. ſal. polychr.

Sept.

Sept. $\frac{17}{16}$. Vrina craſſa, turbida, aluum depoſuit cum leuamine, appetit, dormit, pulſus bonus, lingua adhuc parum fuſca. Dedi idem medicamentum.

$\frac{18}{17}$. Vrina ſubſedit, lingua adhuc in medio nigra, non febricitat, hac nocte ſudauit, et dormiuit aliquid tenſiui circa hypochondria ſentit, bis aluum depoſuit. Dedi ox. ſcillit. ſal polychr. aq. rutae.

20. Vrina ſanae ſimilis, vires redeunt, appetitus, ſomnus bona, dedi conſ. abſinth. cum dr. iij cort. Peruu.

$\frac{22}{21}$. Satis bene ſe habet, ſed non dormiuit, dedi bilem ſupplentia.

Oct. $\frac{1}{30}$. Tertiana febris prehendit iterum cum anxietate circa praecordia. Dedi purgans ante paroxyſmum ſumendum.

$\frac{3}{32}$. Inde 16 purgatus fuit cum leuamine, et febris non venit. Dedi vinum abſinth.

27. Longe peius ſe habet, grauatur abdomen, febricitat, languet, dedi purgans. Inde valide purgatus, conualuit roborantibus amaris.

## *Cardialgia.*

Oct. 5. Mulier obeſa ſatis lactans infantem, et ingentem copiam lactis dans, incepit ſine cauſa manifeſta cardialgia laborare ſaeuiſſima, quae mane vel circa meridiem incipiens tota die durabat ſaepe, circa veſperam evaneſcens parum nulla excretione ſenſibili. Dederam primo diaſcord. Sylu. cum lap. 69. aq. foenic. ſuperbibendo, ſaponem venet. cum lacte cum aliquo leuamine, ſed

ſed fruſtra poſtea (ſuſpicabar vermes) dedi vitriol. ♂ nil profuit, dedi antiſpaſmod. incaſſum. Opio ſaepe conatus fui dolorem ſedare: alternis diebus videbatur dolor maior eſſe, et lateritii quid in vrina. Dedi cort. Peruu. nil iuuit, dum manducabat, exacerbabatur dolor, ſed et ieiuna dum eſt, etiam. Dederam purgans fruſtra. Dolor et in cardia, et lumbis ſimul erat fere ſemper, ſaepe poſtea totum occupabat pectus, leuamen a calido lacte epoto habet; aliquando plus dolor verſus abdomen videbatur deſcendere, de cereuiſia frigida dolor quaſi minuitur, ſed mox maior recrudeſcit.

Oct. 8. Tentaui per oleum amygdalarum epotum, ſed fruſtra: hodie vrina copioſum ſedimentum, diuulſum tamen habet, heri dolor fuit acutiſſimus. Neſcius, quo me verterem, dedi philon. Meſuae.

12. Perrexi, cum leuamine doloris, ſic vt binas vel tres drachm. ſumeret ſingulis diebus, et infans inde nullam mutationem ſentiebat, licet lactaret.

17. Melius ſe habet, dum quieſcit, ſed ad minimum motum in lumbis dolor oritur, aliter appetitus redit, et modice ſe habet.

19. Subito incendii terrore percuſſa, peius ſe habuit, et vaporibus obnoxia, hyſterica fuit. Tentaui per antihyſterica ſanare. Ingenti ſudore per totum corpus perfuſa eſt.

27. Dolor adhuc durat, cum frigore incipiens, flatibus ſaepe ſoluitur.

Nou.

Nou. 11. Hucuſque minutus dolor durauit. Conſuluit Cl. Boerh. qui rogauit, an ſanguinem reieciſſet? neganti dedit infuſ. ſem. calidor: 14 diebus vſurpandum.

Dec. 24. Sic diu manſit, ſenſim quidem minor, ſed aliquando auctior, incipiebat dein ante aliquot dies febricitare, poſt doluit crus ſiniſtrum verſus malleolum internum, vbi antea ingens habuerat vlcus, per 3 dies rubor, dolor pedis durabant, dein poſt 8 a febre orta dies, noua oriebatur febris, crus ſimiliter afficiens, hac ſic bis vel ter facto, dolor abdominis euanuit.

## *Tertiana male tractata.*

Dec. 21. Annorum 25 incepit ſentire in abdomine tenſionem antea a febre tertiana V. S. binis, purgantibus, cortice male curatus, phlegmaticae temperiei, tenſio erat per totum abdomen, dedi decoct. 5 rad. inde vomuit pituitam, dolor circa pubem obtuſus cum dyſuria, febris nulla, dedi clyſma.

22. Vrina pauca rubra, febris nulla, tenſio eadem circa pubem, enema non multum profecit, non dormiuit: dedi pulp. caſſiae, clyſma foment. ſaponis veneti, inde depoſuit aluum et vrinam, tenſio minor.

23. Tenſio in abdomine minor, vrinam reddidit, in qua quid pauci furfuroſi haeſit, lingua parum obſita, nox inquieta, licet diacod. heri ſumſerit, ſemel aluum liquidam depoſuit. Dedi pill. ex ſapone veneto, rheo, ſuperbib. infuſ. dauci Cretici. Veſperi ſtriae erant fibroſae, calore non diſſolubiles in vrina.

Dec.

Dec. 24. Vrina ſimiles ſtrias habet vt heri veſperi, debilem ſe ſentit, ſebris nulla: dedi ſimilia.

25. Vrinam longa copia emiſerat, parum ſubturbidam: dum reſpirat, abdomen dolet quaſi conſtrictum, et poſt vrinam emiſſam dolor ſtranguriae in virga, de nocte non multum dormiuerat, febris nulla. Dedi leve diureticum infuſum. Hora 11 mane ſubito concidit epilepticus, poſt ſtellas viſas volitantes ante oculos et antea me inſcio vnus, aut alter fuerat paroxyſmus ſimilis, ſed non tam validus. Linguam mordendo vulneraverat, immemor omnium in paroxyſmo geſtorum, et poſtea adhuc vacillans. Dedi clyſma, epiſpaſtica, mixtur. ex aq. roriſmarin. etc. vnde depoſuit aluum bis copioſam, vrina commode fluit, ad ſe rediit, dolet anus, haemorrhoides exſpectabam, hinc balneum tepidum ſuaſi.

26. Modice ſe habebat parum hebetior tamen: perrexi in ſimilibus.

27. Vrina turbata ſubſidet; pruritus in carne femoris, heri veſperi et hodie mane caput parum doluit, ſomnia turbata, pulſus bonus, tenſio circa pubem vix multum minuta, et dolet in virga, haemorrhoides vt ante. Dedi leue diureticum decoctum cum tamarindis.

28. Vrina ſedimentoſa, aluum bis vel ter commode depoſuit, grauamen circa pubem minus, vrina commode fluit. haemorrhoides augentur, ſed non dolent, non dormiuit multum, febris nulla. Dedi idem medicamentum.

29. Vrina ſanae ſimilis, parum coloratior, pulſus non febrilis, vrina commode fluit, ſed aliquid tenſiui

circa

circa pubem manet, et aliquando leuis lateris dolor, haemorrhoides euanescunt. Dedi, vt irritarem haemorrhoides, pill. cochiae.

Dec. 30. Bene se habet, vrina turbida, aluum deposuit, tensio minor non euanida tamen, appetitus bonus. Dedi leue diureticum.

1732. Ian. 6. Bene se habuit, sed tensio non euanuerat omnis, et hinc inde leuis vertigo. Dedi decoct. tamarind. etc.

8. Bene se habet, sed hinc inde dolor capitis et aliquid tensiui circa pubem. Dedi pill. cochiae.

10. Inde optime purgatus fuit, et bene se habet.

---

## *Constitutio anni* 1732.

Ianuar. 1.

Pluuiae et nebulae, numerus aegrorum paruus, hinc inde anginae et dolores rheumatici. 2 gelu. 3 gelu pergit. 4 vt ante cum obscuro coelo. 5 gelu durat cum pauxillo niuis. 6 incepit parum regelascere. 7 ingens copia niuis cecidit. 8 aer serenus cum gelu. 9 nix et incipit degelascere. 10 aer tepidus satis. 11 vt heri. 12 incipit iterum frigescere et gelare. 13 gelu, aer nebulosus. 14 serenitas et gelu. 15 aer nubilus et gelu. 16 vt heri. 17 gelu paucum cum aere nubilo. 18 degelascit. 19 nix et pluuiae, vesperi leue gelu. 21 aer serenus, gelu dubium vel leuissimum. 22 vt heri. 23 regelascit sensim cum aere nubilo. 24 aer serenus, degelascit, vesperi maius frigus. 25 gelu fortissimum ad 20 grad. thermom. cum aere sereno. 26 gelu fortissimum. 27 gelu minus. 28 regelascit valide. 29 aer nubilus, humidus. 30 vt heri cum pluuiis. 31 aer magis serenus.

Numerus aegrorum modicus, hinc inde rheumata, arthritides, tusses, pleuritides, peripneumoniae: variolae et morbilli apparent nullibi.

Febr. 1 aer satis serenus. Frigus gelu proximum. 2 de nocte gelauit, de die regelascit. 3 aer humidus, tepidulus. 4 aer parum frigidior. 5 aer varius, degelascit iam. 6 gelu leue, vesperi pluuiae. 7 hac nocte gelu satis acre, aer serenus. 8 degelascit, leues pluuiae. 9

V dege-

degelaſcit cum aere ſereno. 10 ſerenitas degelaſcens. 11 aer parum nubilus. 12 ſerenitas degelaſcens. 13 aer humidus, nubilus, frigidus. 14 aer ſerenus, tepidus. 15 aer nubilus parum, veſperi ventus fortis et pluuiae. 16 aer ventoſus, frigidiuſculus. 17 venti et pluuiae. 18 venti et pluuiae. 19 vt heri. 20 aer varius. 21 ventus fortis hac nocte. 22 ventus fortiſſimus. 23 aer nubilus mane, pluuiae copioſae. 24 ſerenitas. 25 vt heri. 26 aer nubilus. 27. aer nubilus. 28 aer nubilus. 29 aer ſerenus.

Vt praeterito menſe; ſed hinc inde eroſiones ſcorbuticae, albae, palatum, gingiuas etc. infeſtabant, et anginam faciebant ſp. ſalis marini facile curabilem: numerus aegrorum paruus.

Mart. 1 aer nubilus. 2 aer nubilus, varius et pluviae. 3 pluuiae validae. 4 ſerenitas. 5 ſerenitas. 6 ſerenitas. 7 pluuiae validae. 8 aer varius. 9 aer nubilus, pluuioſus. 10 aer ſerenus. 11 pulchra ſerenitas. 12 venti et pluuiae. 13 ſerenitas, ſed venti validi, veſperi pluviae validae. 14 aer ventoſus, varius. 15 vt heri ſed maior tranquillitas. 16 aer varius, pluuioſus. 17 ſerenitas modica. 18 aer varius. 19 vt heri. 20 aer nubilus, varius. 21 nix, pluuiae, grando, venti, 22 nix valida, venti, grando, pluuiae. 23 aer ventoſus, frigidus. 24 nix, ventus. 25 aer nubilus et pluuiae. 26 vt heri. 27 aer ſerenus. 28 vt heri. 29 vt heri. 30 pluuiae cum nebulis. 31 aer nebuloſus, foetidus, pinguis cum tepore.

Arthritidem hinc inde vidi et ſynochum putridam ſed raram, hinc inde peripneumoniam notham et veram. Angi-

Anginam hinc inde. Numerus aegrorum paruus. Tertianae vernales, ſatis facile ſanabiles.

April. 1 aer nubilus, pinguis cum tepore. 2 ſerenitas, ſed circa veſperam nebulae. 3 ſerenitas. 4 ſerenitas. 5 ſerenitas tepida. 6 venti cum frigore magno, de nocte pluuiae. 7 ſerenitas. 8 ſerenitas. 9 pluuiae validiſſimae imprimis mane. 10 ventus frigidiſſimus. 11 aer tepidus, humidus. 12 aer nubilus. 13 pluuiae. 14 aer ſereniſſimus, calidus. 15 vt heri, poſt meridiem magis nebuloſus. 16 aer ſerenus, calidus. 17 ſerenitas cum leui pluuia. 18 ſerenitas. 19 mane nebulae, tota die ſerenitas. 20 ſerenitas calida ſatis. 21 ſerenitas calida et tonitru. 22 ſerenitas ſed ventus borealis frigidior. 23 vt heri. 24 ventus borealis frigidiſſimus. 25 grando, ventus frigidiſſimus. Pluuiae, nimbi. 26 vt heri, ſed poſt meridiem maior ſerenitas. 27 aer modice ſerenus, frigidus. 28 ſerenitas ſed ventus borealis. 29 vt heri. 30 aer tepidior, pluviae.

Hinc inde pleuritides, tertianae facile curabiles, in Anglis difficultatem faciebant maiorem, ob ingentes ſudores, his aſtringentia et roborantia profuerunt, et cortice vſus fui ſemel ob pertinaciam. Semel et in puella 16 annnorum tertianam vidi difficilem, quam, poſt purgationes copioſas ſatis et emeticum, cortice curaui; recidiua tamen facta eſt; ſed hic aliquid credo erat peculiare, quia ante duos annos ſimilem habueram difficultatem: ſemper manebat curata febre aliqua anxietas circa praecordia nunc abeuns nunc redeuns. Numerus aegrorum paruus, eryſipelas hinc inde, ſemel febris continua cum

dolore ſiniſtri hypochondrii ſubſecuto ictero, dein diarrhoea.

Maius. 1 pluuiae leues. 2 vt heri. 3 pluuiae, poſt meridiem ſerenitas. 4 leues pluuiae et aer tepidus, moleſtus. 5 vt heri fere. 6 ſerenitas calida. 7 ſerenitas calida modice. 8 febres cum bilis vomitu tertianae, ſerenitas modica. 9 vt heri. 10 aer nubilus, frigidus valde et pluuioſus. 11 vt heri. 12 aer frigidus valde. 13 aer frigidus, pluuioſus. 14 aer frigidus valde, et pluuiae leues. 15 pluuiae validae et tepor. 16 vt heri, ſed parum maius frigus, poſt meridiem ſerenitas. 17 aer nubilus et frigidus, magis ſerenus poſt meridiem. 18 aer nubilus partim, veſperi pluuiae validae. 19 ſerenitas calida. 20 vt heri. 21 vt heri fere. 22 vt heri. 23 ventus ingens ſic vt arbores euellerentur, licet non videretur tam fortis. 24 aer nubilus, ventoſus. 25 ſerenitas calida. 26 pluuiae continuae. 27 vt heri. 28 vt heri. 29 aer nubilus, frigidus valde. 30 vt heri. 31 ventus borealis mutatus in auſtralem, hinc poſt meridiem mitior tempeſtas.

Tertianae ſatis mites vt menſe Aprili; ophthalmiae occurebant ſatis inflammatoriae V. S. balneis purg. antiphlogis. curatae, numerus aegrorum paucus.

Iunii. 1 tempeſtas ſerena ſed frigida. 2 ſerenitas ſed maior tepor. 3 aer nubilus, frigidus. 4 aer nubilus cum maiore tepore. 5 pluuiae. 6 aer modice ſerenus, calidus. 7 aer modice ſerenus. 8 ſerenitas, hinc inde pluviae. 9 imbres ſubiti mox remittentes. 10 ſerenitas modica, et tepor. 11 vt heri, ſed maior tepor. 12 ſerenitas. 13 vt heri. 15 ſerenitas frigida. 16 parum maior tepor.

tepor. 17 ſerenitas calida. 18 vt heri. 19 vt heri. 20 aer nubilus, valde tepidus cum pluuiis. 21 aer vt heri. 22 mane pluuiae validae, hinc aer frigidior parum. 23 ſerenitas. 24 imbres validiſſimi. 25 aer nubilus. 26 aer varius, nubilus ſine multis pluuiis. 27 ſerenitas et veſperi lux borealis ex oriente et occidente. 28 ſerenitas. 29 pluuiae et aer varius. 30 vt heri.

Tertianae vt ante: hinc inde eryſipelas bullatum ſed minime lethale: aegri pauci.

Iulii. 1 áer varius, non valde calidus. 2 aer varius. 3 aer nubilus, non calidus. 4 vt heri. 5 vt heri. 6 vt heri. 7 ſerenitas calida. 8 aer nubilus, frigidus. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16 vt ante. 17 ſerenitas calida. 18 ſerenitas calida. 19 vt heri. 20 aer valde calidus, veſperi fulgur et pluuiae. 21 aer nubilus, ventoſus, non adeo calidus. 22 aer ſerenus, mane pluuiae, poſtea 23 veſperi et de nocte pluuiae validiſſimae. 24 pluuiae et aer varius. 25 ſerenitas calida. 26 vt heri. 27 ſerenitas. 28 vt ante. 29 vt ante. 30 mane ſerenitas, poſt meridiem pluuiae validae. 31 aer várius.

Tertianae mites, anginae inflammatoriae V. S. et antiphlogiſticis curabiles, eryſipelas bullätum hinc inde, febres continuae, paucae tamen.

Aug. 1 aer varius. 2 aer calidus ſatis, vidi quartanam. 3 venti validiſſimi. 4 venti. 5 aer ventoſus. 6 pluuiae validae. 7 aer varius. 8 aer varius, ſed veſperi pluuiae validiſſimae. 9 aer varius. 10 aer calidus. 11 aer varius, tamen calidus. 12 ventus moderatus. 13 aer varius. 14 ſerenitas. 15 ſerenitas. 16 aer nubilus, pluvias

vias minitans, vesperi pluuiae. 17 aer nebulosus. 18 vt heri. 19 mane nubilus, post meridiem serenitas. 20 serenitas. 21 mane serenitas, non adeo calida, post meridiem imbres. 22 imbres et serenitas, sed non calida. 23 vt heri fere 24 calor maior cum aere nubilo. 25 vt heri sed et imbres. 26 mane imbres, vesperi serenitas calida. 27 serenitas calida. 28 vt heri. 29 serenitas. 30 serenitas, post meridiem aer nubilus. 31 aer nubilus, calidus.

Quartanae incipiebant hinc inde: numerus aegrorum paruus, anginae inflammatoriae, hinc inde cholerae, et in iunioribus post choleram rubores totius corporis desquammata cute abeuntes, hinc inde febris continua cum diarrhoea putridissima; incipiunt aliae tertianae oriri sequenti mense describendae.

Sept. 1 aer nubilus, calidus, vesperi fulgur. 2 aer nubilus, calidus, et pluuiae. 3 vt heri. 4 pluuiosus sed frigidior. 5 aer modice serenus, calidus. 6 vt heri. 7 aer satis calidus, serenus. 8 maius frigus et ventus. 9 ventus frigidus septentrionalis et aer nubilus. 10 aer frigidus, nubilus. 11 vt heri. 12 serenitas calidior. 13 vt heri. 14 aer serenus, calidus. 15 vt heri. 16 parum magis nubilus. 17 aer calidus et serenus sed ingens roris copia ceciderat. 18 vt heri. 19 vt heri. 20 aer pluuiosus, sic et heri vesperi. 21 serenitas. 22 aer ventosus et pluuiae validae. 23 mane ventus, vesperi horrendum tonitru, et grando ingens, et pluuiae. 24 pluuiae et ventus. 25 vt heri. 26 mane pluuiae et venti, circa meridiem ventosa sere-

ſerenitas. 27 pluuiae et venti. 28 pluuiae validiſſimae cum ventis. 29 ſerenitas ventoſa. 30 ſerenitas.

Quartanae plures, oriebantur tertianae, ſaepe ſimplices, aliquando ſed rarius duplicatae; in quibuſdam cum ſummo dolore capitis, et purgans profuit educendo incredibilem copiam materiae foetidiſſimae, ſaepe et vomitorium, et dein ante acceſſum dati pulueres ex contraieru. etc. aliquando poſt has euacuationes curaui cortice, dum aliis non obediebat, color flaueſcens erat in oculis plerumque, vrina plerumque tenuis, biliosa, aliquando ſtatim dabat ſubſidentiam, ipecac. profuit, pleriſque ingentem copiam bilis et pituitae educens, ſummo cum leuamine et tunc exhibitis ante paroxyſmum 6 horis, omni hora puluiſculum ex contrai. ſerp. etc. ſuperbibendo decoct. aperiens ſaepe feliciter curabantur. Proderat et purgans 6 horis ante paroxyſmum, vel 8. Imprudentius forte dederam Anglo corticem etc. In febre, quae primo continua poſtea intermittens facta fuerat, dederam vomit. etc. tamen inde flaueſcens languit, et decocta aper. ſumere diu debuit. Recidiua fiebat tamen, licet ſine cortice et per vomitor. curata eſſet. Sed non diu durabat, decocto aperiente, aliquando leui purgante ſanabatur. Semel lethalem vidi in vetula, quae ſp. vini abuſa, colore flaueſcente inſigni poſt ipecac. incidit in diarrhoeam foetidiſſimam (prius tamen aderat iam illa diarrhoea) cum pulſu debili et moriebatur: in grauida dum non dederam vomitor. 9 die aphthae denſae oriebantur, tamen emerſit. Vidi et aphthas poſt vomitor. et recidiuam et ingentem bilis ſurſum deorſum eua-

 cuatio-

cuationem, ſed conualuit. Numerus aegrorum parum auctus, hinc inde arthritides ſatis acres, ſemel lethalem vidi rapta in cerebrum materia.

Octob. 1 ſerenitas. 2 aer varius, mane pluuiae. 3 ſerenitas modica. 4 aer varius. 5 aer humidus, calidus. 6 vt heri. 7 aer nubilus, magis frigidus. 8 aer ſerenus, frigidior. 9 frigus intenſum, ſerenum. 10 vt heri. 11 vt heri. 12 frigus intenſius adhuc cum ſerenitate. 13 vt heri. 14 aer calidus, humidus. 15 vt heri et pluuiae adſunt copioſae. 16 aer tepidus, ſerenus, veſperi tonitru, et pluuiae validae. 17 aer varius. 18 vt heri. 19 aer nubilus, tepidus, pluuius. 20 vt heri. 21 vt heri. 22 vt heri fere. 23 aer varius. 24 pluuiae. 25 aer varius, tepidus. 26 maius frigus, hinc inde pluuiae. 27 minus frigus et pluuiae. 28 aer valde tepidus, pluuius, cum imbribus. 29 aer varius. 30 vt heri. 31 aer tepidus.

Tertianae ſimiles, hinc inde anginae cum febre, materies cerebrum ſaepe petebat, aliquando et ſimplici benigna reſolutione abibant. Hinc inde in febribus parotides, et ſaepe in anginis illis et parotides tumebant ſimul, in quibuſdam et ad pectus deſcendebant, anginae per ſputa ſatis commode euacuatae.

Nou. 1 aer ſerenus, tepidus. 2 vt heri. 3 vt heri. 4 vt heri. 5 vt heri, ſic vt verna potius, quam autumnalis videatur tempeſtas. 6 vt heri, cum leui pluuia tepida. 7 ſerenitas tepida. 8 aer magis nubilus, tepidus. 9 aer parum frigidior, pluuioſus. 10 vt heri. 11 ſatis ſerenus et vix frigidus. 12 ſerenitas, ſed frigida. 13 ventus frigidiſſimus, glacialis. 14 vt heri. 15 vt heri. 15 vt heri,

glacies

glacies in aqua. 16 vt heri. 17 parum mitior, tamen frigidus ſatis. 18 aer pluuioſus, tepidus. 19 vt heri. 20 frigus ſerenum. 21 frigus nubilum. 22 frigus humidum. 23 vt heri et pluuiae. 24 vt heri. 25 pluuiae. 26 aer varius, grando, pluuia. 27 ventus fortis cum pluuia et grandine. 28 vt heri. 29 vt heri. 30 nix, grando, pluuiae.

Omnia fere vt in praeterito menſe: hinc inde pleuritides, catharri incipiunt.

Decemb. 1 vt heri, eclipſis veſperi. 2 aer varius. 3 vt heri. 4 ſerenitas. 5 ſerenitas et maius frigus, veſperi pluuiae. 6 aer varius, pluuioſus, tepidus. 7 vt heri. 8 vt heri. 9 ingens copia grandinis cecidit. 10 aer varius, nunc frigidus, nunc tepidus. 11 aer varius. 12 ſerenitas. 13 pluuiae et grando maxima. 14 ſerenitas frigida et nix. 15 pluuiae et nix. 16 aer varius, pluuioſus. 17 aer nubilus, frigidus, pluuioſus. 18 gelu forte. 19 gelu forte, et ſerenitas, et venti. 20 vt heri. 21 gelu forte. 22 gelu forte, vidi ſemel variolas, ſed mites et bonas. 23 gelu parum minus. 24 regelaſcit, aer calidior longe et tepidus. 25 gelu forte iterum. 26 nebulae ſpiſſae et gelu. 27 gelu. 28 nebulae ſpiſſae et degelaſcit. 29 degelaſcit. 30 pluuiae. 31 aer pluuioſus.

Numerus aegrorum multum auctus: catharri plurimi deſcribendi menſe ſequenti in ſecundo volumine.

## *Saliuatio.*

Ian. 2. Annorum 19 poſt vlcuſculum Venereum in virga, male a chirurgo curatum poſt menſem incepit

gutture dolere, quod frustra tentauerunt sanare garga-rismat. etc. vidi alba vlcera occupare tonsillas et pa-risthmum faucium, saliuationem consului, et calefacto valde cubiculo, post decocta auenae, bardan. etc. p...ta per octiduum incepi saliuationem, dedi hodie gr. j mer-cur. praecipit. albi, superbib. opiatum.

Ian. 3. Dedi 5 diuisis dosibus, 5 grana mercur. praecipitat. albi.

4. Inceperunt, postquam adhuc quatuor grana acce-perat, vesperi gingiuae assurgere, os dolere etc.

5. Caput dolet parum, gingiuae tument: dedi bina grana hodie, leuis oriebatur febricula.

6. Saliuatio ℔ j. dedit; dedi tres doses.

7. Semel aluum duram heri deposuit. ℔ j ß. circa dedit saliuatio: dedi tres doses.

8. Aluum deposuit semel. ℔ ij circiter saliuatio: dedi duas doses.

9. ℔ j ß. Dedi duas doses.

10. Dedi tres doses. Vt ante ℔ j ß.

11. Vt heri circiter. Summus dolor gingiuarum et erosa fere lingua est ab vna parte, et inde acerrimus do-lor, quod molestum symptoma durauit saepe in aliis per totam saliuationem, aegros mire excrucians. Dedi tres doses.

12. ℔ ij ad minimum: dolor vt ante, nulla iam-dudum fuit febris, aluus pergit coacta esse, non dormi-vit bene, sanguinolenta est saliua. Dedi 2 doses.

13. ℔ ij. Dedi duas doses.

14. ℔ ij. Dedi vnam dosim.

Ian.

Ian. 15. Vt heri sed plus parum: dedi nihil nisi opiatum, quia dormire non poterat.

16. Dormiuerat, sed sanguis purus de gingiuis effluebat. Dedi leue infus. fl. rosar. etc. ℔ iij et plus: languet, parum concessi ius carnium.

17. Non dormiuerat, languebat, sanguinolenta spuebat, ad ℔ v. Dedi emulsum idem.

18. ℔ iv. facile deposuit, bene dormiuit, dedi similia.

19. Non tam bene dormiuit, dedi similia. ℔ iv. deposuit non sanguinolentas.

20. ℔ iv, non dormiuit, aliquid sanguinis miscetur, lingua vehementer dolet.

21. Lingua dolet, bene dormiuit. ℔ iv.

22. ℔ iv. languet plus, dedi ius carnium, et leue diacod. vesperi.

23. Similiter fere, bene dormiuit, ℔ iij.

24. ℔ ij et bene se habet.

25. ℔ j ß. vires insurgunt.

26. Vt heri. Dedi gr. j. merc.

27. Saliuatio incipit desinere.

28. Desinit fere: fauces sanatae sunt.

## *Pleuritis.*

Ian. $\frac{25}{2}$. Annorum 56 hesterna nocte frigus passus incepit febricitare, somniare turbulente, dolorem lateris dextri sentire. Inueni heri cum febre valida, vesperi V. S. dedi antiphlog. summa: vrina rubra, flammea, sanguis hodie mane congelatus erat, dolor non multum remi-

remiſerat, pulſus febrilis ſed depreſſus, fomentum lateri applicui: dedi decoct. emoll. cum nitro et melle et aq. cinnamomi.

Veſperi 5 aluum depoſuerat, dolor manet, pulſus celer, vrina diuulſum ſedimentum habebat. Dedi nitrum, ſyr. fl. rhoead. aq rhoead.

Ian. 27 ☿. Vrina craſſa, turbida, pulſus celer, debilis, tuſſis, dolor, modice dormiuit hac nocte. Dedi linct. ex ol. amygd. dulc. vitello oui, ſyr. alth. ſuperbibendo decoct. emollient. ex malua, ficubus, etc.

Dolor parum veſperi minutus erat; ſed febris durat cum pulſu depreſſo, celeri, erectus ſedet in lecto, vrina craſſa, turbida. Delirium metuebam; dedi emulſum.

28 ♃. Vrina craſſa, turbida, leuiter delirauit, lingua obſita, pulſus celer et paruus, dolor vt heri, V. S. non auſus fui repetere ob pulſum paruum, reſpiratio breuior, ſedet erectus, mens iam conſtat, ſputa pauca, tenacia. Dedi decoct. emoll. cum melle, nitro etc.

Veſperi erectus ſedebat continuo, febris vt ante, vrina ſimilis.

29 ♀. Erectus ſedet, licet fere neſciat ſe hoc facere, non dormiuit, pulſus celer, paruus et aliquantum inaequalis, vrina pauca, craſſa, turbida, lingua obſita. Dedi decoct. rad. foenicul. petroſel. cum ſale polychr. etc.

Veſperi delirabat, vrina iumentorum, habitus proiectus, pulſus tamen fortior videtur et melior, quamuis febrilis, ſedet erectus ſemper, vrinam clam emiſit, aluum bis depoſuit. Dedi emulſum cum nitro.

Ian.

Ian. $\frac{30}{6}$. Delirauit, pulſus et reſpiratio ſatis bona ſed febrilis erat, vrina vt heri; erectus ſedet, ſaepe inſcio clam elabuntur feces, vix dormiuit, dolor adhuc aliquis in latere ſed minor.

$\frac{31}{7}$. Vrina turbida, lingua obſita, pulſus debilior, delirauit parum, iratus fuit. Dedi leue cardiacum medicamentum.

Feb $\frac{1}{8}$. Vrina melior, parum colorata, pulſus bonus, reſpiratio melior, ſputa tenacia heri et hodie prodierunt, lingua obſita. Dedi oxym. ſcillit. ſal. polychreſt. aq. rutae.

$\frac{2}{9}$. Bene manducauit, dormiuit, non febricitat, reſpiratio bona, vrina ſabulum nephriticum copioſum depoſuit, ſputa tenacia. Dedi oxym. ſcillit. tinct. croci, aq. petroſel. conualuit.

## *Pleuritis cito lethalis.*

Ian. $\frac{29}{1}$. Annorum 30 gibboſus parum, paruus iam ter pleuritide laborauerat antea, acerrimo gelu ſummum frigus paſſus erat. Incepit hodie mane hora 11 febricitare cum dolore lateris dextri ſummo, dederant ſp. leviſtici calidum, inueni hodie poſt merid. hora ſexta febrim validam, dolorem intolerabilem, pulſum fortem, V. S. ad vnc. x. foment. ſaponis lateri applicui, et dedi ſumma antiphlogiſtica, dein hora 10 veſpertina cum dolor nihil minutus eſſet, iuſſi adhuc ℥ vj ſanguinis educi.

$\frac{30}{2}$. Inueni manè dolentem valde dolore ad iugulum propagato, reſpiratio peſſima, pulſus celer, contractus, dedi nitri vnc. ß. cum ſyr. alth. vnc. iij. aq. fl. ſamb. ℔ ß. ſuper-

ſuperbibendo decoct. emollientiſſ. ex malu. alth. etc. veſperi hora 10 periit, prius aliquatenus delirans.

## *Saliuatio.*

Febr. 6. Iuuenis 24 annorum ſanus, vegetus, ante 6 circiter ſeptimanas infectam meretricem adiit, inde cancrum in parte interiori praeputii habuit. Dedi purgantia, applicui emollientia fomenta virgae, mel cum vitello oui, aloe et myrrha etc. ſed poſtea bubones exorti ſunt, dolores capitis nocturni intolerabiles, qui erumpentibus maculis rubris in fronte ceſſauerunt. Dederam decocta bardan. etc. et cum inordinatius viueret parum, dolorem in naſo hinc inde et faucibus ſentiret, puſtulae manerent, ſaliuationem ſuaſi, et praemiſſis praemittendis dedi 3 doſes mercur. praecip. albi $\frac{1}{2}$ granum in ſingulis doſibus.

7. Dedi 4 doſes.

8. Dedi 3 doſes.

9. Dedi 3 doſes. Incipiunt dolere gingiuae et aſſurgere. ℔ j exſpuit.

10. Dedi 2 doſes. Saliuatio incipit ℔ ij.

11. Nil dedi. ℔ vj exſpuit, leue diacod. febris nulla, lingua dolet.

12. Bene quieuit. ℔ iv circiter. Parum febricitat, lingua dolet valde. Dedi emulſum, aliquid iuris carnium.

13. Nox modica. Dedi emulſum ſimile, febris nulla: ℔ iv. aluum bis depoſuit. Dedi diacod.

14. Lingua dolet valde, ℔ iv exſpuit, dedi veſperi leue diacod. bis aluum liquidam ſed ſine multis torminibus depoſuit.

Febr.

Febr. 15. Modice ſe habet, aluum ſemel depoſuit, ℔ iv exſpuit.

16. Dormiuit bene: vt heri.

17. Non dormiuit fere, ſaliuatio vt heri, dedi leue diacod. veſperi.

18. Lingua minus dolet, ſputa ſpiſſiora parum, et minus exſpuit, forte ℔ ij, dedi leue diacod. veſperi.

19. Vt heri; ſed parum plus exſpuit.

20. Quia ſaliuatio videbatur languere, dedi i granum merc. praecip. albi, inde aucta ſaliuatio ad ℔ iv iterum.

21. Saliuatio vt heri, bene ſe habet in reliquis. Veſperi diacod.

22. Vt heri, veſperi diacod.

23. Aluum ſemel depoſuit, ſaliuatio vt heri.

24. Saliuatio paulo minor.

25. Saliuatio maior forte iterum iv librarum, nox moleſtior.

26. Saliuatio minor ℔ ij parum plus.

27. Vt heri circa veſperam: ſingulis diebus augetur ſaliuatio.

28. Pulſus inſurgit, bene ſe habet.

29. ℔ ij circiter.

Mart. 1. ℔ ij circiter: facies detumeſcit.

2. Vt heri.

3. 4. 5. Saliuatio modica circiter ℔ ij facies detumeſcit. Conceſſi vt mutaret linteamina.

7. Conualuit; ſed maculae illae rubrae in fronte aliqua relinquunt veſtigia ſed minus colorata, nec puſtulae in facie, quae non venereae erant, euanuerunt.

Mai

Mai. 26. Comederat lardum, vinum Burgundicum, redierunt maculae, et in faucibus dolor. Dedi purg. hydragoga et decocta bardanae, Chinae etc.

## *Acuta continua inflammatoria.*

Mart. 1 Annorum 20, sanguineae temperiei incepit febricitare, vt dicit, vel languere sensim aucto morbo et dolore capitis iam die 25 Feb. hodie decubuit, inueni febricitantem, calentem, capite dolentem, delirauit leviter, siccitas in lingua, oculi tensi, facies rubra. Iussi V. S. et dedi summa antiphlogistica. Tussicula aderat, et aliquis in pectore dolor, per sex dies aluus fuit stricta.

2. Sanguis phlogisticus fuit, febris valida, delirat, respiratio luctuosa, lingua sicca, aluus stricta. Dedi decoct. tamarind. nitrum syr. flor. viol. dolent crura ad attactum valde, febris valida, pulsus non adeo plenus, vrina sedimentum habet conglobatum, inflatum, quasi nubeculae crassioris instar, respiratio vt ante, non delirauit, clysma dedi et emulsum.

3. Dormiuit modice; vrina vt heri, somnolentus et hebes iacet, facies rubra, clysma non multum eduxit, pulsus celer, V. S. ad vnc. vij, balnea pedum iussi: dedi summa antiphlogistica.

Vesperi vrina simile sedimentum habet, sed tenuior est et minus colorata, febris intensa, sanguis adhuc pleuriticus, tendines manus subsiliunt, mens constat. Clysma iussi, et decoct. tamarind. rad. gram. cum syr. succi citri, fl. viol.

Mart.

Mart. 4. Non dormiuit, dolet totum corpus, vrina tenuior parum nec colorata multum, febris minor, magis somnolentus, dolet caput, aluum bis deposuit a clysmate. Dedi antiphlogistica, balnea pedum, epispastica.

Vesperi similiter se habebat.

5. Vrina parum coloratior, sana, copiosa valde cum nubecula crassiori, nox inquieta cum delirio, febris minor, tendinum subsultus aliquis, aluum non deposuit. Dedi decoct. auenae cum rob ribes. aq. cort. citri, nitro.

Vesperi vrina vt mane, pulsus celer, paruus, tendinum subsultus, lingua siccior, respiratio luctuosa, non sitit valde, leuiter delirat. Dedi emulsum confortans cardiacum.

6. Nox vt heri, aluus stricta, pulsus celer, debilior, vrina vt ante, delirat continuo. Clysma inieci, dedi tamarind. decoctum cum nitro etc.

Vesperi omnia eadem fere, aluum deposuit a clysmate. Vrina tenuis erat habens nubem a superficie suprema pendulam quasi.

7. Hac nocte parum melius se habuit, febris durat, sed pulsus melior, vrina subsedit crasso sedimento, superius non perfecte pellucida, dolet caput, et omnes artus. Dedi leue diureticum, nitrosum decoctum.

Vesperi vrina copiose subsedit, sedimento ad albedinem vergente satis aequali, tamen febris durat, somnolentus et hebes iacet, euigilans bene respondet, sputa retinet in ore nec exspuit. Dedi emulsum aromat.

8. Vrina subsedit adhuc, nox modica, lingua non admodum obsita, sed sicca, somnolentus est, sed

tamen melius refpondet. Dedi leue diureticum attenuans decoctum.

Vefperi parum melius fe habuit. Dedi eadem.

Mart. 9. Vrina magis tenuis, fpumofa, minus colorata, non fubfidens multum, hebes iacet, pulfus melior, expergefactus bene refpondet, aluum non depofuit. Dedi mixt. acid. cardiacam fuperbibendo ius cum fucco citri, decoctum panis, etc.

10. Vrina fedimentum habet, fed a fundo diftans et a fuperficie, licet per 10 hora fteterit, hinc eiufdem grauitatis cum vrina, pulfus melior, lingua ficca valde, leuis fudor partium fub ftragulis iacentium, fomnolentus tota die dormiturit, euigilans bene refpondet. Dedi decoct. auenae cum nitro, aq. citri, rob ribef.

Vefperi inueni fimiliter fe habentem, vrina fimilis.

11. Adhuc fomnolentus eft, vrina vt heri, lingua ficca, pulfus fatis bonus, dum euigilat mens conftat, aluus ftricta. Dedi fyr. cichor. cum rheo, cum fale polychrefto, aq. cort. citri.

Vefperi dormiturit adhuc, vrina eadem, fed parum plus fubfedit, pulfus infurgit dum euigilat, bene refpondet, plus potat longe, quam per vrinam dimittit, lingua ficca, aluum non depofuit. Dedi clyfma et decoct. auenae cum vino rhenano.

12. Dormiuit tota nocte tranquille, bis aluum fatis copiofam depofuit, vrinam non vidi, mens conftat, lingua ficcior. Dedi infuf. contraieru. fuperbib. decoct. auenae cum vino rhenano.

Mart.

Mart. 13. Vrina ſatis copioſa, parum coloratior, ſanae fere ſimilis ſed ſine nubecula, non adeo ſomnolentus eſt, ſed parum delirauit, nunc mens conſtat, perfecte euigilat, pulſus bonus, lumbi dolent, aluum non depoſuit. Dedi 3 pulueres ex contraieru. lap. 69. etc. vt aucuparem.

14. Vrina magis colorata quam ſana cum nubecula, a decubitu circa os coccygis natum vlcus dolet, pulſus non febrilis, appetitus incipit. Dedi confortans medicamentum.

15. Aluum ſemel depoſuit, vrina aliquid ſedimentoſi albi habere incipit, nulla febris. Dedi ſimilia.

16. Vrina ſanae ſimilis, parum hinc inde delirat, pulſus tardus, aequalis, dolorem validum in vlcere circa os coccygis ſentit, ſitis nulla, appetitus modicus, dedi ſp. vitae Math. ſyr. citri, vin. rhenanum, tinct. contraieru.

17. Vrina vt ante, delirium hinc inde leue, tamen interrogatus bene reſpondet.

18. Vrina ſana, heri leuiter delirauit, appetitus bonus, febris nulla, obliuioſus parum, dedi infuſ. contraieruae cum ſyr. rhei, quia aluus ſtricta erat.

19. Bene dormiuit, pulſus perturbatus, hinc criticam euacuationem inſtare credo, ſed nullum vidi ſignum, quo verſus iret; hinc dedi tantum infuſ. 3 ſantalor.

20. Omnia fere eadem; dedi idem.

22. Pulſus vt 19; vrina heri parum ſubſederat, hodie non.

Mart. 24. Heri ſaepe aluum depoſuit, hodie mane ter, heri vrina ſubſedit, odontalgia laborauit hac nocte, febris nulla, appetit bene. Dedi decoct. pyrethri cum opio ad odontalg.

26. Heri et hodie aluum depoſuit cum leuamine ſaepius, vires inde reſurgunt, faciei color melior, appetitus integer: reliqui.

## *Pleuritis.*

Apr. $\frac{7}{2}$. Annorum 40 laſſitudines ſpontaneas aliquandiu paſſa incepit die 4 Aprilis languere, heri dolor pectoris dextri cum febre ingruit, repleti penitus habitus eſt, febricitat, dolor augetur, aſſueta erat V. S. verno tempore, venam ſecui, vrina parum coloratior ſana. Dedi ſumma antiphlogiſtica, iam a 14 diebus appetitus imminutus fuerat.

$\frac{8}{3}$. Vrina parum coloratior ſana, iam 3 vicibus menſtrua minus copioſa habuerat et pallidiora, dolor minutus, circa ſcrobiculum cordis dolorem habuit, leuis tuſſicula, ſputa cum ſtriis ſanguineis, lingua modice humida, pulſus febrilis non valde elatus. Dedi decoct. ex ficubus, althea etc. cum ſyr. alth. nitro etc. ſanguis erat cruſta phlogiſtica obductus.

$\frac{9}{4}$. Vrina modice colorata cum nubecula, nox moleſta, tuſſis imprimis moleſta fuit, ſputa rubra, ſincera non ita cum ſtriis ſanguineis: ſimilia multa et heri intercurrebant: lingua obſita, dolor in latere dextro ſed non adeo validus, febris modica: ideo venam non ſecui,

cui, ſed dedi linct. ex oleo amygd. vitello oui, melle, ſuperbibendo decoctum nitroſum emolliens.

Veſperi melius ſe habebat, ſexties aluum nigram, liquidam, foetidam valde, depoſuit cum leuamine. Dedi eadem.

Apr. $\frac{10}{5}$. Nox pacata omnino, vrina parum coloratior ſana, ſubſidebit credo, dolor lateris minor, febris minor, circa cardiam aliqua anxietas, lingua ſordida, dolor capitis fere nullus. Dedi detergens acidulum medicamentum ex rob ribeſ. ſambuc. ſyr. fl. viol. nitrum etc.

$\frac{12}{6}$. Nox quieta, vrina ſana, appetitus modicus, pulſus debilis, vix febrilis, tuſſis aliquando moleſta valde, ſed ſine ſputis, tunc et ſputa melius ſine tuſſi prodeunt, lingua ſordida, aluum ſemel depoſuit, circa praecordia aliquam anxietatem ſentit, dum diu loquitur, inde impeditur. Dedi oxym. ſcillit. aq. foenicul. ſyr. diacod. ſal. polychreſt.

$\frac{13}{7}$. Febris nulla, nox modica, vrina craſſa, alba, conqueritur de ſiccitate oris et faucium, ſputa difficilia aliquid ſanguinei habent, in reliquis ſe bene habet. Dedi oxym. ſcillit. cum aq. foenic. ſyr. diacod. ſuperbibendo decoct. auenae cum lacte.

$\frac{15}{9}$. Conualuit omnino.

## *Scorbutus et febris continua.*

Apr. $\frac{18}{2}$. Heri veſperi ſanae inceperunt dolere fauces, gingiuae ſcorbuticae erant, de nocte ſurſum et deorſum euacuabatur validiſſime, ſic adhuc hodie mane, inueni heri veſperi valide febricitantem, calentem, vo-

mentem: dedi tunc rob ribeſ. cum nitro etc. aq. hord. non dormiuit hac nocte, vrina ſatis colorata, amygdalae albis maculis ſunt obſeſſae dolentiſſimis, pulſus celer, febrilis. Dedi ſp. ſalis dulcem cum rob ribeſ. ſambuc. nitrum, aq. meliſſ. etc. ſuperbibendo ſerum lactis: dedi gargariſma cum ſp. ſalis, melle roſar.

Veſperi febris erat valida, fauces minus dolent, V. S. ſitis magna, ingens copia nigrae materiae foetidiſſimae per diarrhoeam exiuit. Dedi gratum emulſum cardiacum.

19/3. Fauces melius ſe habent, nox modica, adhuc dormiturit, ſanguis non phlogiſticus copioſo ſero innatans, ſitis magna, febris minor, reſpiratio bona. Dedi pro potu *mel* cum ſucco citri, vino rhenano. Dedi mixt. cum tinct. cinnamomi, rob ribeſ. aq. meliſſ. ſp. ſalis marini, aquam pauimento inſpergi iuſſi. Febris maior cum calore, anxietate maiore, lingua ſiccior vtcumque, ſitis, modica aegritudo. Dedi emulſum nitroſum leuiter diacod.

20/4. Nox modica, ſed leue delirium fuerat, febris modica, minor ſaltem quam heri veſperi, totum corpus conquaſſatum dolet, manus quaſi tument ad ſenſum aegrae, pedum tactum vix fert, ſitis minor, vrina modice rubra ſine ſedimento, aluum non depoſuit: dedi rob ribeſ. ſyr. ſucc. citri, fl. viol. nitrum, poma Chinenſia, vinum rhenanum. Optime ſe inde habet, manus et pedes pruriunt, tument parum, febris modica, lingua nitida. Dedi idem.

21/5. Nox inquieta, fauces plus dolent dum dormit, plurima oculis obuolitant, manus et pedes adhuc pruriunt,

riunt, febris minor, ſed heri veſperi circa 10 incepit ſe peius habere. Dedi ſuccum ſemperuiui, ſuccum po. mor. Chinenſ. cum ſyr. fl. viol. aq. fl. ſamb. tiliae, veſperi emulſum.

Apr. $\frac{22}{6}$. Nox inquieta cum delirio, heri veſperi peius ſe cepit habere, bis aluum depoſuit, aliquid quaſi hyſterici in faucibus ſenſit, vrina vt ante, apyrexia, tuſſis hinc inde, et raucedo. Dedi emolliens nitroſum decoctum.

$\frac{23}{7}$. Vrina ſubſedit, febris nulla, ſomnus pacatus, lingua nitida. Dedi diamoron Nicolai, rob ribeſ. etc. non depoſuit aluum, appetit columbam, conceſſi.

$\frac{24}{8}$. Heri veſperi non febricitauit, nocte bene dormiuit, vrina ſubſedit, febris nulla, raucedo in faucibus et excoriationis ſenſus. Dedi linctum ex ol. amygd. vitello oui etc.

$\frac{25}{9}$. Vrina ſana fere, lingua nitida, in faucibus ſiccitas, febris nulla. Dedi decoctum altheae.

$\frac{26}{10}$. Omnia bene erant. Reliqui.

Mai. 7. Inueni crus vtrumque circa tarſum obſitum maculis duris fere nigris, dolentiſſimis. Applicui vinum, crocum, acetum deſt. aquam et dedi antiſcorbutica.

24. Dolor inde remiſit, et verae mortuae eſcharae inde ſeparabantur, viuam ſanam relinquentes carnem foveis in cute relictis, quae foueae poſtea ſenſim euaneſcebant.

## *Febris continua.*

April 30. Ante aliquot dies viciſſitudinibus aeris expoſita incepit febricitare 42 annorum, morbis bilioſis ob-

noxia. Dederat Cl. Boerh. ipſi mixt. ex ſale polychr. rob ſamb. ribeſ. ſed inde dum non mouebatur aluo et eadem manſerunt omnia, dedit pillulas Ruffi ad dr. j in xv pillulas diuiſam cum mixt. ex ſyr. cichor. c. rheo, ſale polychr. inde poſt ſummam anxietatem ſubito in diarrhoeam nigram, foetidiſſimam, inſcia aegra ſaepe effluentem, incidit heri: hoc mane inueni anxiam, debilem, ſitientem, inquietam, valide febricitantem, dedi leue emulſum, et tunc inde ſe habuit commodius.

Mai. 1. Heri aluum non depoſuerat, lingua ſordida erat flaueſcens, nauſea, vomitus, tenſio hypochondriorum, febris minor, ſitis ingens, in facie et oculis nil flaveſcentis erat, reſpiratio commoda, vomitorium non auſus ſum dare, quia metuebam, ne quid in viſceribus tabefacti lateret: dedi magnam copiam ſucci citri, pomor. Chinenſium cum aq. hordei, nitro ſyr. viol. vino rhenano.

Veſperi anxietas erat eadem, vrina craſſa, turbida non ſubſidens, ferox reſponſum, aluus ſtricta. Clyſma applicui, et epiſpaſtica, febris vix vlla.

2. Nox inquieta, pulſus febrilis, reſpiratio bona, mens conſtat, anxietas a clyſmate, nullas feces depoſuit, lingua nitidior. Cl. B. praeſcripſit ſyr. viol. diamor. ana dr. vj ſp. ſulph. per camp. gtt. viij aq. meliſſ. ℔ j ß iuſſi pedum balnea. Delirauit: de die ſumſit lac ebutyratum, febris, ſitis vt ante, lingua magis albicat, vrina turbata, foetida. Dedi ſimilia, ſurditas.

3 Nox inquieta fuit, pedes adhuc dolent, febris vt ante, ſitis, lingua ſimilis. Surditas, vrina vt ante, al-

vum

vum non depoſuit heri. Dedi ſucc. pomor. Chinenſ. diamor. Nicolai etc.

Veſperi febris vt ante, aluus ſtricta, tendinum ſubſultus, ſurditas, lingua alba, ſitis, pedes et crura dolent, dedi ſimilia.

Mai. 4. Stupor et ſomnolentia cum leui delirio, febris vt ante, lingua alba, ſubſultus tendinum, dolor crurum circa malleolos at in pedis dextri tarſi ſuperiori parte macula dolens ſcorbutica quaſi, aluus ſtricta; hinc dedi clyſma et reliqua ſimilia.

5. Delirauit hac nocte, rogata bene reſpondet, pulſus debilior, lingua alba, craſſa, febris tamen, hinc inde dormiuit, clyſmate bis aluum flauam, foetidiſſimam depoſuit, conſultus Cl. B. praeſcripſit mixtur. vt 2 Maii et omni trihorio vnum ex his pulueribus ℞ crem. tart. ſal. prunell. ana dr. j fl. ſulph. dr. ß m. f. pulu. No. vj veſperi epiſpaſtica dedi, pro potu lac ebutyrat.

6. Nox quieta ſatis, ἀναισθησία, facies vultuoſa, pulſus plenior, et febrilis, lingua humidior, aluum non depoſuit. Dedi eadem.

Veſperi pulſus non adeo elatus, lingua humidior, clam feces et vrinam demiſit, ſurditas abiit, mens nunc conſtat, ſitit, poſtea feces foetidiſſimas conſcia depoſuit. Dedi gratum cardiacum emulſum cum aqua cinnamomi.

Mai 7. Nox modica, mens conſtat, bis aluum foetidiſſimam depoſuit, vomiturit parum, lingua adhuc obſita, craſſa, viridis, totum corpus puſtulis et maculis rubris obſitum, vrina ſubturbida adhuc (quam reliqui) pulſus modice febrilis, reſpiratio ſatis commoda, appe-

tit ius carnium. Dedi ſimiles pulu. et mixturam, vrina veſperi ſedimentum nullum dederat, foetida erat, inueni placide dormientem bene compoſito ſitu.

Mai. 8. Nox inquieta valde cum delirio, mane febricitat, facies magis rubeſcit, vrina vt ante, inquietudo. Conſului Cl. B. qui credebat, in ſimilibus pergendum eſſe, et dixit hanc ſolere eryſipelatoſis internis morbis ſic laborare, dum lateralia minora humores ingrederentur vaſa, et errore loci peccarent, hinc credebat tabeſcere debere impactos humores vi vitae prudenter moderata, et felicem dabat prognoſin.

Veſperi inueni dormientem placide, vrina parum plus turbata erat, bis aluum foetidiſſimam depoſuit, mane vrinam clam demiſerat, mentis compos fuerat perfecte. Dedi ſimilia.

9. Placide dormiuit, vrina incepit plus quaſi inclinare, vt ſedimentum det, et tenacia quaedam ſtrigmenta mota vrina lateribus vrinalis adhaerent, lingua humidior, ſtranguria, ſitis, appetit parum. Dedi ſimilia. Vrina veſperi ſubſedit, febris nulla, aluum non depoſuit.

10. Heri tota die ſomniauit, ſtranguria durat adhuc, vrina ſubſedit perfecte, ſitis, dormiuit modice, ſed vix multum appetit, febris nulla, capitis grauitatem ſentit, aluum non depoſuit. Dedi ſimiles pulueres addito pauxillo contraieruae.

Veſperi vrina erat turbida, ſed ſubſidebit breui, manducauit ſatis bene, ſed parum inde augebatur, in pectore dextro quid doloris ſentit in profunda reſpiratione, pulſus

ſus aequalis ſed debilis, aluum non depoſuit. Dedi leue emulſum.

Mai. 11. Vrina turbida, non ſubſedit, caput graue, faſtidit potus medicatos, febris vix vlla, aluum non depoſuit, lingua ſatis nitida, dormiuit modice. Dedi ſalem polychreſtum, elaeoſacchar. citri cum contraierua.

12. Appetitus modicus, ſitis maior, nox ſatis bona, febris nulla, aluus ſtricta, lingua nitidior, vrina parum coloratior, ſana, non ſubſidet, in pectore dextro illud adhuc manet. Dedi pulp. caſſiae, tamarind.

13. Ter aluum depoſuit cum leuamine, nox bona, ſitis, lingua nitida, febris nulla, vrina vt heri, appetitus bonus. Dedi pulu. ex contraieru. crem. tartari etc.

14. Vrina ſubſedit, heri aluum depoſuit, pedes parum dolent, febris nulla, dormiuit bene, appetit. Dedi pulueres aromaticos incitantes.

15. Dormiuit optime, vrina parum coloratior ſana non ſubſedit, febris nulla, appetit, ſitis modica. Dedi pulp. tamarind. rob ſamb. ribeſ.

16. Perrexi in ſimilibus.

17. Vrina ſana, febris nulla, bene appetit, bene dormit, aluus ſtricta, dum euigilat mane, ſitit valde. Dedi eadem.

21. Vrina ſana, febris nulla, aluus ſtrictiſſima, pedes dolent, tument parum veſperi. Dedi clyſma, et iuſſi pedum frictiones.

23. Poſt clyſma depoſuit ingentem copiam fecum, appetit bene, circa praecordia aliquam ſentit anxietatem.

tem, vrina parum magis colorata. Dedi oxym. ſcillit. cum tinct. myrrhae.



Saepe ſubito ſine manifeſta cauſſa in 26 annorum virgine alacri oriebatur dolor capitis intolerabilis, ſic vt vaſorum metuerem rupturam; hinc ſemel V. S. in tali paroxyſmo cum leuamine; ſed redibat poſtea dolor, nunc aurem ſimul ſiniſtram occupans, (ſiniſtrum enim capitis latus afficiebatur) cucurbitae et ſcarificatae et non ſcarificatae ſtatim leuabant dolorem incantamenti inſtar nuchae applicatae, redibat ſaepe, ſequenti die balnea pedum, dedi pulpam tamarindor. cum crem. tartari, ſale polychreſt. ſuperbibendo ſerum lactis, leuamen attulerunt, non ſanauerunt morbum.

Poſtea de die optime valens, optime comedens, de nocte ſubito euigilabat terribili dolore capitis, dum erecta ſedebat, mitigabatur, nec caput ſed collum etiam et maxillae pars ſiniſtra dolebat, mane euaneſcebant omnia; applicui ſub auris ſiniſtrae lobo veſicatorium illi loco, vbi pes anſerinus egreditur, ceſſauit dolor per octiduum, rediit, applicui iterum, ceſſat dolor, ſed maxillas deducere non poteſt, et ſub maxilla aliquis tumor oritur (dicit hoc pluries ſibi accidiſſe) optime valet caeteroquin, ſenſim euanuit malum.

## *Eryſipelas.*

Iulii 16. Valido ſatis labore corpus exercens incepit heri aegrotare, cum dolore capitis valido, nunc minori, non dormiuit, febris videtur continua, lingua valde obſita.

obſita, reſpiratio bona, vrina parum coloratior ſana. Dedi decoct. graminis etc. cum rob ribeſ. etc. facies flaveſcit, antea biliofis morbis obnoxius fuerat.

Iul 17. Non dormiuit, morbum bene fert, ſed tamen ſe parum debilitatum ſentit, ſitis ſatis magna fuit, vrina parum coloratior vrina ſana cum parua nubecula, lingua ſicca parum, tamen magis humida quam heri, dum tuſſit, lumbi dolent. Die 15 incepit circa humerum ſiniſtrum dolere et circa collum, nunc partes ſupra os iugale ſiniſtrum ſitae inflammantur, rubent, dolent. Aluum ſemel magno cum leuamine depoſuit, caput nunc minus dolet. Dedi ſimilia. Vide praenot. coacas Duret, de parot. No. 2. 114.

18. Eryſipelas bullatum ſiniſtram capitis partem incipit tenere, nox inquieta fuit, nunc magis quietus eſt, non dormiuit, lingua valde obſita, febris minor, flatus copioſi, aluum depoſuit. Dedi rob ſamb. ſyr. fl. viol. ſp. ſulph. aq. ſamb. pro potu ſerum lactis ebutyr. balnea.

19 Vrina parum coloratior ſana cum craſſa nube febris minor, borborygmi, aluus non fluit, flatus, facies plus tumet, non dormit, lingua valde ſordida, ſitis modica. Dedi pulp. tamar. cum ſale polychr. rob ſamb. et veſperi diacod. balnea, epiſpaſt.

20. Heri ſemel tantum depoſuit aluum, febris nulla, nox modica, ſed non dormiuit placide, lingua obſita, ſordet lingua vt ante, tumor faciei idem. Dedi acidula detergentia, aluum lubricantia.

21. Heri veſperi hora 11 incipit febricitare vt dicunt, non dormiuit fere tota nocte, de die ſe bene habuit,

buit, nunc lingua ſicca nigreſcit, alterum faciei latus tumet, ſudauit ſatis fortiter, aluum duram depoſuit. Dedi decoct. auenae etc. cum nitro, rob ribeſ. etc. vrina parum turbida.

Veſperi melius ſe habebat. Dedi ſimilia.

Iul. 22. Febris nulla, reſpiratio bona, vrina ſubſedit, nox modica fuit, lingua ſordida, parum tamen nitidior, dextra pars faciei iam tumore eryſipelatoſo obſita eſt, in ſiniſtro latere iam cruſtae ſunt. Dedi ſimilia medicamenta acida detergentia.

23. Nox modica, tamen non per totam noctem dormiuit, lingua ſicca non tam ſordida, febris nulla, ſic nec heri febricitauit, tuſſiuit parum de nocte, vrina ſubſedit. Dedi mel puriſſimum cum ſyr. altheae et nitro.

24. Vrina ſana, pulſus tardus, facies detumeſcit, ſomnus bonus, appetitus modicus, aluus tarda, lingua obſita, ſed minus tamen. Dedi rob ribeſ. ſamb. ſal polychr. pulp. tamarind. conualuit.

## *Icterus.*

Aug. 11. Annorum 31 ſcorbutica ante annum leui correpta ictero, magnam poſt paſtum ſenſerat anxietatem per aliquot tempus. 8 iam menſes grauida, die 7 ſubito valida febre correpta cum ſumma anxietate, ſine vomitu tamen, ictero perfuſa eſt valde flauo totam cutim occupante cum pruritu, et puſtulis aſſurgentibus poſtquam ſcalperet, ſaliua et totum os amareſcit, aluus plumbea, dedi ſumma ſoluentia ex taraxaci ſucco cum ſale polychreſt. etc.

Aug.

Aug. 14. Valide purgatur materia cinerea foetidissima sine multa minutione coloris icterici. Dedi similia.

16. Febricitauit valide hac nocte cum sudore vt dicit, icterus aeque magnus, aluum non deposuit, sitis augetur, febris nulla. Dedi fortissimum taraxaci decoctum cum sale polychr.

18. Aluum deposuit tenacem, griseam, oleosis guttis multis supernatantibus cum leuamine, ictericus color cutis et vrinae minuuntur, anxietas minor tamen post pastum aucta, sitis minor, pruritus ingens. Dedi similia.

19. Heri dolor magnus ab assumto cibo, et icterus maior. Dedi similia.

22. Melius se habet et anxietas longe minor est. Dedi similia.

## *Vermis latus.*

Aug. 12. Mulier 40 annorum territa saepe, tumorem in abdomine incepit sentire, sensim sed tamen satis subito auctum. Dederam pill. gummosas. Post paucos dies non assumens has pillulas, aliquot vlnas vermis lati excreuit, ante biennium vermes cucurbitinos excreuerat semper ante tempus mensium viuos valde: abdomen tumet valde et pedes, dolor lumborum et abdominis. Dederam rob iuniper. cum sale polychr.

13. Dolor idem, anxietas summa. Dederat Cl. Boerh. pulu. ex sem. zedoar, sale polychrest. cornu cerui vsto et vitriolo ♂ ante aliquot dies; sed ferre non poterat; hinc dedi ipsi elaeosacch. taraceti, cum vitriol ♂.

Aug.

Aug. 15. In his perexit, febricitat, dolores enormes saepe sentit: dedi vitriol. ♂ elaeosacch. tanac. cum melle et rheo, vt necarem lumbricum latum.

16. Omnia vt heri, dedi purgans ex scammon. merc. dulci etc. vrina sedimentosa vti antea fuerat.

17. Sexties aluum deposuit, conqueritur ab vmbilico ad cardiam de dolore pulsante, pulsus debilis, sitis, oris foetor, appetitus nullus. Dedi petenti empl. melilot. et mucag. et med. cardiacum.

18. Melius parum se habet, vrina vt ante. Dedi similia.

19. Vrina vt ante, febricula lenta, non potest erecta sedere, corpore moto sentit pondus decidens hinc inde, aluus stricta, tumor abdominis manet; pedes detumuerunt, ab emplastro leuamen habuit. Dedi infus. sem. zedoar. dauc. Cret. tanaceti summit.

20. 21. Omnia fere eadem. Inunxi abdomen vng. arthan.

22. Aliquod inde leuamen habuit: perrexi.

Sept. 12. Sic languit toto tempore tumido ventre, siti, pedibus nunc ante aliquot dies tumidis consului rob iunip. cum aq. iunip. sp. iuniperi, sale polychr. sp. nitri dulci, cum leuamine; vrina toto tempore sedimentosa erat.

Octobr. 18. Sic languit hucusque. Dedi ipsi dr. ß. ialappae, vnde vermem latum 6 forte vlnas longum excretum, cuius portionem seruo. Viuus erat et valde se mouebat, et restiterat omnibus illis anthelminticis. Tandem hydropica lento periit morbo mense Nouembri.

*Arthritis.*

*Arthritis.*

Sept. $\frac{8}{5}$. Annorum 57 die 4 Sept. incepit febricitare, die Veneris doluit brachium circa humerum et crus vtrumque, febris nunc eſt ſatis valida, lingua ſicca, obſita, corpus ex ſe debile, ſcorbuticum, nox inſomnis, aluus ſtricta, vrina coloratior ſana, os amarum, ſiccum, ſitis magna. Dedi ſumma antiphlogiſtica.

Veſperi febris erat ſatis valida, vrina craſſam nubem habebat, lingua ſicca valde et nigricans, dolor parum minor. Dedi emulſum auenaceum.

$\frac{9}{6}$. Non dormiuit, lingua ſicca, nigra, febris non aucta, reſpiratio bona, dolor minor in humero, et pedibus, dedi clyſma, quia aluus ſtricta erat, et ſimile medicamentum.

Veſperi febris erat vtcumque minor, lingua parum humidior, tamen nigreſcens, clyſma aluum cum leuamine duxerat, reſpiratio bona. Dedi idem emulſ.

$\frac{10}{7}$. Vrina valde rubra cum nubecula craſſa, febris minor, nox commodior, lingua ſicca, nigra, non depoſuit aluum, reſpiratio bona. Dedi aperiens et emolliens decoctum.

Veſperi vrina vt ante, ſomnolenta et hebes iacet, circa 2 pomeridianam incepit frigere, pulſus ſatis fortis, febrilis. Clyſma applicui nitroſum et epiſpaſtica.

$\frac{11}{8}$. Clyſma aluum duxit, febris vt ante, ſomnolenta iacet et hebes, non dormiuit, lingua ſicca, nigra, rogata reſpondet bene, vrinam non vidi. Dedi tinct. contraieruae, ſyr. ſucci citri, aq. rutae, ſal. polychr. ſuperbibendo decoctum panis.

Vesperi vrina rubra erat, cum nubecula crassa, febris maior, lingua modice humida, facies vultuosa, hebes iacet. Dedi clysma vt ante, epispastica et emulf. auenaceum.

Sept. $\frac{12}{9}$. Non dormiuit multum, sed dormitauit quasi, leue delirium, febris satis valida, vrina subturbida, lingua siccior, nigra, clysma nihil eduxit, queritur de dolore capitis. Dedi acidum saponaceum medicamentum, et epithema fronti applicui.

Vesperi omnia eadem, febris videbatur minor parum. Dedi emulsum, epispastica, clysma.

$\frac{13}{10}$. Tota nocte hebes et somnolenta fuit, gingiuae siccae, febris valida cum pulsu duro, oculum vnum aperit, et clam vrinam dimittit, clysma aluum duxit. Dedi idem emulsum et epicarpia. Periit vesperi apoplectica. Credo me errasse omittendo V. S.

## *Febris remittens.*

Sept. $\frac{25}{2}$. Incepit die 23 vesperi mediae aetatis foemina fortiter febricitare cum praegresso frigore, et heri de die febricitauit, sed parum minus. Artus omnes miro modo quasi conquassati dolent, 6 noctibus adsuerat matri aegrotanti, vrina sanae vix dissimilis, parum forte coloratior cum nubecula, quae circa superficiem haerebat, sed paulo post vidi descendere: lingua sicca, caput dolet, heri dum mouebatur, animi deliquium erat, sitis magna, appetitus nullus, non deposuit aluum 3 diebus. Dedi decoct. aper. cum tamarindis.

Sept.

Sept. $\frac{26}{3}$. Heri hora 5 veſpertina horripilauit, dolor lateris ſiniſtri ab aſſumtis quaſi recrudeſcens, et ideo quamuis ſiticuloſa, ſaepe non audet bibere, lingua ſicca, dolor capitis magnus, iam ſaepies ſingulis 14 diebus fluxerunt menſtrua, hinc iam inſtarent: leuis tuſſicula hinc inde, pedes dolent, nunc manus, nunc ceruix, pulſus modice plenus, vrina craſſam habet nubem. Dedi rob ribeſ. ſamb. ſyr. viol. nitrum, V. S. ad vnc. viij.

Veſperi ſanguis non erat phlogiſticus, parum leuaminis habuit inde, pedes et caput dolent, febris vt ante fere. Horripilauit poſt V. S. et ſaepe quaſi animi deliquium paſſa fuit, lingua ſicca, vrina poſt $\frac{3}{4}$ horae craſſam nubem ad fundum dimiſit, aluum non depoſuit, non poteſt potare; ſentit enim ac ſi potus aſſumtus in ſiniſtro haereret hypochondrio, magna erat anxietas, applicui fomentum ſaponis lateri, epiſpaſtica, clyſma, emulſum.

$\frac{27}{4}$. A clyſmate copioſas feces depoſuit cum leuamine, imprimis doloris lateris: inde bene dormiuit vſque ad quintam, tunc febcis prehendit ſine frigore, maiore ſiti, et maiore dolore humeri ſe manifeſtans, vrina vt heri, ſed ſupernatans parum craſſior apparebat, lingua ſicca, pulſus febrilis, tormina, terrores ſubiti. Dedi rob ribeſ. ſyr. citri, nitrum, ſp. ſulph. per camp.

Calor veſperi ad attactum ſatis magnus, aliquid menſium fluit, globum quaſi hyſtericum in faucibus ſentit, vrina pauca, ſtrangurioſa, lingua ſicciſſima, nigreſcens, febris valida, anxietas, quae ſpaſmodica videbatur. Clyſma applicui, epiſpaſtica, et emulſum auenaceum.

Sept. 28/5. A clysmate anxietatem sensit, et bis pauxillum aluo deposuit, aliquid fluit mensium sed parum, mens constat, anxietas et faucium suffocatio minor, pulsus fortis satis, febrilis, nox modica, vrina nubeculam subsidentem habet crassiorem, lingua sicca valde et fusca. Dedi nitrum, syr. citri, rub. idaei, sp. sulph. etc.

Vesperi lingua erat sicca, nigra, febris intense aucta, circa 12 cum dolore crurum et omnium artuum, fauces iterum incipiunt quasi tumere. Dedi pulu. nitros. emulsum, diacod. leuiter, epispastica.

29/6. Nox inquieta et insomnis, vrina vt ante, febris minor, lingua nigra adhuc, sed humidior parum, aliquid bilis aeruginosae heri vomuit, dolent omnes artus a ceruice ad pedes vsque, non deglutit sine incommodo, imo vix quid potat. Dedi eadem: iussi immergere brachia aquae tepidae, gargarizare, etc.

Vrinam copiosam dixit se reddidisse, vidi aliquam copiam, penitus eandem ac ante, bilem aeruginosam, viridem, notabili copia ad ℔ j forte magno cum leuamine vomuit, lingua incipit nitidior fieri, dolent humeri et brachia, sitis, febris minor, aluum non deposuit. Dedi decoct. hord. diacod. nitrum, aq. citri.

30/7. Vrina vt ante, sed nubecula per 9 horas relicta, vrina non subsederat, sed a summitate ad infimum vsque quadam quasi tenacitate porrigebatur, sudauit valide, pulsus aliquid vacillantis, et intermittentis quasi habet, lingua humidior, tremunt artus hinc inde, animo mota fuit, et credebat se morituram, respiratio bona, anxietas aderat, bis vomuit bilem viridem, mens constat.

ſtat. Dedi leuia acidula cardiaca cum pauxillo tinct. ſuccini, ius carnium cum ſucco citri.

Veſperi vrinam copioſam reddidit, ſed tenuiorem cum nubecula, pulſus et reſpiratio bona, lingua humidior, nullibi dolet, niſi hinc inde a decubitu, vomuit copioſam materiam pituitoſam, viridem: aſſumſit nutrimentum cum appetitu. Dedi eadem.

Oct. $\frac{1}{8}$. Simulac oculi conniuent, mira videt phantaſmata, poſt 3 nocturnam per 3 dormiuit horas, ſed cum inſomniis turbulentis, illud vacillans in pulſu adhuc adeſt, febris nulla, lingua parum humidior, et nigrum illud ab apice linguae ſecedit, hinc ibi dolet, vrina tenuior cum nubecula tenuiori. In ſimili victu et medicamentis perrexi.

Veſperi ſimiliter ſe habebat, et dixit ſe palpitationibus cordis obnoxiam viuere, et facile animo moueri.

$\frac{2}{9}$. Heri aluum duram cum moleſtia depoſuit, bene dormiuit, febris nulla, reſpiratio bona, vrina tenuis, lingua melior, pituitam vomuit flaueſcentem. Dedi pulu. ex ol. citri, cinnamomi, etc. contraieruam.

$\frac{3}{10}$. Vrinam non vidi, bene ſe habet in omnibus, appetitus redit, caput adhuc quaſi titubat prae debilitate, lingua nitidior, pulſus melior, bis aluum duram parcam depoſuit. Dedi infuſ. contraieruae.

$\frac{4}{11}$. Medicamenta faſtidit, omnia meliora. Dedi idem.

$\frac{6}{13}$. In omnibus ſatis bene ſe habet, vrina ſubſedit, hinc inde aliquid hyſterici ſe manifeſtat, non dormit bene. Dedi elix. pp. cum tinct. ſuccini.

Oct. $\frac{9}{16}$. Heri veſperi febricitauit, caput dolet, et in latere idem dolor recruduit, corpus parum plus moueret, quamuis debilis eſſet, vrina ſanae ſimilis, lingua ſicca, pulſus parum febrilis, ſitis, de nocte vix dormiverat, vomiturit, dedi oxym. ſcill. cum ſale polychr. aq. rutae.

$\frac{10}{17}$. Vomuit inde ſaepies cum leuamine, ſemel alvum depoſuit cum leuamine, dolor lateris inde leuabatur, lingua flaueſcens, dormiuit modice, et ſitim fert, quia euomit omnia. Dedi miuam cydon. ſyr. citri, aq. cinnamomi, diacod.

Vomuit et hoc aſſumtum, et tenuis ſed celer pulſus eſt, ex pedibus ſentit quid ad ventrem aſcendere, dein in faucibns inſtar globi haeret. Dedi tinct. ſuccini cum aq. menth. cort. citri, aurant, et opio, et empl. ex theriac. ventriculo impoſui.

$\frac{11}{18}$. Nox bona, vrina tenuis cum nubecula craſſa, lingua nitidior. Dedi eadem, pulſus parum febrilis.

$\frac{12}{19}$. Heri dicunt febricitaſſe cum anxietate circa praecordia, nox incommoda, ex nare ſiniſtra haemorrhagia, vrina vt ante, ſed parum magis flammea, vomuit bis, ſudauit fortiſſime, febris nulla. Dedi gratum cardiacum, et ius carnium.

$\frac{13}{20}$. Heri bis riguit per 2 horas, febrim credebat, lingua ſicca modice, ſemel depoſuit aluum, vrina ſubſedit diuulſa, alba quaſi, aliquid ſanguinis de naribus ſtillauit.

$\frac{14}{21}$. Vrina ſubſedit, bene ſe habet, febris nulla, nox commoda, appetitus augetur. Dedi gratum cardiacum, haemorrhagia narium pauca.

Oct.

Oct. $\frac{15}{22}$. Bene se habet in omnibus, vrina vt ante, dedi nihil. 18 vrina subsedit, bene se habet in omnibus. Dedi theriac. diatess. cum zing. condito. Conualuit.

*Continua remittens biliosa et aphthae.*

Oct. $\frac{2}{3}$. Sept. 30 incepit post meridiem febricitare vir 30 annorum satis bonae temperiei: sumserat tunc absinthii summitates, vt febrim profligaret; vomuit inde bilem, et fortissime tota nocte febricitauit cum dolore ingenti capitis et omnium membrorum, sic vt tactum vix ferret. Heri dederam decoct. ex rad. gramin. bardan. tamarind. hodie caput validissime dolet, modice dormiuit hac nocte, anxietas summa, lingua obsita, vrina flammea, tenuis cum nubecula, febris minor parum. Dedi decoct. aper. cum sale polychr. et oxym. scillit.

$\frac{3}{4}$. Nox inquieta fuit, medicamentum vix ferre potuit, dolor capitis ingens et omnium artuum, anxietas magna, febris valida cum pulsu pleno, vomituriebat continuo, et se quaquauorsum magna iactabat anxietate, dedi vomitorium ex ipecac. sed praemiss. V. S. ad vnc. viij.

Vesperi inueni sanguinem spissum sine sero fere, et concretum sed sine crusta inflammatoria, post V. S. animi fere deliquium per $\frac{1}{8}$ horae fuit, lingua sicca, vomuit cum leuamine, et vltimo bilem flauam, copiosam, et 4 aluum biliosam deposuit, totum corpus dolet, sed imprimis circa os ilium et femora, sic vt vix tactum ferat, dum oculos claudit mira videt phantasmata. Dedi emuls. diacodiatum.

Oct. $\frac{4}{5}$. Vrina vt ante ſed parum turbidior, ſummum doloris leuamen, et nox commoda, febris minor, omnia meliora, petenti ſic aegro dedi idem emulſum.

$\frac{5}{6}$. Vrina vt ante, ſomnus interruptus cum phantaſmatibus, febris exacerbata heri poſt meridiem, nunc ſatis fortis, lingua ſicca, vomuit pituitam heri, aluum non depoſuit, caput dolet, vrinam copioſam euacuat, bibit magnam copiam ſeri lactis. Dedi rob ribeſ. diamor. Nicolai, nitrum, ſp. nitri dulcem, etc.

$\frac{6}{7}$. Heri poſt meridiem male ſe habuit, et dixit ſe valde febricitaſſe, ſudauit fortiſſime, ſic et nunc, lucem ferre non poteſt, vrina fulua, flaueſcens cum nubecula, conqueritur de anxietate circa praecordia, dolor capitis nullus, lingua nitidior, pulſus non febrilis. Dedi decoct. aperiens.

Lac ebutyratum manducauit, lingua nitida, ſudor profuſus, febris aliqua ſed minor quam ante, pulſus vndoſus, mollis, oculis clauſis mira videt phantaſmata, aluus ſtricta. Dedi clyſma et leue diacod.

$\frac{7}{8}$. A clyſmate bis copioſam depoſuit aluum cum leuamine, ſudor copioſus, vrina ſubſedit, febris nulla, lucem fert, lingua nitida. appetitus bonus. Decoct. aper. dedi et veſperi leue diacodiatum.

$\frac{8}{9}$. Vrina ſubſedit, lingua nitida, dormiuit bene, lucem non fugit, appetit. Dedi infuſ. contraieruae cum ſyr citri.

$\frac{10}{11}$. Bene ſe habebat, vrina ſubſedit, reliqui, ſuadendo vinum abſinth.

Oct.

Oct. $\frac{12}{13}$. Vrina ſana, ſtigmata rubra in vuula et velo palatino cum dolore, pulſus febrilis, dedi rob ſambuc. nitrum, aq. ſamb.

$\frac{15}{16}$. Inueni febricitantem iterum, vrina hac nocte emiſſa craſſa ſubſederat, heri veſperi inceperat febricitare, vomuit tenacem pituitam cum flaua et viridi bile amariſſima, flatus ſentit per dorſum quaſi aſſurgentes, et dolorem crurum magnum, parum dormiuit hac nocte, aluus ſtricta. Dedi ſp. nitri dulcem, rob ribeſ. diamor. ſyr. diacod.

$\frac{16}{17}$. Vomuit ſimilia, dormiuit modice, caput non dolet, febricitat. Dedi oxymel ſcillit. ſal. polychr. aq. cichorei. Vrina craſſam nubem habet.

Veſperi crura dolebant, caput non, anxietas ſumma, vomuit omnia aſſumta, febris magna. Dedi empl. ex theriac. et emulſ. diacodiatum.

$\frac{17}{18}$. Vrina craſſa, turbida, heri veſperi ter depoſuit aluum copioſam flauam, febricitat adhuc, non vomit amplius, dormiuit modice. Dedi aq. menth. ſp. nitri dulc. laud. puri gr. ij miuam cydon.

$\frac{18}{19}$. Vrina craſſa turbida, nox incommoda, dum bibit in collo quaſi dolorem ſentit, aphthae iam apparent in gutture, febris durat, oculi adhuc flaueſcunt. Dedi ol. amygd. cum vitello oui, melle, aq. rhoead. aluum non depoſuit.

$\frac{16}{20}$. Non dormiuit hac nocte, et male ſe habuit, vomuit pituitam copioſam, vrina ſubſedit, continuo et pituitoſa exſpuit, pulſus non febrilis, aphthae deciderant. Dedi gratiſſimum emulſum leuiter diacodiatum.

Oct. $\frac{20}{21}$. Bene se habuit, bene dormiuit, aphthae deciderunt, nec redeunt, vrina crassa, sudauit profuse, pulsus et respiratio bona, sputa pituitosa adhuc. Dedi pulvisculos, vt occuparem.

$\frac{21}{22}$. Nox modica, inueni febricitantem, dum deglutit, dolent fauces, vrina subsedit lateritia, appetit bene. Dedi succum semperuiui cum syr. fl. viol aq fl. samb.

$\frac{22}{23}$. Bene dormiuit, vrina turbida, bene appetit. fauces non dolent, sputa tenacia sine tussi fere emittit cum leuamine, dum calescit sentit circa scrobiculum cordis aliquam tensionem, et tum sputa prodeunt: dedi mel cum aq. foeniculi.

$\frac{25}{26}$. Vrina rubra, turbida ante fuit, appetitus bonus, dum calescit in lecto tussis oritur cum quodam punctorio dolore pectoris, sitit, febricula aliqua est. Dedi oxym. scilliticum.

$\frac{28}{29}$. Satis bene se habebat, dedi leue purgans et vinum amarum.

### *Saliuatio.*

Oct. 8. Inueni 20 annorum post cancrum in praeputio curatum a chirurgo, ex ipsa glande nempe ex corona eius et praeputii parte interna exibat materies gonorrhaica, incepit in faucibus quid sentire: tentaui curam diaeta macilentissima, fomentis mollissimis, purgantibus hydragogis, tangendo locum faucium mercur. subl. solutione: sed quamuis aeger strictissime diaetam seruauerit, tamen non successit, et in naso aliquam sensit molestiam, hinc praemissis praemittendis progressus sum ad sali-

ſaliuationem cum mercur. praecip. albo, et incepi die 3 Octobris dare 3 vel 4 doſes, quae ſingulae granum habebant, ſuperbibendo opiatum. Sic fere perrexi donec die 6 orta ſebricula, tumor gingiuarum etc. docerent inſtare ſaliuationem, die 7 ſe commodius habuit, et incepit parum ſpuere. Dedi 3 doſes hodie.

Oct. 9. Saliuatio ℔ ij circiter ſine moleſtia. Dedi 3 doſes, aluus commoda.

10. ℔ ij ß circiter. Dedi 3 doſes, aluus commoda.

11. Dedi 3 doſes vt heri.

12. Dedi 3 doſes vt heri.

13. Vt heri parum minus. Dedi 4 doſes.

14. Minuitur potius quam augetur, dedi 4 doſes.

15. Dedi 5 doſes: parum augetur.

16. Dedi 5 doſes. ℔ ij.

17. Vt heri ℔ ij. Dedi 5 doſes.

18. Dedi 5 doſes vt heri, et toto hoc tempore alvus ſatis laxa manet, non liquida, emaciatur tamen, et minuuntur ſymptomata.

19. Dedi 5 doſes non augetur, aluus reſpondet.

20. Dedi 5 doſes, parum incipit plus dolere.

21. Heri quaſi languit, et hodie mane, dedi 2 doſes et ius carnium. ℔ ij ß.

22. ℔ ij circiter, dicit ſe capitis dolorem percepiſſe et febrim. Dedi 3 doſes.

23. Dedi 4 doſes; ℔ ij.

24. Peius ſe habuit, et 5 vel 6 aluum depoſuit. Dedi opiatum ſatis forte, et ſic potui compeſcere: vt heri.

25. Aluum non depoſuit. Dedi 2 doſes, ℔ ij.

Oct.

Oct. 26. Vt heri; aluus stricta.

27. Bene se habet, dedi 3 doses.

28. Vt heri; sed illud in naribus aspiciens inueni ciratrices cauas, paruas in interiore parte narium.

29. Vt heri: dedi duas doses.

30. Vt heri: dedi 3 doses.

31. ℔ ij ß exspuit. Dedi duas doses.

Nou. 1. ℔ ij ß. Dedi duas doses.

2. Feces duras valde non potuit educere. Clysma iussi applicandum, ℔ ij.

3. Non eduxit feces, iussi repetendum, ℔ ij.

4. Eduxit feces, inde debilitatur parum, ℔ ij ß.

5. Augetur parum saliuatio, et lingua plus dolet, sed non in illa parte, quae fornaci proxima fuit, sed in auersa parte.

6. ℔ iij.

7. ℔ iij. Dedi vnam dosim.

8. ℔ iij ß.

9. ℔ iij. Vrina iam per aliquot dies leuiter subturbida, album, crudum, chylosum quasi in fundo habet.

10. ℔ iij.

11. ℔ iij.

12. ℔ iij.

13. ℔ iij.

14. ℔ iij.

Hinc ad 20 vsque sensim minuta est, incepit iam se lauare, vestire etc. omnia sana videbantur. Postea tamen scripsit se iterum quid vlcerosi in naribus percipere. Dedi decocta et purg. hydragog. et iussi locum tangi solut. mercur. sublim. corros.

*Ter-*

## Tertiana.

Octob. 10. 43 annorum macilenta, fine manifesta causa incepit laborare tertiana. Iam tertius paroxysmus est 2 horis semper anticipans: incepit febris cum dolore lumborum satis valido, lingua non admodum sordida est, parum sicca, halitum dicit foetere; sed hoc iam antea factum est. Dedi refrigerans iulapium.

11. Vrina rubra, oculi flauescens quid habent, febris satis valida fuit, nox bona. Dedi decoct. aperiens et purgans 8 horis ante paroxysmum.

12. Heri post meridiem febricitauit, sed leuius, 3 purgata, oculi adhuc flauescunt, modice dormiuit. Hora 9 mane febris incepit. Dedi refrig. acid. medicamentum.

13. Heri febris fuit satis valida, vrina crassum dedit sedimentum, sitis, aluum non deposuit, oculi vt ante, pustulae labiorum scorbuticae quasi apparent. Dedi sal. polychr. syr. rhei, aq. cichorei.

14. Vrina subsedit, non febricitauit heri, hac nocte non multum dormiuit, nunc non febricitat, labia tota vlcerosa sunt. Dedi sal. polychr. cum decocto aperiente.

15. Vrina crassa subsedit, non febricitauit, sed nox incommoda fuit, et inquieta, aluum non deposuit, satis agilis est, deficit appetitus. Dedi sal. polychr. cum syr. fumariae.

16. Vrina parum coloratior sana, pustulae labiorum siccantur, appetitus non multus, lingua sicca, aluus stricta, febris nulla. Dedi pill. Ruff. cochiae ana gr. xx binis dosibus sumendas, inde parum purgata conualuit.

Con-

## *Constitutio anni* 1733.

### Ianuarius.

1. Aer non multum frigidus, et ventus occid. 2 vt heri, sed pluuiae et ventus fortior. 3 vt heri. 4 pluuiae minores, tepor aeris quasi. 5 pluuiae copiosae, ventus idem. 6 vt heri. 7 vt heri, pluuiae minores. 8 vt heri fere. 9 pluuiae copiosae. 10 pluuiae. 11 pluviae. 12 pluuiae continuae. 13 serenitas. 14 pluuiae et aer tepidus. 15 aer tepidus. 16 vt heri, et serenitas. 17 pluuiae. 18 pluuiae. 19 serenitas. 20 aer nubilus. 21 pluuiae. 22 serenitas tepida. 23 serenitas. 24 pluuiae hinc inde. 25 aer nubilus. 26 serenitas. 27 serenitas. 28 frigus maius. 29 serenitas frigidissima, gelu. 30 serenitas et gelu, Z.O. 31 serenitas et gelu, Z.O. postea O.

Iam praeterito mense inceperant catharri plurimi, tepido aere et humido, subito succedente frigore multum aucti, qui non tantum haec loca, sed et totam inuaserant Europam. Causae ab aere communi videbantur pendere, et dixit mihi Cl. Boerh. se semper obseruasse tales morbos, vbi similis in aere vicissitudo aderat.

Sic autem inuadebat plurimos: grauitas totius corporis, dolores vagi varias partes obsidebant, aliquando pectus et latera, non plethorici, aliquando alias partes: caput plenum sentiebatur, vagae oriebantur horripilationes, grauedo, tussis sicca, molesta, in multis facies tumida, inflata quasi, oculi rubebant, raucedo, dolor, dum tussiebant, ac si membrana asperae arteriae foret

ex-

excoriata, in quibusdam appetitus deletus, in aliis manebat adhuc satis bonus, lingua sicca: videbatur esse levis inflammatio totius membranae pituitariae, os, nares, fauces, oesophagum etc. inuestientis.

Hinc prout variae afficiebantur huius membranae partes, varia oriebantur symptomata: si fauces, angina erat, si asperam arteriam vel pulmonem, molesta tussis, et difficilis respiratio, raucedo, siccitas; si nares, tenue coryzae profluuium, postea in flauum mutabatur: si frontales sinus, immanis capitis dolor, qui V. S. leuabatur; sanguis eductus non erat phlog. si pharyngem et ventriculum, nausea: in quibusdam et in intestinis simile malum haerens tormina faciebat, et diarrhoeam.

Dum capitis vrgebat dolor, epithemata, V. S. profuerunt, sed non repetitae, purgantia leuia, et balnea pedum.

Nec videbatur V. S. adeo necessaria esse omnibus, ac multi voluerunt medici, inprimis Hagani.

Decocta bard. rad. gram. scorzon. foenic. etc. addito leui aromate, ling. 3 santal. sem. foenic. dauci Cret. profuerunt pulcherrime cum balneis pedum, et victu tenui, sudor inde ortus proderat Talia et dedit Cl. Boerh.

Fere omnes euadebant, admodum pauci moriebanbantur, et in illis sputa excernebantur fusca magna, fere talia, ac si caro gangraenosa aestiuo tempore foedo dilaberetur stillicidio.

Vrina

Vrina crassa, sedimentosa, lateritia in quibusdam, in aliis flauum habens sedimentum in morbi fine, in initio tenuis.

Quibus pertinacior tussis manebat, massa ex succo glycyrrh. olibano, mastiche, tereb. natiua profuit, superbibendo similia decocta.

Cl. Gorter credebat sp. croci extempor. prodesse certissime, sed mense Martio illum expertus sum, nec videbatur tantum prodesse, forte illud epidemicum iam cessabat.

Februarius. 1 serenitas et gelu O. 2 serenitas, frigus fortius Z. O. 3 serenitas, frigus minus Z. post meridiem Z. Z. W. 4 serenitas tepida, degelascit Z. Z. W. 5 serenitas tepida W. vesperi nebula humida. 6 aer nubilus, tepidulus valde W. 7 aer humidus, tepidulus W. 8 aer varius, tepidulus Z. O. 9 aer mane nubilus, humidus, postea serenitas tepida W. 10 de nocte magnus ventus W. aer nebulosus, humidus. 11 pluuiae et nebulae W. 12 serenitas ventosa W. 13 aer nubilus, pluuiosus, cum vento valido W. 14 serenitas cum vento valido W. 15 pluuiae, ventus validus W. 16 aer varius, ventus validus Z. 17 mane serenitas, post meridiem pluuiae Z. 18 mane serenitas, meridie pluuiae Z. 19 aer pluuiosus, nubilus, frigidior Z. 20 pluuiae copiosae, et venti Z. W. 21 serenitas frigida N. 22 aer serenus, ventosus W. 23 pluuiae validae, post meridiem serenitas Z. W. 24 ventus et aer varius W. 25 serenitas N. W. 26 mane nebulae, post meridiem serenitas N. 27 aer serenus W. 28 aer nubilus, pluuiosus Z. W.

Catharri

Catarrhi, rheumata plurima, augentur aegroti. 4 Febr. anginae, ophthalmiae, hinc inde pleuritis, cephalalgiae.

Anginae autem erant tales; inflammabatur tonſilla, ſine tumore adeo magno. 3 die macula alba in tonſilla dolens, quae lota ſp. ſal. marin. 5 vel 6 die ſecedebat, ſaepe ad alterum latus ſimile, ſed leuius oriebatur malum, ſanatum ſimiliter.

Martius. 1 aer nebuloſus Z W. 2 ſerenitas tepida, pulcherrima Z. 3 aer nubilus, pluuioſus Z. 4 aer pluvioſus Z et Z. W. 5 aer nubilus, tepidus, pluuioſus, ſerenus poſt merid. W. 6 aer frigidus, nubilus Z. O. 7 aer ſerenus, frigidus Z. O. 8 pluuiae mane, ſerenitas poſt meridiem Z. O. 9 ſerenitas pulcherrima W. 10 pluuiae validae. 11 aer ſerenus, frigidus W. 12 aer nubilus, pluuioſus W. 13 vt heri W. 14 aer nubilus, pluuioſus, varius, ventus validus N. 15 aer varius, pluuioſus N. W. 16 aer frigidus, nubilus, varius N. 17 aer ſerenus pulcherrime N. 18 ſerenitas frigida W. 19 pluuiae W Z. W. 20 aer varius, pluuiae, grando W. 21 W. ſerenitas frigida, de nocte gelauerat. 22 aer varius Z. W. 23 Z. O. venti validi, aer varius. 24 Z. O. ventus validiſſimus, aer varius. 25 gelu fortiſſimum hac nocte, aer nubilus, et tota die Z. O. 26 gelu ſimile tota nocte, ſerenitas pulchra, frigus mane intenſum, poſt meridiem mitius Z. W. 27 ſerenitas pulchra, minus frigida, gelat tamen Z. 28 aer varius Z. W. 29 aer frigidus, nubilus N. O. 30 aer nubilus, frigidus, grando O mane, poſt merid. N. 31 ſerenitas minus frigida N. W.

Catarrhi defcripti, diarrhoeae, pleuritides, apoplexiae, et paraphlegiae.

Numerus aegrorum minor.

Aprilis. 1 aer varius W. 2 hac nocte, et heri vefperi ventus validiffimus, pluuiae, grando W. 3 aer frigidus, ventofus W. 4 ferenitas tepida admodum, imo calida, fubito fic mutata Z. 5 aer nubilus, tepidus, humidus Z. 6 aer nubilus, tepidus valde Z. O. 7 aer ferenus, calidus W. 8 aer ferenus, calidus, mane Z. poftea O. 9 aer ferenus, calidus Z. 10 aer nubilus, frigidior N. W. 11 aer ferenus, calidus Z. 12 aer ferenus, calidus O. 13 aer ferenus, calidus O. 14 aer nubilus, frigidus N. poft merid. O. 15 aer nubilus, frigidus N. O. 16 aer nubilus, frigidus Z. O. 17 aer mane nubilus, frigidus, poft meridiem ferenus O. 18 ferenitas calida O. Z. O. 19 ferenitas calida O. poftea Z. O. 20 ferenitas calida Z. 21 aer nubilus N. O. vefperi pluuiae. 22 hac nocte pluuiae, mane aer nubilus, poft meridiem ferenitas N. W. 23 ferenitas calida Z. O. 24 aer ferenus mane, nubilus valde, poft meridiem parum pluuiae Z. O. 25 aer nunc ferenus, nunc nubilus N. W. vefperi pluuiae. 26 aer ferenus, ventofus Z. O. 27 aer mane nubilus, cum leuiffima pluuia, poft meridiem ferenus Z. O. 28 aer nubilus, ventus varius, nunc Z. poftea N. W. 29 aer nubilus, poft ferenus, ventofus Z. poftea Z. W. 30 mane ferenitas calida Z. poft meridiem nubilus N. O.

Numerus

Numerus aegrorum paucus, catarrhi adhuc, sed pauci, rheumatismi, pleuritides, exanthemata in iunioribus, et in fine mensis cholerae.

Maius. 1 aer serenus, calidus, sed simul nubilus O. 2 aer frigidior nubilus N. 3 pluuiae tota die O. et post Z. O. 4 aer nubilus frigidior Z. sensim declinauit versus W. vesperi N. N. W. 5 aer serenus W. parum versus N. declinans. 6 aer nubilus, frigidus, post meridiem magis serenus, ventus varius, nunc N. O. O. Z. O. 7 aer serenus O. et variabat saepe ad Z. O. 8 aer nubilus, frigidus N. 9 pluuiae tota nocte et hodie N. et postea N. W. 10 aer serenus satis, sed frigidus, ventus vt heri. 11 aer frigidus, nubilus, ventus vt heri. 12 aer satis serenus frigidior N. 12 aer serenus frigidior N. 13 aer serenus, calidus, nocte frigidus, glacialis fuerat O. 14 aer serenus, calidus O. 15 aer serenus, frigidus O. 16 nox glacialis, aer serenus, frigidus O. 17 aer serenus, parum minus frigidus O. 18 aer calidus, serenus, post meridiem nubilus, cum pluuia leui O. 19 aer nubilus, frigidus O. 20 pluuiae continuae N. 21 aer nubilus, leues pluuiae, sed paucae N. et N. W. 22 aer nubilus, pluuiosus, tepidus Z. 23 aer tepidus admodum, circa vesperam frigidior, et tunc N. 24 serenitas calida N. 25 serenitas calida O. 26 serenitas calida, ventosa parum O. 27 aer nubilus, ventosus, frigidus valde O et O. N. O. 28 aer nubilus, frigidus, sed minus O. 29 aer nubilus, leues pluuiae hac nocte, frigus minus N. O. post meridiem N. 30 aer serenus, calidus N. 31 aer nubilus N.

Tertianae, cum leui ſaepe flauo colore oculorum, purgante feliciter ſanatae ante paroxyſmum. Cholerae hinc inde, paralyſes, dolores lateris non pleuritici, ſynochi ſimplices.

Aegri non multi.

Iunius. 1 aer ſerenus, calidus N. parum declinans verſus W. 2 aer ſerenus, calidus N. W. 3 aer ſatis calidus, imbres non diu durantes N. W. poſt meridiem N. 4 aer modice calidus, ventus fortis, partim nubilus N. 5 aer nubilus, venti, imbres validiſſimi N. et N. O. 6 aer ſerenus, calidus modice N. 7 aer ſerenus, ventoſus O. 8 aer ſerenus, calidus valde O. 9 aer ſerenus, calidus O. N. O. 10 aer ſerenus, calidus N. 11 aer nubilus, leues pluuiae W. 12 aer nubilus, frigidus N. 13 aer ſerenus, non adeo calidus N. 14 aer ſerenus, calidus N. 15 aer nubilus N. 16 aer nubilus, modice calidus Z. et Z. O. 17 vt heri, poſt meridiem N. N. O. 18 vt heri N. N. W. 19 aer ſerenus, partim nubilus, calidus Z. 20 aer nubilus, calidus, poſt meridiem pluuiae largae Z. W. 21 aer frigidus, nubilus N. 22 aer modice calidus N. veſperi O. 23 calor magnus O. et Z. O. 24 aer calidus valde, humidus, pluviae W. 25. aer humidus, moleſte calens, poſt meridiem leuia tonitrua, et pluuiae validae N. W. 26 calor ſerenus N. W. 27 calor ſerenus W. 28 aer ventoſus, valde ſerenus, modice calidus, leues pluuiae de nocte W. 29 aer nubilus, modice calidus Z. poſtea W. 30 pluuiae hac nocte, aer nubilus, varius W. Z. W. pluuiae poſt meridiem.

Mor-

Morbilli et variolae quaedam ſpuriae; numerus aegrorum 8 incepit augeri, ſtatim poſtea minuitur. Tertianae aliquando cum dolore lienis, hinc inde cholerae, morbi acuti, pleuritides etc. aegri pauci.

Iulius. 1 aer nubilus, varius, imbres validi, ventus validus Z. W. 2 ventus validus W. Z. W. aer nubilus. 3 aer ſerenus W. 4 aer ſerenus, calidus N. W. 5 aer ſerenus, admodum calidus, ventus varius, maxime O. 6 aer ſerenus, valde calidus Z. 7 aer calidiſſimus Z. 8 aer calidiſſimus, fere intolerabilis Z. poſtea Z. W., thermom. 80 gradus habebat, fere in cubiculo a ſole remotum. 9 aer calidiſſimus poſt meridiem, venti refrigerium fecerunt 78 graduum. 10 aer minus calidus 76 poſt meridiem, nubilus aliquando, venti W. 11 pluuiae hac nocte, aer varius, nubilus N. W. 12 aer ſerenus, ventoſus, calidus modice N. 13 aer ſerenus, calidus Z. O. 14 aer ſerenus, calidus Z. O. 15 aer calidus, ſed ventoſus admodum Z. O. 16 aer calidus admodum Z. O. veſperi nubilus, pluuiae validae, et fulmina. 17 aer nubilus, calidus, pluuioſus, leue tonitru N. et N. O. 18 aer ſerenus, ventus ſatis validus N. 19 aer ſerenus, calidus, ventus modicus N. 20 pluuiae N. W. 21 aer nubilus, fere pluuioſus N. W. 22 aer nubilus N. W. 23 aer nubilus, fere pluuioſus N. W. 24 aer ſerenus, ventoſus W. 25 aer ſerenus N. W. 26 aer nubilus, imbres, leue tonitru W. 27 aer calidus, nubilus Z. veſperi pluviae. 28 aer calidus, ſatis ſerenus, leuis imber mane W. 29 aer ſerenus, hinc inde nubilus, calidus N. W. 30 aer nubilus, ventoſus W. 31 aer ſerenus N.

Tertianae, aegri pauci admodum, die 8 tantus calor, vt fere deficerent homines, et bini homines foeno colligendo hoc die incumbentes, ardentiſſimo ſoli expoſiti, inceperint delirare parum, mox mortui intra $\frac{1}{4}$ horae. Poſtea inceperunt cholerae, et diarrhoeae quaedam, variolae quaedam ſpuriae, *Steenpokken* occupabant infantes plures, contagioſae videbantur, quia in eadem ſchola verſantes occupabant fere omnes, ſed erant ſalutares omnino. Siccitas tam magna fuit, vt gramen in pratis aruerit fere, arborum folia arida deciderunt plurima; hinc inde diarrhoeae putridae.

Auguſtus. 1 aer hinc inde nubilus, calidus, poſt meridiem ſerenus W. et N. W. 2 aer ſerenus, calidus N. W. 3 aer ſerenus, calidus N. N. O. 4 aer calidus, ſerenus N. N. W. 5 aer nunc nubilus, nunc ſerenus, calidus N. W. 6 hoc mane leues pluuiae fuerunt. 6 aer nubilus, calidus N. 7 aer nubilus, poſt meridiem leues pluuiae N. 8 aer nubilus, nunc ſerenus, aliquando calidus Z. 9 aer nubilus, pluuiae validae, leue tonitru Z. 10 aer nubilus, varius, pluuiae Z et Z. O. imbres validiſſimi. 11 aer varius, venti, non pluit W. 12 aer ventoſus N. 13 aer nubilus, nunc ſerenus, leuis pluuia N. W. 14 aer ſerenus, ventoſus, veſperi nubilus W. 15 aer ſerenus, calidus modice W. 16 aer pluuioſus, poſt meridiem magis ſerenus W. 17 aer ſerenus, calidus W. 18 aer ſerenus, calidus, ante meridiem nubilus, nocte leues pluuiae W. 19 aer ſerenus, calidus, poſtea nubilus, leue tonitru ante meridiem, veſperi imbres validiſſimi W. 20 aer ſerenus, calidus parum, hinc inde nebuloſus N.

N. W. 21 aer ſerenus, calidus Z. 22 aer nubilus, calidus N. O. 23 aer ſerenus, mane N. O. poſt meridiem ventus validus W. et aer nubilus. 24 aer ventoſus, nubilus N. W. 25 aer nubilus, leues pluuiae, ventus validus Z. W. 26 ſerenitas calida W. 27 pluuiae validae, continuae fere W et Z. W. 28 aer pluuioſus, poſt meridiem ſerenus W. 29 pluuiae continuae Z. W. 30 aer ventoſus, frigidiuſculus, pluuioſus N. W. 31 aer varius, ventoſus N. W.

Circa medium Auguſti numerus aegrorum incipit augeri, quartanae incipiunt quaedam, tertianae multae ſequenti menſe deſcribendae, morbilli hinc inde, et pleuritis.

Numerus aegrorum auctus.

September. 1 aer nubilus, calidus, leues pluuiae W. 2 vt heri N. W. 3 hac nocte pluuiae validiſſimae, continuae, et mane, poſtea ſerenitas N. W. 4 ſerenitas pulchra W. 5 pluuiae mane, poſtea ſerenitas. 6 aer ſerenus, ventoſus N. W. 7 aer ſerenus W. 8 pluuiae cum tepore W. 9 aer varius, pluuioſus, veſperi fulgura horrenda, tonitru leuius, venti, imbres fortiſſimi N. W. 10 aer varius, ventus fortis, imbres N. W. 11 aer varius, ventus modicus, pluuiae Z. W. 12 aer varius, magis ſerenus Z. W. 13 aer pluuioſus, varius, ventoſus Z. W. 14 vt heri W. et poſtea N. W. 15 aer varius, vt heri W. 16 aer nubilus, ventus fortis W. 17 aer varius, pluuioſus, ventus minus fortis W. 18 ſerenitas mane O. poſt merid. W. 19 ſerenitas ſemel intercurrente leui pluuia W. 20 aer pluuioſus N. W. 21 aer

nubilus O. 22 serenitas pulchra (Z. O.) sed frigida. 23 vt heri Z. O. 24 vt heri Z. O. 25 vt heri, sed maior calor Z. O. 26 serenitas calida N. W. 27 vt heri N. W. 28 serenitas frigida Z. O. 29 serenitas frigida Z. O. 30 serenitas frigida N. W.

Quartanae augentur numero 12. numerus aegrorum incipit decrescere. 16 quartanae plurimae legitimae.

Tertianae illae aliquando legitimae erant, quandoque duplicatae, saepius simplex, dolor capitis magnus saepe aderat, in quibusdam leue delirium, anxietas, oppressio circa praecordia, color oculorum flauescens, bilis vomitus, erant praecipua symptomata.

Vrina crassa, satis turbida, iam in initio morbi.

Vomitus biliosus, et diarrhoea putrida vel sponte vel arte profuerunt, et saepe diarrhoea illa repetitis vicibus cum febre redibat.

Profuit ipecacuannha ante accessum, vomitu bilem excutiens, et simul plerumque per aluum euacuans nigram, viridem, olidissimam materiam summo cum levamine, profuit et plurimum purgans ex rheo, stib. diaphor. 8 horis ante paroxysmum, repetitum pro re nata.

Deinde larga decocta bardan. tamar. graminis cum sale polychresto, victum ex acescentibus fructibus horaeis etc.

Satis feliciter curabantur: nullum periisse scio, nullum languisse diu, nisi vnicum, qui post 8 septimanas in singultum incidit, sudorem nocturnum, vltimo in quartanam.

Octo-

October. 1 aer ſerenus, pulcher N. W. poſtea Z. Z. W. 2 ſerenitas pulchra Z. W. 3 ſerenitas Z. W. 4 mane pluuiae, poſt ſerenitas N. W. 5 mane pluuiae, aer nubilus W. 6 aer nubilus, poſt meridiem et pluuioſus, mane ſerenitas Z. W. 7 hac nocte ventus validiſſimus et imbres profuſiſſimi, de die modica ſerenitas W. 8 imbres, et ventus W. 9 vt heri W. 10 aer modice ſerenus W. 11 ſerenitas pulchra W. 12 pluuiae Z. W. 13 ſerenitas pulchra Z. W. 14 vt heri. 15 mane pluuiae continuae, poſt meridiem ſerenitas Z. W. 16 aer varius Z. 17 aer ſerenus O. frigidus. 18 aer ſerenus, frigidus O. 19 aer ſerenus, frigidus O. et Z. O. 20 aer ſerenus, minus frigidus O. 21 vt heri O. 22 vt heri Z. 23 aer pluuioſus, tepidus Z. 24 vt heri N. 25 vt heri N. 26 mane pluuiae, poſtea ſerenitas N. 27 aer pluuioſus, varius N. et N. W. 28 aer ſerenus O. 29 aer ſerenus, frigidus W. 30 vt heri. 31 aer nubilus, frigidus N.

Catarrhi, quartanae plurimae, aegri ceteroquin pauci, hinc inde febris eryſipelatoſa.

Nouember. 1 aer nebuloſus N. 2 ſerenitas modica O. 3 ſerenitas pulchra, ſed frigida O. 4 vt heri Z. W. 5 mane ſerenitas frigida, poſt meridiem tepor et pluuiae Z. 6 aer tepidus, nebuloſus W. 7 aer nubilus, pluuioſus W. 8 ſerenitas modica N. 9 aer varius, ventus fortis W. 10 pluuiae et ventus fortis W. 11 pluuiae et ventus N. 12 aer nebulus, ventoſus N. 13 aer tepidus, nubilus W. 14 vt heri W. 15 aer nubilus, pluuioſus N. 16 aer nubilus, pluuioſus N. W. 17 aer modice ſerenus N. et N. W. 18 aer ſerenus, frigidus Z. 19 hac nocte

gelu forte, et hodie ferenitas fatis frigida Z. O. 20 ferenitas frigida valde, et gelu fatis forte, fed vefperi mitior aer Z. et vefperi Z. W. 21 aer nubilus et pluuiae W. 22 vt heri W. 23 hac nocte ventus impetuofiffimus et hodie W. 24 aer varius, pluuiofus W. 25 aer nubilus W. 26 aer ferenus W. 27 aer nubilus, pluuiofus W. 28 aer nubilus, pluuiofus W. 29 aer ferenus, tepidus N. 30 nebulae fpiffae, pluuiae W.

Rheumatifmi plures, anginae, hinc inde pleuritis, et peripneumonia, femel vidi variolas difcretas mites, febres continuae cum delirio, cum aphthis in fine morbi. Aegri plures numero, quam praeterito menfe.

Quartanae erant fatis mites, et incipiebant quaedam minui.

Numerus aegrorum circa finem menfis idem.

December. 1 aer tepidus, nubilus W. 2 aer ferenus, frigidiufculus Z. O. 3 aer ferenus, minus frigidus O. 4 aer ferenus, frigidus Z. O. 5 aer pluuiofus, nubilus W. 6 vt heri, poft meridiem ferenus Z. W. 7 aer ferenus Z. W. 8 aer ferenus W. hac nocte ventus validiffimus et grando, vefperi pluuiae. 9 aer pluuiofus, nubilus W. 10 vt heri W. 11 vt heri W. 12 aer ferenus N. W. ventus parum fortior. 13 aer nubilus, pluuiofus W. 14 aer nubilus, pluuiofus, varius N. W. 15 aer nubilus N. 16 vt heri N. N. O. 17 aer frigidior ferenus W. N. W. 18 aer ferenus, frigidus W. gelu paruum. 19 aer nebulofus, frigidus, prunofus Z. 20 gelu forte Z. 21 gelu Z. 22 degelauit heri vefperi, aer humidus W. N. W. 23 aer ferenus, ventofus N. W. 24 pluuiae continuae, te-

por

por W. 25 pluuiae validae, tepor, poſt meridiem ventus validiſſimus W. 26 aer ſerenus, tepidus W. 27 pluviae validae, interpoſita ſerenitate tepida W. 28 vt heri W. 29 aer tepidus, non pluuioſus W. 30 vt heri W. et W. Z. W. 31 aer ſerenus, tepidus W.

In eadem domo vidi 3 variolas diſcretas. Numerus aegrorum modicus, anginae, odontalgiae, ophthalmiae plurimae.

## *Rheumatiſmus.*

Ian. 28. Praeterita nocte ſaniſſimus cubitum iuerat homo 32 annorum, macilentus, acerrime rebus ſuis acuto ingenio incumbens; hora ſecunda nocturna ſubito expergeſactus dolorem acerrimum in pectoris dextri parte ſuperiori et humero ſenſit; dolor reſpirationem impediebat; inueni mane hora quinta febrim nullam: dedi decoct bardan. gram. cum nitri dr. iij ſyr. 5 rad. aper. ℥ iij, ℥ j omni quadrante horae, et fomentum ex ſapone veneto cum aqua et lacte, hora 11 matutina inveni febricitantem, dolor parum remiſerat, venam iuſſi ſecari ad ℥ viij et dedi eadem. Nullus erat in pectore ſtertor, nec tuſſis, nec anxietas, ſed decubitus erat moleſtiſſimus ob dolorem, non ob anxietatem, omnium commodiſſime ſe habebat dum reclinato verſus poſteriora corpore in ſedili ſe componeret; vrina ſedimentum depoſuerat ſat cito lateritium.

Veſperi inueni ſanguinem non phlogiſticum, nec dolor minutus fuerat V. S. febris minor; dedi emulſum leve nitroſum, et loco fomenti, ne de nocte moleſtum eſſet,

esset, dedi emplastr. laudani et mucilaginum; rheumaticum dolorem credidi, in omnibus enim se sanum sentiebat aeger.

Ian. 29. Nox modica fuit, sed in sedili fere sederat tota nocte, decumbens enim dolebat acrius, dolor versus infimum limbum costarum spuriarum descenderat, in humero, et pectoris superiori parte leuior, noctu dolor exacerbatur, pulsus non adeo plenus, modice febrilis, lingua humida, nitida; sitis vix vlla, appetitus non adest. Cl B. aliquid inflammatorii subesse credidit; dedit decoct. bard gram scorzon. foenic. sine nitr. foment. saponis.

Vesperi febris auctior, pulsu tamen non adeo elato, doloris augmentum erat, aliquae stillae de naribus exibant. Dedi eadem.

30. Nox ad 12 vsque molesta, dein pacatior, post decumbere potuit, dolor parum minor, nulla tussis, nec vlla pulmonis infarcti signa, febris modica, minor saltem hesterna, vrina parum coloratior sana, nubeculam habebat.

Febris aucta, debilitas, molestia in deglutiendo sine dolore tamen. Cl. B. iudicabat, nil adesse inflammat. et iusserat idem medic. vrina coloratior sana, cum nubecula, a minima loquela lassitudo magna, et respiratio impedita, pectus liberum tamen: lingua parum siccior, sudor aliquis toto corpore aequalis; ius carnium cum oryza et limon consuluerat.

31. Nox incommoda, pulsus debilis, respiratio breuis et sublimior, dolor in latere minor, tensio in vtroque pectore, pulsus febrilis debilior tamen, lingua parum siccior,

ſiccior, medicamentum faſtidit omnino, vrina craſſa, pauca, turbida, aluum non depoſuit, debilitas magna, manum tamen valide comprimit meam, et iuſſus, pectus dilatat.

Veſperi debilitas maior, lingua non multum ſiccior, vis muſcularis ſatis fortis, dum manum premit, in ſiniſtro iam pectore compreſſionis ſenſus, dum deglutit, circa orificium ſuperius ventriculi videtur haerere aliquod impedimentum, bis aluum figuratam, profunde viridem depoſuerat, nil aſſumſit fere: vrina craſſa, turbida, non ſubſidens, reſpiratio adhuc breuis, tamen poteſt pectus dilatare; Cl. B. ſuaſerat infuſ. ſaſſafr. c. glycyrrhiza, dedi emulſum gratum, et ius carnium etc.

Febr. 1. Nox incommoda, et anxia, non dormiuit, debilitas maior, facies collapſa, vox magis rauca, oculi flaueſcebant, vrina rubra, poſtea turbata manet, non ſubſidens, reſpiratio magis impedita, febris augebatur, circa vndecimam dedi idem medicamentum, emulſ. et ex lap. prunell. 69 contraieru. corall. etc.

Veſperi maior anxietas, raucedo, facies collapſa, pulſus debilis, inaequalis, mens conſtat, vrina eadem, ſemel aluum ſimilem depoſuerat, vt ante, inquietudo. Dedi mixt. ex aq. cort. citr. aurant. tinct. contraieru. ſyr. ſucc. citr. ſuperbibendo gratum emulſ. ex amygdal. amaris, dulcibus etc.

Periit hac nocte.

Tumor

*Tumor abdominis.*

Mulier 32 annorum poſt puerperium abdomen inflatum, tumidum retinuit, et grauiditatis tempore immanem vuarum copiam ſumſit, dolor ſummus erat aliquando in abdomine, cum conuulſionibus ſaepe validiſſimis, aſſumta reuomebat illico, aliquando retinebat diutius, imo et ſtercus reuomebat ſumma cum anxietate, ſaepe audiebatur magnus ſonus in abdomine quaſi aquae ex cantharo anguſti orificii effluentis. Dedi diſſoluentia ex ſapone, decoct. 5 rad. et tunc purgans validum ex pil. cochiae. 5 ſeptimanis a puerperio vocatus fui: et tunc cum leuamine ingentem copiam ſaburrae fuſcae, olidae, cum acinis vuarum copioſis depoſuit, detumeſcente abdomine, poſt duos dies iterum tumebat abdomen aequaliter tenſum, vrina craſſa erat, aegra pallebat, crura non tumida, pulſus debilis, non febrilis; dedi vitriol. ♂ dr. ß. ſal. polychr. dr. iij. cum ſyr. cichor. etc. inde libras aliquot fuſcae deiecit materiae cum leuamine multo.

Febr. 10. Iterum incepit tumere abdomen: dedi iterum vitriol. ♂ etc.

13. Inde valide euacuabatur materia viridis, foetidiſſima, aliquantum detumeſcente abdomine, adhuc audiui ſonum illum, quaſi effluentis de cantharo aquae. Dedi cardiacum.

16. Abdomen iterum intumuit elaſtico tumore quaſi, ſonus ſimilis, nec aluum nec vrinam his 3 diebus depoſuit fere; dedi omni bihor. gutt. iv ol. terebinth. ſuperbibendo infuſum ſem. bardan. rad. angelic. apii.

Febr.

Febr. 17. Bis inde paruam vrinae lateritiae copiam depoſuit, abdomen valde tumidum iterum, et ſtricta aluus, nil comedit. Dedi pil. coch. dr. ß ſal. polychr. gr. xv ſyr. cich c. rheo ℥ ß. aq. cort. citr. ℥ ß.

18. Bis aluum copioſam, foetidam, albam depoſuit, abdomen non detumeſcit, non appetit, dedi gr. x vitriol. ♂ cum gumm. ammon. ol. menth. forma pilularum.

19. Sonus idem in abdomine, vrina parca, tota quaſi ſedimentoſa, reſupina iacet, nec poteſt ſe eleuare, tunc enim dicit ſe dolorem ſentire perfecte in omni loco, quem occupant muſculi recti, pulſus, et reſpiratio ſatis bona, parum appetit, ſitis magna; dum bibit, ſentit aliquam reſiſtentiam, et dolor augetur, poſtea ſenſim euaneſcens; dederam mixt. ex dr. iij ſal. polychr. tart. vitrioli dr. j ſyr. cichor. c. rheo. ℥ ij aq. cichor.

20. Poſt ſummas anxietates, et mortem quaſi inſtantem aliquot libras foetidiſſimae, fuſcae materiae hac nocte circa 12 nocturnam depoſuit cum detumeſcentia abdominis, ſed iam febricitat, dolor minor, poteſt decumbere in latus iam: dedi idem medicamentum et emplaſtrum ex laudano et oleo menth. abdom. applicandum.

21. Vocem ſonoram emittere non poteſt, pulſus et reſpiratio tamen conſtant, copioſiſſima euacuatio viridis, dein flauae materiae, clam quaſi elabentis, ſpumoſae, foetidiſſimae, facies collapſa, dolor abeſt, non dormiuit. Dedi emulſum ſapidiſſimum.

22. Aluum depoſuit albam, craſſam, cum calculoſis aſperis fragmentis, quae per anum tranſeuntia

tia molestum faciebant dolorem, rotundula, dixerunt esse instar capitis aciculae, et talem particulam in ano haerentem digitis contriuerat, postea aluum flauam deposuit, tenacem valde, vix eluendam, abdomen molle tum et flatulentum, flatus binos dimisit, quod a longo tempore non fecerat. Dedi bolos 3 ex theriac. Androm. diatessaron, ol. menthae.

23. Dum bibit, sentit quamdam resistentiam, ante quam in ventriculum decidat, abdomen non tensum, sed molle, cineres comedit aliquando, vrina subsedit copioso sedimento, febris minor, lingua siccior, flatus dimisit, sudauit fortiter; dedi aromaticum carminans medicamentum.

24. Ante 6 dies vuas corinthiacas comederat, nunc reddit per aluum, quam hodie bis flauam deposuit, melius deglutit, nec illam resistentiam sentit, abdomen tumens, sed molli, elastico tumore, febris nulla, non dormiuit. Vt redderem elasticitatem intestinis dedi pillulas ex catechu, cort. Winter. pipere, ol. menthae.

25. Aluum copiosam ter posuit, facies collapsa, pulsus non febrilis, abdomen vt ante, non dormiuit. Dedi easdem pillulas, addendo opii gr. j.

26. Circa orificium ventriculi superius impedimentum sentit, inprimis dum deglutit solida, facilius deglutit liquida, ter aluum flauam deposuit, febris nulla, decubitus in latere difficillimus. Dedi, cum insomnes duxisset noctes, diacodiatum.

Febr.

Febr. 27. Bene dormiuit, dolor dextri ilei verſus dextrum femur tendens, illud moleſtum in deglutitione manet. Dedi iterum diacodiatum, abdomen adhuc tumidum.

28. Ter aluum flauam depoſuit, dolor in dextro latere vt ante, vti et illud impedimentum circa orificium ventriculi ſuperius, lingua ſicca, nox modica, dolor ventris ante euacuationem alui, febris nulla. Dedi infuſum ex ſem. 4 calidis maioribus.

Mart. 1. Non potuit ſumere medicamentum. Omnia fere eadem; dedi dr. j ex aethiop. mineral. diuiſum in doſes iv aequales.

2. Vomuit heri viridiſſimam materiem, dum bibit, non poteſt in ſtomachum delabi, et fere conuellitur, pulſus aequalis, debilis, fuſca deponit, foetida, vox non eſt ſonora. Dedi ſapidiſſimum emulſum, mens conſtat, flatus moleſti.

3. Aluum flauam depoſuit, mens conſtat, abdomen tenſum, cum moleſtia deglutit, ſupina iacet, quaſi ἀναίσθητος. Dedi eadem.

4. Immota debet iacere, a minimo motu dolor augetur, loquela rediit, mens conſtat, ructus amari et acidi, abdomen tumet, febris nulla. Dedi miuam cydon: cum catechu, et cort. Winteran. bis aluum depoſuit flauam.

6. Parum melius ſe habet, nihil vult aſſumere.

Quaedam ſimilia ſympt. legi in actis Pariſ. 1728. 584.

Sept. 17. Aliquando ſubito dolore correpta abdominis, vomuit ingeſta, ſed ſine vlla notabili euacuatione, abdomen detumuit, et conualuit perfectiſſime.

### *Pleuritis.*

Febr. $\frac{23}{2}$. 4 annorum, icterum aliquoties leuem habuerat antea, die 21 ſanus cubitum tendens, poſt bihorium incepit aegrotare, capite dolere et oculis. Hac nocte in ſummitate pectoris ſiniſtri dolorem ſenſit, ſenſim verſus inferiora pectoris tendentem, vrina flammea tenuis, oculi flaueſcunt, pulſus febrilis, non durus, reſpirat modice, ſed cum dolore aliquo, decubitus in latus ſiniſtrum moleſtus, in latere dextro facilior. Dedi fomentum ex ſapone et lacte, et decoctum aperiens cum nitro.

Veſperi dolor idem erat, non poteſt decumbere in latus ſiniſtrum, febris eadem, vel forte parum mitior, vrina minus flammea, tuſſicula, lingua modice humida, caput dolet, et oculi. V. S. ad ℥ ix et dedi nitr. cum ſyr. alth.

$\frac{24}{3}$. Sanguis craſſam cruſtam phlogiſticam flauam habet, leuamen a V. S. poſt bihorium, dolor recruduit, vrina craſſa, turbida, non ſubſidens, flatus, lingua non admodum ſicca, dolor nunc auctior, pulſus febrilis, tamen mollis, ſputa produceret, niſi dolor obſtaret, dormiuit aliquantum, fomentum ex ſapone veneto, aq. et lacte, et decoct. aperiens dedi et emolliens.

Veſperi, dum tuſſit, capitis et lateris dolor augetur immaniter, febris modica, cum pulſu depreſſo, ſputa

tenacia

tenacia alba, vrina ſtatim ſubturbida, perſtat ſine ſedimento, dolor lateris minor, in ſomno mira phantaſmata, lingua modice ſicca. Dedi emulſum gratum nitroſum, leuiter diacodiatum.

Febr. $\frac{25}{4}$. Somnus interruptus, pulſus depreſſus, vix febrilis, lingua ſicca, vrina craſſa, turbida, mens conſtat, aluus ſtricta, ſputa tenacia, alba, non cocta, hinc longitudinem morbi ſuſpicor. Dedi eadem, ac heri mane.

Vrina turbida, febris nulla fere, ſubito heri hora $\frac{1}{2}$ quinta tuſſis validiſſima, cum ſumma defatigatione, ſputa vt ante fere, ſed viride ſputum quoddam aerugiuoſum ſimul exiuit, lingua ſicca, reſpiratio impedita. Dedi ol. amygd. dulc. cum vitell. oui, et ſyr. diacod. aq. flor. rhoead.

$\frac{26}{5}$. Nox incommoda, febris maior potius, vrina ſtrangurioſa, craſſam nubem circa fundum habet, ſuperius turbidula, lingua parum ſiccior, ſputa cruda, fuſca, tenacia, aluus ſtricta, debet decumbere certo in ſitu, quem vix mutare poteſt, nempe in latus dextrum, non poteſt ſe erigere, mens conſtat, inſomnia laborioſa. Dedi decoct. emoll. aper. et linctum pectoral. ex balſamo Peruu. vitell. oui, melle etc.

Pulſus tenuior, non multum febrilis, dolor capitis magnus dum tuſſit, pulmo parum repletus quaſi, vrina vt ante, aluus ſtricta, lingua vt heri, aliquis in pulmone ſtertor, naſi pinnae agitantur, dum reſpirat, mens conſtat. Dedi clyſ. et aq. hord. oxym. ſquill. nitr. antimon. dr. ij.

Febr. $\frac{27}{6}$. Vrina flaueſcens, ſubturbida, conquaſſata diu retinet ſpumam, non ſubſidens, lingua in medio ſicca, flaua, dolor fere idem, aliquis ſtrepitus in pectore, febris modica, magis quietus iacet. Dedi nitr. antimon. decoct. auen. ſyr. alth. aq. cort. citr. Cl. Boerh. iudicauit morbum difficilem, bilem ſanguini miſtam, et praeſcripſit ſal. polychr. ʒiii. tart. vitriol. ʒij. rob ſambuc. ℥iv. aq. cichor. ſamb. a ℔j.

$\frac{28}{7}$. Nox incommoda, nunc parum dormiturit, ſputa minus prodeunt, tuſſis adhuc moleſta, lingua vt ante, dolor adhuc, ſed videtur mitior, febris modica, cum pulſu ſatis aequabili.

Veſperi pulſus inſurgebat, tuſſis minor, ſputa cocta magis. Dedi ſimilia.

Mart. $\frac{1}{8}$. Nox modica, vrina videtur mutari in melius, ſputa quaedam cocta apparent, aluum viridem, foetidiſſimam deponit, febricula parum maior; dedi largam copiam decocti aperientis.

$\frac{2}{9}$. Nox commodior, vrina incipit turbari, ſubſidebit credo, febricula, lingua nitidior, oculi flaueſcentes, dolor minuitur, ſputa tenacia, intercurrunt hinc inde flaua cocta ſputa. Dedi decoct. 5 rad. ſal. polychr. etc.

$\frac{3}{10}$. Nox optima, vrina melior, diuulſas, carnei coloris, fibras ac quaſi partes habet, aluum depoſuit heri ſemel largam, viridem, foetidam valde, dolor lateris euanuit fere, ſputa quaedam magis cocta. Dedi idem remedium.

$\frac{4}{11}$. Vrina ſanae ſimilis, pulſus minime febrilis, aliquid vlceroſi in labiis, appetitus melior, tuſſis, et quae-

dam

dam ſputa tenacia, aluum non depoſuit, languet parum, appetitus redit. Dedi tinct. contraieru. ſal. polychr. ſyr. fumar. aq. meliſſ.

$\frac{5}{12}$. Vrina ſanae ſimilis, dolor lateris euanuit, febris nulla, nox bona. Dedi idem medicamentum. Sputa quaedam, partim glutinoſa, partim cocta.

$\frac{6}{13}$. In omnibus ſe bene habet; reliqui.

*Saliuatio.*

Mart. 9. Iuuenis 21 annorum poſt male curatam gonorrhoeam incepit dolorem in faucibus ſentire, quem per multos menſes negligens me conſuluit. Vidi velum pendulum palatinum tenſum, rubrum, dolens, exeſum ad margines, ſic et vuula, et inprimis tonſilla ſiniſtra; praeparato per decoct. bardan. etc. corpore, et tribus diebus purgato corpore per ℥j. caſſiae fiſtul. dedi mercur. praecipitat. alb. gr. iv. in 4 doſ. diuiſa, ſuperbibendo cochlear huius mixt. ℞. laud. pur. gr. iij. aq. cort. citr. ℥v. aliqua inde ſenſerat ventris tormina, ſed breui euanida.

10. Dedi 5 grana, ſingultus oriebatur et ſudabat.

11. Febricula, calor, gingiuae aſſurgunt, dedi gr. iv.

12. Dolent plus gingiuae, lingua in medio dolet. Dedi 3 grana, capite detecto dormiuerat, febricula.

13. Hac nocte ſumma tormina abdominis habuerat, et 4 aluum tenuem depoſuerat. Dedi mixt. ex dr. ij. diaſcord. Sylu. aq. menth. cinnamomi: 20 aluum depoſuerat cum torminibus, iuſſi clyſma applicari ex terebinth. vitello oui, theriac. lacte dulci.

Mart. 14. Nox modica, bis tantum depoſuit aluum; dedi mixt. ex bolo armena, laud. puri gr. iij. tinct. cinnamomi, aq. plantag.

15. Tota die aluum non depoſuit, ſaliuatio augetur parum.

16. Nox bona, nulla tormina. Dedi binas doſes 2 grana mercur. praecipitat. albi, ſumſerat tantum vnam doſ. quia tormina ſenſit, aluum non depoſuit.

17. Nox optima, ſaliuatio pauca, fauces melius ſe habent. Dedi binas doſes.

18. Aluum non depoſuit, bene dormiuit. Dedi iterum binas doſes. Sudat fortiſſime.

19. Saliuatio non augetur, bene ſe habet; dedi 3 doſes, emaciatur corpus.

20. Dedi 2 doſes, ſaliuatio vix augetur, forte ℔ j. omnibus his diebus exſpuit.

21. Dedi 3 doſes, bene dormit, ſanantur mala tamen, nec augetur ſaliuatio, ſudauit.

22. Dedi duas doſes, tormina oriuntur, ſemel aluum depoſuit.

23. Tormina: bis aluum depoſuit liquidam. Dedi mixt. ex diaſcord. Sylu. dr. ij. ſyr. diacod. ℥ß.

24. 3 doſes ſumſit, ſaliuatio nulla fere.

25. 4 doſes ſumſit, ſaliuatio nulla, tormina aliqua fuerunt breui ſedata.

26. Bis aluum copioſam admodum depoſuit; dedi binas doſes.

27. Bis aluum copioſam depoſuit, dedi duas doſes.

Mart.

Mart. 28. Nox commoda, tres doſes dedi, aluus ſtricta, ſaliuatio nulla.

29. Nox commoda. Dedi 4 doſes.

30. Tormina nulla, nox bona, ſaliuatio nulla, ſed veſperi incipiunt gingiuae dolere; dedi duas doſes.

31. Nox bona, os plus dolet, ſaliuatio augetur parum.

April. 1. Parum augetur, tormina oriuntur, ſemel aluum depoſuit, dedi duas doſes, ſaliuatio non augetur, imo fere nulla eſt; dedi duas doſes.

3. Dedi nihil, et conſului Cl. B. iudicauit, cum ſaepius repetitis purgationibus vexatus eſſet in cura gonorrhaeae, tunicam inteſtini villoſam fere deſtructam fuiſſe, hinc metum eſſe, ne rumperetur, et ſanguine puro per aluum excreto, ſubito moreretur (vt ſe vidiſſe aiebat) conſuluit pro victu cremorem oryzae cum lacte dulci, pro potu infuſum cinnamomi cum aq. et lacte, et omni hora ℥ j. emulſionis ex amygd. ſem. papau. alb. addito ſp. vitae Math. tinct. cinnamomi, ſyr. diacod.

Poſt 4 dies ſic peractas, melius ſe habebat, ſaliuatio non magna, tamen vtcunque maior, quam antea; dedit ℞. aethiop. miner. ʒ ß. fl. ſulph. ʒ v. lap. 69 ʒ ij. maſtich. dr. j. in 12 doſes diuiſa, ſic, vt mane, meridie, et veſperi doſin ſumeret. Poſtea prodiit e cubiculo, attenuatus, macilentus penitus, ſed fauces tamen erant ſanae, et humidae. Dedit Cl. B. decoct. rad. ſaſſaparill. chinae, bardan. gramin. conſuluit victum tenuem, macilentum, laborem modicum, abſtinentiam a vino. Sanatus fuit omnino. Incidit dein in.

*Epilepſiam.*

Sept. 19. Die 28 Iul. poſt vſum vini rhenani per aliquot dies copioſiorem, et ſummas defatigationes corporis, in aere admodum calido, cecidit ambulans poſt meridiem epilepticus, paulo ante loquelae quaſi impedimentum, et diſtorſionem faciei ſenſerat, idem 2 vel 3 diebus antea expertus, cum iam penitus roboratum eſſet corpus, V. S. balnea pedum iuſſi, et emulſum, ſequenti die iterum paroxyſmo laborabat, ſic et die ſequenti; conſuluit Cl. B. purgans fortiſſimum hydragogum in ſingula doſi gran. x. cinnabar. natiu. omni quinta die vſurpandum, et reliquis diebus iuſſit ſumere mixt. ex dr. j. vitr. Mart. et ℥ j. aq. rut. omni quadrihorio cochlear. Iuſſit ſic pergere per 6 ſeptimanas. Inde fortiter purgatus, debilitabatur admodum. Dum per 3 ſeptimanas hoc fecerat, nec poterat ferre amplius, tamen inſultus epileptici ceſſabant omnino, debilis erat, appetitum habebat nullum, linguam nigricantem. Cl. B. conſuluit pilul. ruffi dr. j. ſal. polychr. dr. ij. cum pauxillo terebinth. ſed non poterat ferre, euomens omnia, et faſtidiens.

Sept. 1. die inueni debilem, vix potentem ambulare, omnia obiecta videntem duplicia, vomentem ſaepe, dolores de nocte capitis, ceruicis, ſaepe totius corporis magnos patientem; iuſſi vſum iuris carnium cum ſucco citri. Dedi aq. menth. ſp. menth. empl. ventriculo applicui ex theriaca, maſtiche: pil. ex maſtiche et olibano, et catechu, cum ol. cinnam. dedi etc. inde parum melius ſe

ſe habebat ventriculus, ſed dolores iidem circa veſperam cum inquietudine, et iactatione. Cl. B. conſuluit decoctum largum ſudorif. ex bardan. ſcorzoner. ſarſapar. ſem. 4 calidis, pulu. glycyrrhizae.

Sept. 21. Inde ſe melius habuit, non vomuit, non multum ſudauit, dolores illi nocturni minuuntur.

23. Pulſus fortior, melius ſe habet. Dedi idem decoctum, non ſudauit.

24. Suaſit pergendum in iiſdem, ſed vt vno die hunc, altero die alium clauderet oculum.

26. Melius ſe habet, perrexi.

Oct. 8. Cl. B. iuſſit pergendum hactenus, tamen vis mouendi corpus non increſcit, et incipit viſus magis obſcurari.

12. Cl. B. praeſcripſit infuſ. cum lacte ex alliar. veronica, chamaepyt. ſcordio.

21. Heri conuulſus fuit, mente conſtans tamen, dedit Cl. B. rad. aſclepiad. poeon. valerian. chamaepytin, veronicam, infuſi forma, et praedixit periculum.

Nou. 1. Viſus minuitur, balbutit lingua, vrinam vix continet. Iuſſit Cl. B. forte purgans hydragogum heri ſumendum, vnde fortiſſima hypercatharſis, emulſis, clyſmate ex theriac. et vitello oui vix ſedata, et deinde ſumſit miuam cydon. cum vino rhenano.

9. Inceperat die ſexta febricitare ſatis valide, cum pulſo elato, dolebat pectus dextrum. Dederam decoct. gram. bardan. cum thymo, ſerpillo, quod probauit Cl. B. et dixit, materiam iam ad vitalia pergere, hinc ſpem curae meliorem, nam loquela et deglutitio die 5 impe-

 dita,

dita, iam meliora erant. Dedit omni hora ℥j. sequentis, vt febrim augeret. ℞. lign. santal. albi, rubri ana ℥ij. glycyrrhiz. ℥iß. decoctis per $\frac{1}{2}$ hor. add. santal. citrin. dr. vj. agrimon. beton. serpill. maior ana mß. digere feruide, dein coct. ℔. iv. exhibe.

Nou. 10. Febris aucta, dolor in pectore idem, hac nocte tussis valida fere suffocans, cum sputis copiosis salsis, anima foetet; hodie post meridiem aliquid sanguinei exspuit, visus nullus, mens optime constat. Dedi idem.

11. Circa meridiem languit, aures tinniebant, sputa nulla fere iam, pulsus minus fortis; dedi eadem.

12. Nox valde incommoda, suasit Cl. B. cucurbitas applicandas nuchae 4 de die, et eadem medicamenta.

14. Tussis cum sputis albis, sed olidissimis, tussis haec fuit valde molesta, deinde conuulsus fuit, aliquid plus videt, sed memoria minuitur. Dedi epispastica.

15. Delirauit: non videt, dolor in pectore similis, febris durat.

16. Sic et hodie.

17. Fere vt ante, foetor ingens in halitu; perreximus in iisdem.

Vesperi toto corpore profusus sudor erupit, calidus, aequalis.

18. Nox modica, febris, mens magis constat, nihil videt, appetit.

18. Omnia fere eadem. Perrexi in similibus, vesperi cum tussi sanguinem exscreauit. Dedi emulsum ex pistach. etc.

Nou.

Nou. 21. Dedi eadem.

22. Nullum ſanguinem ſpuit. Dedi ſimilia.

23. Vt heri, vidi quaſi amurcoſi quid exſpuiſſet; febris minor.

24. Cl. B. credidit, vomicam quamdam in pulmonibus eſſe, et forte in cerebro ſimile quid haberi credidit, media via inter emolliendum et detergendum procedi debere, hinc ſuaſit decoct, rad. bard. ſarſapar. chinae, auenae, glycyrrhiz. rad. foenic.

25. Apyrexia; perrexi in iiſdem. 26 ſic et hodie.

27. 28. vt ante.

Dec. 4. Tuſſis cum ſputis purulentis moleſta, dedi ſimilia, et diacodiat.

11. Cl. B. praeſcripſit 3 de die ℥ medullae cruris bouini cum ſale et pane toſto, et cremorem ex binis pintis lactis dulcis collectum, et omni hora ℥j. ſequentis decocti ℞. flor. alth. pug. iij. hyperic. ℥iij. decoctis per horam adde chamaepyt. veron. hederae terreſtr. ana mß. colat. ℔ iv. exhibe edulcorandam ſacharocando fuſco.

18. Hucuſque ſic perrexit, ſed ſine vllo fructu fere, dum incipit dormire, profundius reſpirat, vt naturaliter fit, mox dolet pectus et euigilat, ſputa adhuc copioſa. Perreximus tamen.

31. Senſim emaciatur. Perrexi in ſimilibus, ſed dedi leue diacodiatum: veſperi amauroſis perfecta.

Ian. 5. Omnia fere manebant eadem, ſed vires parum increſcunt, pulſus optimus eſt, tuſſis adhuc moleſta. Cl. B. conſuluit ℞. limat. ♂. recent. dr. ij. myrrh. catechu. oliban. ana gr. x. terebinth. parum f. pil. gr. iv.

omni

omni bihorio vnam, superbibendo ℥j. lactis dulcis. Iussit pergendum in vsu cremoris, appetitus optimus.

Ian. 8. Incipit instaurari. Iussi pergendum.

16. Iussit Cl. B. in iisdem pergendum.

28. Sensim augentur vires. Perrexi in iisdem.

Febr. 4. Sensim augentur vires, amaurosis perfecta manet. Dedi eadem.

13. Per biduum leui diarrhoea laborauit, et tonsillarum inflammatione, hodie bilem vomuit cum leuamine, febricitauit heri. Dedi pulp. tamarindor. et vesperi leve opiatum cum terra catechu.

14. Fauces melius se habent, minus febricitat, diarrhoea cessat; dedi acidam, cardiac. mixturam.

15. Melius se habet, fauces adhuc dolent, dedi gargarisma ex sp. sal. marini. mell. rosar. etc.

20. Cl. B. iussit, vt in Angliam rediret, vteretur iisdem ex calybe etc. pilulis, diaeta ex cremore et medulla.

Verno tempore Cl. B. succum expressum ex agrimon. beccabung. nasturt. aquat. fumar. etc. dedit ad ℔. j. singulo mane potandum, vt scorbutum sanaret, quem quiete corporis per totam hyemem contraxerat: incipit iam mense Iunio parum videre, et in omnibus bene se habet.

## *Icterus.*

Mart. 24. Annorum 19 saepe torminibus vexata antea, validis animi affectibus obnoxia, dolorem lumborum ingentem et circa praecordia perceperat, vna cum acidi acerrimi eructatione ante 4 dies. Dederam ipsi absor-

abſorbentia cum diacodio, ſed videns vrinam ruberrimam parcam, aliquid flaueſcentis in oculis. Dedi decoct. 5 rad. cum ſale polychreſt. et ſyr. rhei, tart. vitriol. et ſimilibus, aluus ſtricta hodie, vrina parca, icteritia valde, anxietas, nauſea continua, dolor magnus in abdomine. Dedi ſimilia.

25. Sapor amarus, faſtidioſus in ore, dolor lumborum minor, 4 aluum depoſuit cum leuamine, ſentiebat quaſi ex lumbis decidere cum leuamine, oculi parum flaueſcunt, cutis minus flaueſcit, vrina icteritia, febris nulla. Dedi decoctum aper. cum ſale polychr.

26. Vrina vix flaua, ſedimentum laudabile carneum dat; dixit, pectus valde flauum fuiſſe, febris nulla, aluum non depoſuit, heri appetitus nullus, dolor lumborum vix vllus. Dedi ſimilia.

27. Vrina vt heri, bene ſe habet in omnibus. Dedi ſimilia.

30. Menſes fluunt, ſatis bene ſe habet, oculi parum flaueſcunt: dedi ſaponem venet. cum rheo, croco, oleo terebinth.

April 15. Heri optime ſana erat, oriebatur hora quinta pomeridiana dolor in lumbis, circa cardiam vergens, et ibi deſinens, vomitum multum cum anxietate magna habuit, murmura inteſtinorum; ſumſerat ſua ſponte mixt. ex abſorbentibus pulueribus cum diacod. quam praeſcripſeram die 20 Mart. cum leuamine doloris, febris nulla, vrina craſſa turbida. Dederam ipſi hucuſque pil. 30 Mart. ſuperbibendo decoct. ex rad. rec. gramin. ℔ j. tarax. ſal. polychreſt. ℥ j. etc. vnde omni die

die bis, vel ter cum leuamine aluum depoſuerat; dedi nunc idem decoct. cum rob ſamb.

Apr. 16. Melius ſe habet, vrina craſſa, non flaueſcit, anxietas nulla. Dedi eadem.

18. Bene ſe habet, iuſſi, vt pergeret per 8 dies in vſu illorum, quae habentur April. 15.

Sept. 16. In tertianam incidit, ſed non malam, binis purgantibus, ante paroxyſmos datis, multum profecit.

## *Dolor abdominis.*

April. 22. Annorum 21. flaui, fuſci coloris ſemper fere fuit, per aliquot dies, 12 forte, raucedine laborauit, ex conſilio patris aquam frigidam potauit, tunc raucedo videbatur minui, ſed tormina circa vmbilicum iam 20 April. incepit ſentire, tamen Amſtelodamum iuit, nunc hac nocte tormina multum aucta fuerunt, vomuit aliquid virideſcentis biliosi. Dedi decoct. rad. bard. gramin. 5 rad. ſal. polychr. dr. ij. ſyr. cichor. cum rheo vnc. iij.

Bilem viridem, et medicamentum aſſumtum vomuit fere ſemper, iam antea per aliquot tempus dixit, ſe viridiſſimam aluum depoſuiſſe; iam et aluus et vrina retinentur, febris nulla; lingua ſicca. Iuſſi clyſma applicari, et dedi decoct. ex 5 rad. aper. et ſem. dauci Cretici, cum vnc. j. diacod.

23. Clyſma nil eduxit fere; poſtea aluum ſemel depoſuit, lingua parum ſiccior, pulſus et reſpiratio ſunt optima, vrina bilioſa, pauca, acris, difficulter prodeuns, tormina durant, tamen videntur non eſſe minora,

minora, ſitis parum maior. Dedi ℥ß. cremor. tartar. cum ʒ ij. ſal. polychr. in 12 doſes aequales diuiſa cum gtt. ij. ol. macis, ſumendo omni hora doſin ex ſero lactis. Aſſumſerat 7 pulueres, dolor idem fere remanſit, aluum non depoſuit, leuamen ſenſit ab aniſo aſſumto, et calore externe applicato, lingua eadem, appetitus nullus, vomuit adhuc quid viridis, ſed parum. Dedi lap. 69. cum ſpir. carmin. et dr. x. ſyr. diacod. aq. foenic.

24. Vrina ſanae ſimilis, febris nulla, nox commodior, nunc dolor mane iterum incipit augeri, lingua ſicca, aluus ſtricta. Dedi hauſtum purg. ex rhei gr. L. ſcammon. gr. iij. ſtib. diaphor. etc.

Non purgatur inde, nec vomuit, dolor auctus, poſtea parum minor a diacodiato heſterno aſſumto, aliqua febricula, ſed valde leuis, ius carnium aſſumſit, et retinuit, lingua parum melior. Dedi ſimilem mixturam, vt heri veſperi, et clyſma iniiciendum curaui.

25. A clyſmate applicato ſtatim habuit leuamen, ſed paulo poſt ſenſit ac ſi circa vmbilicum ſtigma quoddam dolorificum poneretur, quod ſenſim ſe plus expanderet, partes aliquas duras paucas depoſuit, dormiuit modice, leuamen a calidis externe applicatis, pulſus vix febrilis, lingua parum flaueſcens, vrina parca, ſtranguriofa, flammea. Dedi ſal. Epſon. dr. vj. ſyr. cichor. cum rheo ℥ß. aq. meliſſ. ℥ j.

27. Die 25 hora 11 veſpertina ſemel depoſuit aluum nigram, dein meo conſilio heri ſumſit ℔ß. mellis cum ſero lactis, et dein bis depoſuit aluum nigram, et

tertio

tertio aluum viridem, color ille pallidus flauefcens durat, et obtufus adeft circa hepar dolor. Suafi fuccos expreffos ex fumaria, beccab. etc. etc. cum fale polychrefto, fuperbibendo ferum lactis, et deinde aquas medicatas, fed male morem geffit.

## *Febris continua cum dolore capitis et furditate.*

April. 23. Annorum 28 parum macilentior, bonae fatis ceteroquin temperiei, fana fatis, hodie mane paruum dolorem capitis fenferat, tamen in prandio bene comederat, hora fecunda pomeridiana fubito fummo dolore capitis correpta, incepit febricitare. Inueni vefperi hora nona febrim fatis validam, dolorem magnum in fronte et fincipite, vertiginem, et fufurrum aurium, aluus ftricta erat. Dedi rob ribef. fambuc. fal. polychr. et V. S. et oxycrat. fronti applicui.

24. Sanguis fero flauo copiofo dilutus, febris vt heri, dolor capitis non minutus, oculi lacrymantur, fubitis terroribus euigilat, dormiuit parum, lingua ficcior, dolor frontis magnus adhuc; iuffi balnea pedum, oxycrat. fronti applicui, dedi decoct. tamarind. cum nitr. etc. locum obfcuraui.

Dolor idem omnino, aluus ftricta, vrina fanae fimilis cum nubecula, febris minor parum, lingua non adeo ficca; iuffi pergere in iifdem, et dedi hauftulum ex ℥ß fyr. rhoead. nitr. gr. xx. vt occuparem aegram.

25. Cum terrore quodam omni ¼ horae euigilat, lingua humidior, febris minor, pulfus vtcunque vacillans;

lans; vrina vt heri cum craſſiore nubecula; aluus ſtricta; ſuaſi eadem, ſitis maior, appetitus nullus.

Febris minor, fere nulla, dolor capitis poſt meridiem augebatur, vrina vt ante, ſic et lingua, mane hodie dormiuerat; a ſtrepitu externo ineuitabili non dormiuit; dedi emulſum nitroſum, diacodiat.

Apr. 26. Nox bona, febris nulla, menſes fluunt, vrina heri veſperi emiſſa, hodie mane apparebat tota turbida, ſed ad 2 vel 3 lineas a fundo pellucida apparebat, caput minus dolet, aluus ſtricta. Dedi ſalem polychr. rob ribeſ. ſyr. violar. etc.

Veſperi vrina mane emiſſa ſubſederat carneo ſedimento bono, vt videtur, febris nulla, appetitus bonus, lingua nitida, non dormiuit ob ſtrepitum, etc. Dedi leue paregoricum.

27. Vrinam non vidi, heri veſperi ſemel aluum depoſuit, febris nulla, lingua nitida, dolor auris dextrae fuit valde intenſus, in reliquis ſe bene habuit, menſes adhuc fluunt; dedi antiphlog. et cataplaſma ex bulbis cepar. aſſatis, farin. lini, ol. lini.

Satis bene ſe habebat veſperi. Dedi eadem.

28. Surditas perfecta, febris nulla fere, dolor ventris, nauſea, anxietas, menſes fluunt. Dedi mixt. ex ℥ ij. ſal. polychr. ſyr. cichor. c. rheo ℥ ij. ſurditas perfectiſſima, febris nulla, ex ventre dolor aſcendit verſus ſuperiora, et tunc vomuit pituitam biliofam, aluus ſtricta, mens conſtat, iuſſi clyſma, et decoct. aperiens, addita rad. contraieru. vrinam non vidi.

Apr. 29. Surditas eadem, febris nulla, mens conſtat, clyſma magnam copiam foetidae materiae eduxit, vrina craſſa, turbida, ſubſidebit credo, lingua nitida. Vrina turbida, cum fibroſa ſubſidentia, febris nulla, lingua nitida, ſurditas omnino, vomuit magnam copiam pituitae viridis 4 vel 5, hodie cum leuamine. Dedi ſimilia aperientia decocta.

30. Nox commoda, febris nulla, vrina ſubſedit copioſe, ſurditas vt ante, ex aure dextra tenuis videtur exire ichor. Dedi eadem.

Mai. 1. Vrina ſubſedit, vt heri, dolet dextrum latus capitis, febris nulla, ichor foetidus ex dextra aure exit, lingua nitida, rumor in capite, et tinnitus, dolet caput, ſurditas perfecta, aluus ſtricta. Dedi gr. xv. pil. coch.

2. Pulſus bonus, lingua nitida, bis depoſuit aluum, tinnitus aurium, et ſurditas vt ante, ichor ex aure ſiniſtra prodit, vrina vt heri. Dedi infuſum rutae cum decocto aperiente rad.

3. Vrina ſubſedit, caput dolet, ſurditas eadem, minus exit ichoris ex aure ſiniſtra, non aſſumſit medicamentum. Dedi gr. xv. pil. cochiae.

4. Vrinam non vidi, ſemel aluum depoſuit magna copia ſatis, omnia eadem. Dedi mixt. ex aqua rutae, roriſmarin. ſyr. roriſm. cum ſenn. cichor. cum rheo, ſale polychr.

5. Inde purgata commode, appetitus augetur, febris nulla, ſiniſtra capitis pars dolet, ſurditas vt ante. Dedi gr. xxx. ſal. cornu cerui tribus doſibus ſumendum.

Mai. 6.

Mai. 6. Optime se habet, surda est, ad sinistrum latus omnis dolor declinat. Dedi eadem.

7. Surditas eadem. Suffimigia ex olibano, mastiche, croco etc.

8. Sonum incipit audire, verba distinguere non potest. Dedi eadem.

9. Vt heri. Dedi eadem, et cras sumendum purgans ex gr. xx. pil. cochiae.

11. Inde purgata fuit cum leuamine, verba nondum distinguit. Dedi spir. croci cum aq. rutae, superbibendo infus. rorismarin.

13. Omnia eadem, ichor pergit ex aure dextra fluere. Dedi purgans ex pilul. cochiae.

15. Auditus parum melior, aluum heri deposuit 3 vel 4, omnes functiones bonae, sinistrum latus capitis dolet, et facies; dedi mixt. ex sp. croci cum aq. rut. et syr. stoechad. superbibendo infus. rorismarin. et suffimig. ex succino, cum frictionibus.

18. Incipit parum melius audire, tamen non ita distincte; iussi frictiones cum suffimigio succini; et infus. rorismar. potandum.

22. Parum melius audit, sed aure sinistra tantum, non aure dextra, in dextra aure susurrus continuus, ichoris effluxus. Suasi potum rorismar. et catapl. ex cepa assata, camph. et croco.

29. Bene se habet, non audit verba articulata, sed sonum maiorem, nec ore aperto; dum quasi in os loquebatur, intelligebat, dolor capitis sinistri. Dedi dr. j. pillul. coch. omni triduo, vt sumeret scrupulum.

Iun. 17. Bene ſe habet in omnibus, ſed ſurditas eadem, ſentit moto capite quaſi aliquid verſus meatum auditorium relaberetur. Dedi pillul. cochiae iterum.

Permanſit ſurditas, vt credo incurabilis, quod euentus confirmauit.

## *Cholera.*

April. 29. Senſim, ſine vllo notabili malo emaciabatur, cum ſiti magna, et ſomno impedito; gingiuae erant ſcorbuticae, hilaris puella 28 annorum. Pilul. ex chalybe cum antihyſtericis gummi, ſuperbibendo mixt. antiſcorbut. cum tinctura gum. laccae curata pulchre; per 12 annos ſcirrhoſum tumorem in ſiniſtro latere geſſerat ſine incommodo, nunc auctum. Dedi ſuccos recentes gramineos etc. cum ſero lactis; per 4 dies aſſumſerat, heri veſperi grauamen, et tenſionis ſenſum in abdomine ſenſerat, nox turbida, tumor quaſi abdominis, mane ſimulac ℥j. ſucci preſſi ſumſerat, cholera horrenda ſurſum deorſum cum pallore ingenti, facie quaſi cadaueroſa, pulſus conſtabat tamen, dedi ius pulli, et decoct. hord. cum rob. ribeſ. aq. citri etc. hora octaua inceperat, hora prima minuebatur morbus, ſed febricitare incepit.

Pulſus minus febrilis, vomuit parum, aliquam anxietatem adhuc circa praecordia percipit, aluum ſaepius depoſuit ſimilem, foetidam, ſitis magna. Dedi emulſum cum diacodio, lingua ſicca, craſſa, villoſa.

30. Dormiuit modice, febris nulla, lingua vt heri, ſitis modica. Dedi detergens, acidulum medicamentum;

tum; aliquid adhuc in hypochondriis ſentit mali; heri omnia ſimul conſiderando, incredibilem copiam materiae depoſuit ſurſum, deorſum.

Mai. 1. Heri poſt meridiem ſudauit, ſic et hac nocte; nox ſatis tranquilla, vrina ſanae ſimilis, lingua minus craſſa, ſed ſicca, pulſus bonus. Dedi rob ribeſ. ſyr. rub. idaei, ſal. polychr. aq. citri, meliſſ. cinnamomi.

2. Bene ſe habet; dedi cardiacum gratum medicamentum.

3. Optime ſe habet; dedi eadem.

5. Conualuit ab hoc morbo.

## *Cutis morbus.*

Mai. 24. Simili, ac iam deſcribam, morbo laborauerat, dum erat puella 5 annorum, et dum 18, et poſtea 20 annos nata. Sic autem ſolebat corripi: Annos 29 habet ſaniſſima viuens, ſentit ſubito circa praecordia anxietatem, ſic, vt ambulare vix poſſet, vacillaret quaſi, langueret; poſtea per 3 vel 4 dies forte febricitauit, nam tunc non vidi; oriuntur circa tempora vtrinque paruae puſtulae rubrae, quae microſcopio conſpectae videbantur paruis foraminulis peruiae eſſe, ex quibus pauculum exibat humoris, qui humor in ſumma cute haerens flauam cruſtam adhaerentem faciebat, malum hoc et in fronte, et in genis apparebat, ſic et circa palpebras, mentum, et per collum, deciduo quaſi ſponte tenui humore propagabatur malum, rubebat cutis ſuppoſita inflammata quaſi, malum non erat contagioſum, ſed dum prope accederem, vt microſcopio obſeruarem

malum, quasi flammei quid percepi, quod et adstantes affirmabant; febricitabat parum, sitiebat, lingua satis nitida; iussi balnea pedum, et dedi pulp. tamarind. cum crem. tart. sal. polychr.

Mai. 27. Aluum inde foetidissimam deposuerat, morbus fere erat idem, languet, non appetit fere, pulsus vix febrilis. Dedi nitr. rob samb. ribes. aq. fl. samb. vrina crassa sedimentosa, flauescens parum.

28. Dixit, se obseruasse, quod, dum aegrum visitaret quemcunque, statim sentiret inflammat. fauces et oculos, fere eadem manet, sitit. Dedi similia, addendo sp. nitr. dulcis, vrina vt heri.

29. Dolor lumborum, sed antea similem perpessa fuit, vrina sanae similis, menstrua instant, anxietas, summum leuamen ab hesterna mixtura. Dedi similia.

30. Bene se habet, vrina sana, digiti vlcerosi fuerant, nunc sanantur, pruritus per totum corpus fuerat, nunc minor. Dedi pulu. ex cinabari natiua, lap. 69. stib. diaph.

Iun. 1. Vrina sana, pulsus languet, antea simili morbo laborans dixit se obseruasse, totam cutim squammosam fuisse et asperam, inprimis in manibus, iam non, gingiuae scorbuticae, lingua modice nitida, decidunt hinc inde de facie crustae, humidas relinquentes plagas, et renascuntur, sub mento in collo densa satis crusta motum colli impediens. Dedi rob ribes. samb. sp. antiscorbut. nitr. dulc. aq. melissae.

3. Vrina sana, menses fluunt, dormiuit modice, appetitus languet, aluus stricta, rubor faciei euanuit,

crustae

cruſtae incipiunt exſiccari. Dedi mixt. ex aq. meliſſ. tinct. myrrh. ſtib. diaphor.

Iun. 6. Aluus ſtricta fuit, oculus dexter ſubito inflammabatur heri, et dolet valide, pulſus debilis. Dedi purgans, et applicui catapl. ex emoll. et ſacharo ſaturni, et balnea pedum.

7. Fortiter purgata ſe melius habet, cruſtae illae fere manent vt ante. Dedi antiphlogiſtica.

9. Melius ſe habet in omnibus. Dedi recent. ſcabioſ. cum beccab. naſturt. aquat. etc. per triduum.

13. Harum herbarum pertaeſa eſt, bene ſe habet, cruſtae manent. Dedi 3 pulu. purg. ex ſcammon. cinab. natiua, ſacharo, ſtib. diaphoretico.

17. Fortiter inde purgata, duas tantum accepit doſes, incipiunt decidere cruſtae, ſuaſi vſum recent. flor. ſamb. pruritum ſentit per totum corpus.

Iul. 8. Bene valebat, ſed ſub mento adhuc cruſtae aderant. Dedi rob ſamb. nitrum, aq. ſamb. cum infuſ. fl. ſambuci.

Poſt menſem circiter conualuit.

## *Arthritis calida.*

Iun. 17. Annorum 28 virum validiſſima conulſione opiſthotonica fere vidi tentatum ante biennium: arte tinctoria victum quaerens, viciſſitudinibus frigoris et caloris continuo expoſitus incepit die 12 febricitare vt dicit; inueni illum 14 febricitantem cum pulſu pleno valido, crus et femur dextrum dolebant acriter ſine rubore vllo, digiti pedum recuruabantur retro. Metuens quid con-

 vulſiui,

vulſiui, V. S. et dedi molliſſima decocta antiphlogiſtica, vrina erat parum coloratior ſana, cum nubecula. Vidi 15 ſanguinem adhuc phlogiſticum non multum, febrim continuam, inſomnia hinc inde leuia, deliria, ſuaſi balnea pedum, et dedi ſimilia. 16 heri crus vtrumque dolebat, inſomnia pariter, vrina vt ante. Hodie et vtrumque crus et brachium dextrum dolebat, febris continua, vrina vt ante, inſomnia, leuia hinc inde deliria, ſuaſi quietem, tenebras, et dedi mixt. ex ℥iij. nitri, rob ſamb. ℥iij. aq. fl. rhoead. ℥viij. ſyr. diacod. ℥j. ſuperbibendo decoct. auen. et rad. bardan.

Iun. 18. Non aſſumſerat medicamentum, non dormiuerat, ſudauerat, vrina vt ante, dolor minor, hinc inde delirium.

19. Febris minor, lingua ſicca vtcunque, vrina eadem, dormiuit bene, dolor iam non adeſt magnus, ſed grauitas, et difficulter membra poteſt mouere. Dedi eadem medicamenta.

20. Vrina vt ante; heri incepit conqueri de ſummo capitis dolore, vrinam et feces clam dimiſit, motus tremuli, delirium fuit, nunc ſenſus expers iacet, capiti manum ſiniſtram continuo admouet. Dedi veſicatoria bina, femoribus applicanda, et purgans forte.

Poſt meridiem clyſma applicui, brachia motibus continuis conuulſiuis agitabantur, ſine ſenſu iacet omnino.

21. Periit hodie mane hora octaua.

*Bilis*

*Bilis atra mota.*

Iun. 24. Ingenium acriter aeque ac corpus exercens 40 circiter annorum hortulanus iam per 14 dies aliquid grauantis in abdomine ſenſit, heri fortiter operatus ſudavit valide, dein quietus ſedens, forte expoſitus frigori incepit ipſi guttur dolere in latere ſiniſtro, ſic vt oblongus tumor oblique parum ab angulo maxillae ad os hyoides pergeret, ſub cute haerens, incipit horripilare heri, frigere, de nocte vomuit bilem, et per alnum euacuavit nigras, foetidas feces, lingua flaueſcens parum, vrina non admodum flammea, febris modica. Dedi decoct. ex rad. gram. ſcorzoner. tamarind. rob ſamb. non potuit ferre, ſed ſtatim euomuit; dedi tunc decoct. hord. aq. cort. citri, ſp. nitr. dulc. rob rib. inde minus vomuit, delirabat hinc inde, dolor capitis erat intenſus. Iuſſi balnea pedum, epiſpaſtica, et fronti applicari epith. ex aqua ſolani, ſamb. nitro.

25. Dolor faucium et tumor vt ante, febris vix vlla, vrinam non vidi, vomuit adhuc bilem viridem, dolor capitis minor, circa auroram incepit quieſcere. Dedi rob ſamb. ſyr fl. violar. ſp. ſulph. nitr. aq. ſamb.

Veſperi vrina flammea, anxietas, guttur dolet vt ante, a medicamento aſſumto ſentit dolorem erodentem in faucibus, ac ſi aqua ſtygia tangerentur, dolor capitis minor, parum delirauit; febris minor, lingua ſicca, a minimo aſſumto vomiturit, et vini rhenani pauxillum aſſumens ſentiebat ad vmbilicum vſque ſtatim dolorem facere. Dedi emulſum cardiacum diacodiatum.

Iun. 26. Nox modica, afperum illud in faucibus manet, irritatio adhuc fere continua ad vomitum, refpiratio bona, vrina rubra, flammea, pulfus vix febrilis, aluum non depofuit, lingua ficca, fitis magna. Dedi mixt. ex fyr. viol. rub. idaei, rob ribef. etc. cum pauculo nitr. febris nulla fere vel parua, anxietas, vomituritio, capitis dolor auctus, vox rauca, fauces rubent, non fert medicamentum ob acrimoniam. Dedi molliffimum emulfum diacod. bis aluum depofuit.

27. Dormiuit modice, vrina ftranguriofa, rubens, flauefcens, lingua ficca, febris modica cum pulfu debili, fudauit profufiffime. Dedi emulfum auenaceum fine diacodio; pro potū fraga, cum decocto panis trita cum vino rhenano etc.

Vefperi modice fe habuit, vrina perftitit, non fubfidens tota die relicta, aliqua vomituritio, pulfus vix febrilis. Dedi idem emulfum, fed diacodiatum.

28. Vrina vt heri, nox infomnis fere, nifi poft quartam, tunc incepit dormire; potum illum ex fragis fummo cum fructu et oblectamento fumfit. Heri lac ebutyratum fimul fumens, aliquid moleftiae inde fenferat, tota nocte res fuas femidormiens peregerat cum laffitudinis fenfu. Febris nulla, oculi quid flauefcentis habent, aluum heri bis depofuit, femel figuratam, grauiffimam, fubfidentem cum torminibus, moleftia illa in faucibus adhuc manet. Dedi aq. hord. fuccum femperuiui, fyr. rub. idaei.

Sputum

Sputum dulce, febris nulla, vrina eadem cum nubecula, sed parum minus rubra, lingua humidior et nitidior, non dormiuit. Dedi leue diacodiatum.

Iun. 29. Anterior pars noctis molesta fuit, postea dormiuit cum refectionis sensu, lingua nitida, nulla iam anxietas, vrina minus rubra, febris nulla, fauces non adeo dolent. Dedi aq. stillatitiam meliss. syr viol. succum semperuiui, potum ex fragis eundem.

Vesperi satis commode se habuit, vrina longe minus colorata. Dedi eadem.

30. Vrina sanae similis, nox quieta, febris nulla, in omnibus se melius habet, aluum deposuit ter cum leuamine, prima vice figuratam, postea tenuiorem, ex viridi fuscam satis foetidam. Dedi gratum acidum cardiacum.

Iul. 1. Vrina sanae similis cum nubecula, aluum deposuit, febris nulla, nox quieta, in omnibus se melius habet. Dedi eadem.

2. Bene se habet in omnibus, reliqui, iubens ter de die sumere tinct. myrrh. gtt. XL.

## *Febricula intermittens.*

Iul. 20. Incepit die 17 parum languere, et febricitare, dicunt, pustulas quasdam illam habuisse, heri se bene habuerat, sed circa vesperam febricitauerat leuiter, sitis magna, strumae in collo. Dedi nitr. syr. fl. violar. succ. citri etc.

21. Melius se habet, dormiuit hac nocte bene, sudauit, strumae in collo, non febricitat iam. Dedi similia.

Iul.

Iul. 22. Poſt meridiem febricitauit, nunc melius ſe habet, incipit parum appetere, ſudat de nocte. Dedi ſal. polychr. ſyr. fumar. aq. meliſſ.

23. Bene ſe habet ſatis, ſed ſcrophulae manent in collo. Dedi rad. contrajeru. ʒij. ſal. abſinth. gr. XL. m. f. puluis infund. hydromeliti.

## *Variolae ſpuriae.*

Iul. 20. Menſium 15 puellus ſaniſſimus antea, die 18 incepit leuiter febricitare, et puſtulas rubras habere per totum corpus parum eleuatas, duriores, heri fortiter febricitauit, hodie adhuc febricitat, dormiuit modice hac nocte, ſitit, heri aluum depoſuit ſexies, poſt ſerum lactis potatum, quaedam puſtulae rumpebantur, et foveam cauam relinquebant, quaedam durae apparebant, omnes in eadem ſchola, qui verſabantur, ſimili laborauerunt morbo. Dedi nitrum, ſtib. cum ſyr. viol.

21. Heri dicunt febricitaſſe, nunc adhuc leuiter febricitat, bis aluum depoſuit, incipiunt exſiccari, dureſcere puſtulae, parum appetit, medicamentum auide aſſumſit. Dedi ſimilia.

22. Aluum ſexies heri depoſuit, et febricitauit heri hora 12, ſed melius ſe poſtea habuit, nunc vix febricitat, ſed pacate dormit, puſtulae ſiccantur. Dedi ſimilia.

23. Heri ſubito ejulauit ſummopere, exſiccantur puſtulae, non febricitauit, 7 aluum depoſuit. Dedi abſorbentia cum tinct. cinnamomi, ſyr. diacod.

24. Satis bene ſe habet in omnibus, 6 aluum depoſuit. Dedi ſimilia.

Iul.

Iul. 25. Heri ſaepius adhuc aluum depoſuit, in reliquis ſe bene habet, reliqui.

## *Arthritis vaga.*

Iul. 22. Annorum 25 ſaepe aduerſis rebus territa; circa paſcha incipit laborare arthritide vaga, nunc in collo, clauiculis, humero, cubitis, digitis, cruribus, nunc in hac, nunc in illa parte, an a terrore, an ab alternatione caloris et frigoris? dum calido in loco verſata rimae apertae feneſtrae ſe exponebat, dolor ſubito oritur immanis, nunc hunc, nunc alium locum corporis occupans, ille per 3 vel 4 horas durat, dein minuitur, tumet et articulus, et rigidus fere manet per aliquot horas, poſtea ex improuiſo alium articulum occupat, ceteroquin ſana ſatis, ſed ſcorbutica, tenerae penitus fabricae. Tentaui ſaponem venetum, herbas antiſcorbuticas, ſp. ſal. croci, frictiones. Dedi infuſ. rad. leuiſt. angelic. vincetox. vſurpandum.

25. Melius ſe habuit poſt haec aſſumta, tamen manet quaedam difficultas in motu humeri dextri ſurſum, tunc enim dolet. Iuſſi pergere per octiduum.

Aug. 1. Melius parum ſe habet, dum ſurgit mane, omnes artus ſentit quaſi rigidas, inprimis humeros, poſtea euaneſcit.

8. Sana ſatis, ſed circa carpum manus difficulter flectuntur, tota die ſe bene habet, ſed dum ſurgit, circa humeri articulum motus difficultatem ſentit poſt euanidam. Iuſſi pergendum in iiſdem, et vng. martial. et neruino carpum inungendum.

Aug.

Aug. 15. Humerus nunc non dolet, dum mouet corpus, dolor magnus, postea et immobilitas in genubus, nunc et in brachio dextro circa carpi flexuram; scorbutica est, in reliquis se bene habet. Dedi trifol. aquat. cum pilul. ex sapon. venet. et gum. ammon.

Postea tota vita tumidos digitos, genua etc. habuit.

## *Febris continua cum pulsu valde malo, et anxietate circa praecordia.*

Iul. 25. Annorum circiter 40 incepit die 21 laborare, scorbutica ante fuerat, inueni de quadam anxietate circa praecordia et abdomen conquerentem: respiratio erat libera, sed pulsus paruus admodum et inaequalis, extrema tamen calebant, facies bene se habebat, vrina non multum foetida, dedit sedimentum lateritium, appetitus nullus fere, sed sitis, nullibi dolebat. Dedi primis diebus sp. nitr. dulc. cum sp. vitae Math. rob ribes. aq. citri. Poterat adhuc surgere satis bene, et pulsus longe peior erat, quam reliqua signa videbantur docere. Die 23 cum illa anxietas adhuc maneret, dedi decoct. rad. gram. bard. 5 rad. sal. polychr. inde vomuit, vt dicit, bilem amaram cum leuamine, et aluum deposuit aliquoties. 24 dedi residuum illius decocti, hodie mane inueni pulsum vt ante, respirationem bonam, aliquoties aluum deposuerat, vrina subsederat lateritia, dedi gratum acidum cardiacum vt 21.

26. Heri totum corpus doluit in omnibus articulis per 2 horas, sed inprimis in lumbis, dein dormiuit paerum, vna cum hoc frigidus sudor, et frigus extremorum:

rum: vrina vt ante, anxietas, pulſus debilis vt ante, ſaepe ſedet erecta, reſpiratio videtur parum magis impedita. Dedi decoct. aperiens.

Iul. 27. Dormiuit bene, pulſus vt ante, reſpiratio ſatis bona, hinc inde tuſſis, vrina vt ante, 3 vel 4 aluum depoſuit cum leuamine, appetit melius, dolor lumborum evanuit, ſitis ſatis magna. Dedi rob ribeſ. ſyr. citri, aq. meliſſ. cinnamomi, ſal. polychr.

28. Vomuit heri veſperi pituitoſa, alba, amara, et aluum depoſuit ſaepius, cum leuamine anxietatis ſummo; pulſus idem ac ante, dormiuit ſatis bene, appetit hodie mane, vrina eadem, ſitis vt ante, facies bona, reſpiratio bona cum tuſſi quadam. Dedi aq. cort. citr. aurant. ſp. nitr. dulc. diamor. Nicolai.

29. De nocte inſomnia moleſta terrifica habuit, vrina eadem, pulſus idem, ſemel aluum figuratam depoſuit, heri appetitus bonus, hodie minus appetit, tuſſiuit a medicamento aſſumto, nullibi dolet. Dedi infuſ. contraieru. cum ſale polychr. ſyr. citri.

30. Vrina vt ante, pulſus vt ante, tuſſis vt ante, non dormiuit multum, appetit modice, non ſitit fere, lingua ſatis nitida, heri caput valde doluit, non tamen hac nocte: non dormiuit: dedi decoct. agrimon. beton. glycyrrhizae.

31. Vrina eadem, heri poſt meridiem cardialgia corripuit ſatis valida, et anxietas, tuſſiuit dein cum leuamine, dormiuit bene, aliquid flaueſcentis in oculis habet, ſitis maior, pulſus vt ante. Dedi ſal. polychr. dr. ij. tart. vitriol. dr. ß. ſyr. fumar. ℥ ij. aq. meliſſae.

Aug.

Aug. 1. Vrina breui emissa cum nubecula subsedebit breui credo, rubra erat: heri vesperi animo turbata fuit, hinc non bene dormiuit, ter aluum deposuit hac nocte, cum leuamine, tussit, pulsus vt ante. Dedi tinct. succini, syr. diacod. aq. cort. citri.

2. Vomuit pituitam amaram, et aluum saepius deposuit, vrina minus colorata, appetitus minor, dormivit modice, pulsus vt ante. Dedi gr. xv. pil. Ruffi.

3. Bis aluum modice deposuit, aliquid flauescentis in oculis, vrina fusca. Dedi decoct. 5 rad. cum sale polychr. syr. fumar.

4. Aluum non deposuit, omnia fere eadem. Dedi idem medicamentum per 2 dies vsurpandum.

6. Heri aluum deposuit copiosam cum torminibus, vrina vt ante, heri magis anxia fuit, nox non adeo commoda, oculi flauescunt adhuc, saporem malum in ore habet. Dedi sal. polychr. tart. vitriol. rob samb. spir. nitr. dulcis.

7. Inde saepius aluum deposuit cum leuamine viridem: iussi sumere idem.

8. Ter aluum deposuit nigram, foetidissimam cum leuamine, pulsus vt ante, dormiuit satis bene, appetitus non magnus, heri caput doluit multum. Dedi tinct. myrrh. aq. rutae, syr. 5 rad.

10. Melius appetit, aluum adhuc aliquoties deposuerat, pulsus vt ante, functiones insurgunt; iussi sumere residuum mixturae.

Aug.

Aug. 11. Non appetit, vrina adhuc rubra, aluus ſtricta, pulſus iam bonus eſt. Dedi gr. XL. pil. Ruff. binis ſumenda diebus.

13. Inde parum purgata fuit, melius ſe habet, pulſus bonus.

15. Vrina parum coloratior ſana, pulſus bonus, anxia fuit, friguit, non dormiuit, non purgata fuit multum. Dedi ſal. polychr. dr. iij. tart. vitriol. dr. j. ſyr. fumar. ℥ iij. aq. fumar. ℔ j.

17. Vomuit bilem cum leuamine die 15. pulſus bonus, color melior, vrina vt ante. Dedi pil. ex galb. oppopan. rheo, ſal. polychr. tereb. per triduum vſurpandas.

22. Quotidie ſaepius inde aluum depoſuit, cum magno leuamine, tamen aliquod obſtaculum circa hypochondria ſentit, ſed minus. Iuſſi ſumere eaſdem pilulas; conualuit parum.

Nou. 18. Inueni illam facie liuida, brachium ſiniſtrum tumebat valde, liueſcens: pulſus vix percipiendus, abdomen tumebat, et pedes, erecta in lecto ſedebat, ſitis magna, appetitus bonus ſatis, poſtea per cutis poros in femore ſiniſtro ſenſim quotidie incredibilis aquae copia fluxit, ſed ſine multo leuamine: dum decumbebat, anxietatem magnam percipiebat, tunc erecta ſedebat, donec ſenſim minutis viribus, emaciato corpore, tumido tamen abdomine et brachio, exſpirauerit Decembris circa initium.

## *Diarrhoea: praecesserat iracundia.*

Iul. 25. Annorum 38 macilentus, longae staturae, post summam iracundiam decubuit, vehementibus autem animi passionibus obnoxius erat, non inueni febricitantem, sed dolebat caput, peruigilia patiebatur, debilis erat omnino, iam die 21 sitis aderat magna, appetitus nullus, nec lumen, nec rumorem vllum ferre poterat. Dedi 21 et 22 auenacea cum diacodiatis, balpinea, epispastica, tamen non dormiuit, pulsus et respiratio bona manent, et cum aluus esset stricta, dedi pulpam cassiae. Die 23 inde aluum 3 deposuit, 24 dedi emulsum, epispastica, epithema capiti imposui ex aq. solani, aceto samb. croco, cum leuamine doloris capitis, tamen non dormiuit; hodie mane pulsus et respiratio bona, sitis magna, lingua nitida satis fuerat hactenus, nunc magis alba, aluum deposuerat saepe hac nocte; dederam heri vesperi syr. diacod. diamor. Nicolai cum sp. nitr. dulc. etc. immo aluus ipso inscio fluxerat, vrina toto tempore fuit fulua, tenuis. Dedi tinct. cinnamomi, sp. nitr. dulc. aq. meliss. rob ribes. diamor.

26. Sputa magna, purulenta, febris nulla, dormiuit, heri vomuit, aluum deposuit tenuem. Dedi ius carnium cum succo citri, et decoct. pectorale detergens, sitis magna durat, hinc dedi pro potu serum lactis ebutyratum.

Vesperi: copiosissime aluum deposuit, foetidam, tenuem, cum magnis torminibus sputa 6 vel 7 similia, dum profunde respirat, tussit, lingua parum sordida, sed

ſed humida, a iure carnium aſſumto grauamen in ventriculo ſenſit, febris nulla, dolor capitis modicus, nauſeat ab aſſumtis. Dedi leue diacod.

Iul. 27. Nox modica, tamen non minus quieta, inſcio aluus bis fluxit, pulſus bonus tamen. lingua modice humida, vrina fulua vt ante. Dedi mixt. cum rob ribeſ. ſp. nitr. tinct. cinnamomi, aq. meliſſ.

Veſperi: aluus, inſcio fere, foetidiſſima fluxit, febris nulla, lingua humida, tamen parum ſordida, non dormiuit, lac ebutyratum comedit cum cinnamomo, ſputa craſſa, magna vt ante. Dedi emulſ. cum ſyr. diacod. ſp. vitae Mathioli, etc.

28. Non dormiuit, quietus tamen iacuit, non aſſumſit emulſum, quia ſtatim illud euomebat, bis aluum tenuem, fuſcam depoſuit, lingua modice humida, pulſus bonus, non febrilis, reſpiratio ſatis bona, ſed dum profunde reſpirat, aliquis in pectore ſtertor, et ſputa quaedam, foetor, et malus in ore ſapor. Dedi miuam cydonior. cum cinnamomo, et guttulis paucis ſp. ſal. marini.

Veſperi: vrina fulua, minus colorata, cum nubecula, pulſus parum citatior, ſenſit ardorem in faucibus, ab aſſumto condito ſemel depoſuit aluum copioſam admodum, foetidiſſimam, inſtar riui decurrentem, lingua ſatis humida, mens conſtat perfecte; dedi reſid. emulſi heſterni, additis guttulis quibuſdam laud. liquidi.

29. Nox inſomnis, ſed pacatiſſima, illud moleſtum in faucibus durat, ſed leues aphthoſae puſtulae appa-

rent, vrina non adeo ruſſa, lingua ſiccior, et magis ſordida, febris nulla. Dedi ſuccum ſemperuiui, aq. meliſſ. ſyr. rub. idaei, etc.

Dum inſidet ſellae, aluum deponit copioſiſſimam, et foetidiſſimam, hoc ſemel fecit hodie, febris nulla, reſpiratio pacata, dum profunde inſpirat, tamen tuſſit ſtatim, et ſputa maxima educit, illud moleſtum in faucibus, et leue aphthoſum durat, circa cardiam aliqua oppreſſio. Dedi diacodiatum.

Iul. 30. Febris nulla, nox paccata, ſputa pauciora, dum profunde reſpirat, tamen hoc ſentit, in faucibus aliquid aſperi, commode tamen deglutit, vrina minus colorata, aluum non depoſuit, borborygmi, lingua obſita. Dedi decoct. rad. gram. cum rob ribeſ. ſyr. fl. violar. etc.

Veſperi aluum ſemel depoſuit copioſiſſimam, ad multas libras, ſimul olidiſſimam, eſt, quaſi inteſtina replerentur ſenſim ſimili liquido, et dein, cum vis ſphincteris ſatis fortis ſit, retinere diu, ſphinctere relaxato, effluere totum, ſputa compacta, quaſi tabidi pulmonis ſubſtantiam exſpueret, pulſus tamen bonus, et reſpiratio, modo non ſit nimis profunda: fauces ſe habent vt ante. Dedi tinct. cinnamomi, ſp. nitri dulc. ſyr. diacod. ℥j. aq. meliſſ. cort. citri, vrina minus colorata.

31. Non dormiuit, ſed ſatis quietus iacuit, febris nulla, reſpiratio vt ante, vrina minus rubra, cum nubecula, lingua ſordida parum, non depoſuit aluum. Dedi ℥ iij. rad. acetoſ. cum dr. iij. aq. cinnamomi decoctas, et diamor. Nicolai.

Aluum

Aluum ſemel intra 24 horas depoſuit, veſperi copioſam, admodum fluidam cum flatibus, pulſus bonus, reſpiratio vt ante, fauces vt ante, ſitis adhuc magna, non dormiuit. Dedi granum opii.

Aug. 1. Nox pacata, cum ſomno, ſed interrupto, vrinam non vidi, pulſus bonus, reſpiratio bona ſatis, ſi non nimis profunde inſpirat, tunc enim tuſſis et ſputa quaedam: non depoſuit aluum, lingua humida; dedi decoctum auenae, aq. cort. citri, diamor. Nicol. tinct. cinnamomi, vinum rhenanum. Saepius aluum copioſam ſimilem depoſuit, vrina minus rubra, lingua humida, facies collapſa, nihil aſſumit, niſi parum lactis ebutyrati. Dedi emulſum diacod. cum tinct. cinnamomi.

2. Sputa quaedam prodeunt cum tuſſi, modice ſe habuit, vrina minus colorata cum nubecula, pulſus conſtat, ter aluum depoſuit heri veſperi. Dedi decoct. cort. rad. tamariſc. cappar. cinnamomi, ſyr. diacod. ſp. nitr. dulc.

Veſperi modice ſe habuit, vrina vt ante, non depoſuit aluum, pulſus bonus. Dedi reſid. decocti.

3. Nox commoda, aluum hodie mane depoſuit vt ante, vrina ſubſidebit credo, pulſus, reſpiratio vt ante. Dedi mixt. ex aq. cort. citri ℥viij. cinnamomi ℥j. ſp. vitae Math. ℥j. tinct. cinnamomi, dr. vj. miu. cydon. ℥ij.

Veſperi parum melius ſe habebat, nihil dedi.

4. Vrina heri veſperi emiſſa, ſubſedit, nunc vrina leuiter rubra cum nubecula, ſubſidebit credo, febris nulla, melius ſe ſentit, minor alui fluxus. Dedi ſimilia.

Vesperi: a motu corporis tussis et sputa quaedam, non deposuit aluum, febris nulla, lingua humida, nullibi dolet, sumsit lac ebutyratum. Dedi haustum diacodiatum.

Aug. 5. Vrina subsedit, dormiuit cum leuamine optimo, non deposuit aluum, nauseat nunc, et ructus habet, sputa alba sunt; dedi aq. cinnamomi, menth. meliss. cort. citri, syr. myrtin.

6. Dormiuit parum, vrina heri vesperi emissa turbida fuit facta, et subsedit, flatus et ructus, hodie mane aluum deposuit copiosam, nunc friget, tremit et initium paroxysmi habet febrilis. Dedi decoct. bardan. gramin. cum rob ribes. Vesperi febris non fuit valida.

7. Os siccum, in anteriori noctis parte dormiuit, postea non: febris nulla, aluum parum deposuit; dedi sp. nitr. dulc. miuam cydon. tinct. cinnamomi, aq. melissae. Vesperi aluum deposuit fortissime viridem, foetidissimam, sputa copiosa fuerunt, vrina vt ante. Dedi catechu, corall. rubr. tinct. cinnamomi, syr. diacod. aq. meliss.

8. Sputa purulenta, aluum non deposuit, nox satis pacata, appetitus melior, vrina turbata, iam subsidebit; heri vesperi deposuit aluum figuratam. Dedi similia forma pulueris, inde vesperi se satis bene habuit.

9. Vrina modice colorata, febris nulla, minuitur alui fluxus, sputa alba, purulenta, dixit, respirationem parum impeditam fuisse. Dedi decoct. cort. rad. tamarisc. cappar. cum cinnamomo.

Aug.

Aug. 10. Bene ſe habuit, dormiuit modice, aluum non depoſuit, ſputa adhuc copioſa. Dedi idem medicamentum.

11. Vrina ſana, aluum ſemel depoſuit, ſed minus tenuem, febris nulla, ſomnus bonus, aliquid aſperi, moleſti in pectore ſentit. Dedi ol. amygd. cum vitell. oui, aq. flor. rhoeados.

13. Dum oſcitat, pectus dolet, febris nulla, vrina parum magis colorata, quam ſana, lingua nitida, heri veſperi aluum depoſuit, ſed minus tenuem, hodje mane iterum longe tenuiorem. Dedi terrae catechu dr. j. cum miuae cydon. ℥j.

14. Diarrhoea aucta multum, vrina vt heri, pulſus et reſpiratio bona. Dedi decoct. cort. cappar. tamar. cinnamomi, etc. abdomini applicui empl. cum maſtich. theriac. etc.

15. Melius ſe habet in omnibus. Dedi idem decoct. diarrhoea ſiſtitur.

16. Aluus ſiſtitur, vrina parum coloratior ſana, febris nulla, fauces dolent, dum deglutit, nihil tamen in faucibus video. Dedi diamor. Nicolai, aq. ſamb. ſyr. violar.

17. Aluum figuratam depoſuit, functiones omnes inſurgunt, dolent ſolae fauces. Dedi mucilag. ſem. cydon. cum ſyr. violar.

18. Vrina ſanae ſimilis, in omnibus bene ſe habet, febris nulla, in faucibus illud moleſtum adhuc adeſt. Dedi infuſ. flor. alth. malu. etc.

19. Bene ſe habet in omnibus.

Aug. 21. Heri, credo animo turbatum fuiſſe, anxius fuit, vrina turbida, febris nulla, aluus ſtricta. Dedi aq. rutae cum tinct. croci, etc.

23. Vrina ſanae fere ſimilis, febris nulla, mane hora quinta incepit flatus emittere, dein aluum duram depoſuit parum, tunc tormina valida circa vmbilicum, clyſma ex ol. lini et ſyr. alth. iuſſi iniiciendum, et mixt. dedi ex aq. foenic. lap. 9. ſyr. diacod. ſp. carmin.

24. Heri immanem quantitatem liquidam poſt clyſma aluo depoſuit, vomuit copioſiſſime, inprimis ingentem vim mororum, quam auide ingurgitauerat, languet parum, febris nulla. Dedi rob ribeſ. ſambuc. ſal. polychr. aq. meliſſae.

27. Appetitus modicus, tamen vires non ita increſcunt, modice tamen, vrina parum coloratior ſana; flatus putridiſſimos emittit, heſterna nocte non dormivit, hac nocte melius. Dedi tinct. myrrhae, aq. menth. ſyr. menth.

29. Melius ſe habet in omnibus, nihil dedi.

Sept. 3. Debilis eſt, vrina coloratior ſana, non appetit, pulſus bonus, aluus commoda, ſudat fortiter. Dedi tinct myrrhae, gum. laccae, aq. ſaluiae.

5. Adhuc languet; dedi theriac. cum cort. aurant. condit.

7. Melius ſe habet. Dedi mixt. cum tinct. myrrhae.

## *Pleuritis.*

Iul. $\frac{31}{2}$. Annorum 62 die 29 incepit ſine manifeſta cauſa praegreſſa laſſitudinem ſpontaneam percipere, dein

in febricitare, cum dolore pectoris dextri ſub mamilla hucuſque aucto, reſpiratio impedita, dicunt febrim heri fuiſſe magis intenſam, hodie mane remiſſiorem, nunc circa meridiem poſt frigidam horripilationem auctam, pulſus erat febrilis, durus, non adeo plenus, ante 14 dies ob terrorem ipſi venam ſecuerant; iuſſi V. S. ad ℥viij. decoct. dedi ex rad. gram. bard. ſcorzoner. cum nitr. et ſyr. alth. et iuſſi fomentum ex aq. lacte et ſapone veneto applicandum lateri.

Aug. $\frac{1}{3}$. Vrina ſedimentum habet, ſanguis phlogiſticus modice, reſpiratio impedita, dolor minutus V. S. poſt recrudeſcens iterum, hodie mane minor, ſed poſt horripilationem circa 8 horam augebatur, tamen non tam magnus, ac heri, ſputa craſſa, viridia, ſatis facile prodeunt; iuſſi foment. ſapon. venet. et dedi mixt. ex dr. iij. nitr. ſyr. alth. ℥iij. aq. meliſſ. ℔ j. ſuperbibendo decoct. ex rad. bard. glycyrrh. etc.

$\frac{2}{4}$. Pulſus durus, modice febrilis, ſputa copioſa, cocta, purulenta, lingua ſicca, vrina parum colorata cum nubecula craſſa verſus fundum, aluum ſemel depoſuit copioſam, ſemiliquidam; empl. labdan. lateri applicuit. Dedi decoct. ex rad. bard. ſcorzoner. foenic. glycyrrh. nitro.

$\frac{3}{5}$. Heri dixerunt illam anxiam fuiſſe, dormiuit modice, febris minor, vrina vt heri, ſputa copioſa prodeunt. Dedi idem medicamentum.

$\frac{4}{6}$. Vrina vt ante, febris videtur parum maior, dolor lateris minor, ſputa minuuntur parum, ſemel aluum

 figura-

figuratam depoſuit hodie mane. Dedi nitr. rob ſambuc. aq. ſamb. ſyr. alth.

Aug. $\frac{5}{7}$. Sputa tenacia ſimilia, ſitis, appetitus nullus, febris minor, vrina vt ante, non multum dormiuit. Dedi rob ribeſ. ſyr. citri, rubi idaei, aq. meliſſ. nitrum.

$\frac{6}{8}$. Vrina vt ante, parum colorata, heri dicunt febrim acerbatam fuiſſe, nunc fortior eſt, pulſus plenus, febrilis, dolor lateris euanuit, reſpiratio bona, ſputa eadem, ſed pauciora, non dormiuit, leues phantaſiae. Dedi emulſum diacod. epiſpaſtica pedibus applicui.

$\frac{7}{9}$. Febris fortior, cum pulſu duro valde, et pleno, vrina magis flammea, cum nubecula craſſa circa fundum, nullibi dolet. Dedi decoct. auenae, nitr. rob ſambuc.

$\frac{8}{10}$. Non dormiuit, febris valida, aliquis in pectore ſtertor, vrina vt ante, medicamentum faſtidit, aluum depoſuit hac nocte. Dedi ſal. prunellae etc. minori ſub forma, ſuperbibendo caffam mellitam.

$\frac{9}{11}$. Vrina colorata magis, pulſus iam hodie mane vix febrilis, aequalis, reſpiratio pacata, ſtertor aliquis in pectore, ſputa vt ante, media pars linguae parum nigreſcit. Dedi ſimilia.

$\frac{10}{12}$. Febris nulla, vrina vt ante, ſputa copioſa, appetitus nullus fere, ſitis non magna eſt, non multum dormiuit. Dedi leue diacod., tribus vicibus ſumendum.

$\frac{11}{13}$. Somnus inquietus, vrina turbata, ſubſidebit credo, pulſus parum magis febrilis, heri ter aluum depoſuit, tuſſis aucta, ſputa ſimilia, magis albicant. Dedi

Dedi ſyr. alth. ℥iß. diacod. ℥j. aq. foenic. hyſſop. ſuperbibendo caſſam mellit.

Aug. $\frac{13}{15}$. Febris nulla, appetitus nullus, debilitas, ſputa fere nulla, vrina vt ante, iuſſi infuſ. meliſſ. agrimon. etc. cum aq. et lacte. Conualuit die 18; illum reliqui.

## *Inteſtin. inflammatio.*

Aug. 4. Annorum 30 triſtis ſemper fere, et pallidus, heri poſt meridiem ſatis bene ſe habens ſubito in ileo dextro dolorem ſenſit, dein aluum duram depoſuit cum leuamine, mox dolor rediit, qui tota nocte permanſit, nunc remittens, nunc auctior, pulſus durus vix febrilis, reſpiratio bona; dedi mellis ℥v. ſal. polychr. ʒiv. aq. foenic. ℔iß.

Veſperi: dolor exacerbatus fuit multum, ſic, vt ejularet aliquando, poſtea remittens, continuus tamen, verſus abdomen tendens, pulſus durus, febrilis, ſatis plenus, vomuit, aluum non depoſuit. Dedi decoct. emoll. nitroſum, cum ſyr. diacod. V. S. ad ℥viij.

5. Sanguis parum phlogiſticus; dolor minutus parum, verſus abdomen tendens, reſpiratio bona, febris parum minor, lingua ſicca, vrina parum coloratior ſana. Dedi decoct. gram. bard. ſcorzoner. nitr. ſyr. 5 rad.

Veſperi: dolor vt ante, iam non in ileo, ſed magis in abdomine, pulſus modice febrilis, non adeo durus, aluus ſtricta, iuſſi clyſma applicandum, et dedi mixt. ex nitr. ſyr. rhoead. alth. aq. ſamb. leuis hinc inde tuſſis.

Aug.

Aug. 6. Vrina parum coloratior ſana cum nubecula, pulſus febrilis, non ita durus, duras feces paucas a clyſmate cum leuamine doloris depoſuit, lingua parum ſiccior, reſpiratio bona. Dedi mel album cum ſale polychr. aq. meliſſae.

Veſperi: flatus emiſit cum leuamine, aluum non depoſuit, dolor parum minor, febris minor, lingua in medio parum fuſca. Dedi ſimila mellita cum ſale polychr.

7. Vrina coloratior ſana, febris vt ante, dormiuit modice, aluum non depoſuit, non appetit. Dedi ſimilia.

8. Aluum depoſuit tenuem, foetidiſſimam cum levamine, ſed adfuerant ante euacuationem alui tormina, febris fere nulla, vrina coloratior ſana, lingua obſita, ſomnus bonus, appetitus melior, ſitis non magna. Dedi rob ribeſ. ſamb. ſyr. ſucci citri, aq. meliſſ. ſal. polychr.

9. Vrina parum coloratior ſana, febris nulla fere, aluum ſaepius depoſuit, vltimo fuſcam magis non ita foetidam, dolor minor, nunc diſpergitur per totum abdomen et lumbos, antequam aluum deponit, tormina ſentit, poſt euanida: lingua obſita. Dedi mellita cum ſale polychreſto.

10. Vrina ſana, aluum figuratam deponit ſaepe, pulſus et vrina bona, et reſpiratio. Dedi aq. foenic. ſyr. 5. rad. ſal. polychr.

11. Vrina ſana, pulſus vix febrilis, aluum depoſuit ſaepius, cum particulis ſeminum inſtar cucumeris, aurantii coloris intermiſtis, dormiuit melius, omnes functiones inſurgunt, circa coli regionem aliquid obtuſi doloris ſentit. Dedi ſimilia.

Aug.

Aug. 13. In omnibus ſe bene habebat, vrina ſanae ſimilis, nullus dolor, fluxus alui minuitur, pallet, languet: dedi pil. ex limat. ♂. et gum. ammon.

19. Saepe aluum depoſuit olidiſſimam quotidie, tamen non bene ſe habuit, ſed inueni hodie febricitantem, dicit, dolorem in inteſtinis adhuc ſaepe eſſe, nunc arthriticum dolorem in pollice manus, pedis, et circa os coccygis habet, ſaepe ſatis validum.

20. Febricitat, dolor vt ante, dormiuit modice hac nocte, ſitis magna, vrina ſanae ſimilis cum nubecula. Dedi lap. prun. 69 diacod. aq. fl. rhoead.

21. Melius ſe habet, febricula, dolor minor in artubus, ſed circa os coccygis haeret. Iuſſi frictiones, et dedi infuſ. agrimon. beton. etc.

22. Vrina ſanae fere ſimilis, aliquid habet fuſci, febris minor, dolor circa os coccygis, in reliquis bene ſe habet, niſi quod parum nauſeat. Dedi aq. menthae, ſp. menth. ſyr. menthae.

25. In omnibus melius ſe habet, circa os coccygis dolor, minor quidem, tamen aliquis. Dedi infuſ. agrimon. meliſſ. veron. diu vſurpandum.

Sept. 24. Delaſſatus heri ingenti narium haemorrhagia ex nare dextra corripitur, diu ſanguinem ex naribus emunxit, in abdomine quid moleſti adhuc ſenſit. Dedi ſang. dracon. lap. haemat. ſyr diacod. aq. plantag.

25. Languet: dedi eadem.

26. Vrina ſanae ſimilis, parum febricitat, lingua humida, ex nare ſiniſtra parum ſanguinis fluxit. Dedi decoct. ex plantagine, etc.

Sept.

Sept. 27. Febricula, pallor, in latere ſiniſtro aliquid ſentit moleſti, pes dolet dexter parum. Dedi tinct. gummi laccae, aq. cort. citri, ſyr. diacod.

28. Vrina ſanae ſimilis, parum pallidior, heri febricitauit, in latere hypochondr. ſiniſtro motum quemdam ſentit, quaſi repentem, dolor in calcaneo ſiniſtro, (antea arthritide laborauerat) dedi decoct. 3 ſantal. glycyrrhiz. bard.

29. Vrina vt heri, febricula, dolor minor in calcaneo, dedi lap. haematitidem.

30. Pallet totus, in reliquis ſe melius habet; dedi limat. ♂. cum galban. vrina in nubecula ſua ſemper habuit aliquid fuſci.

Octob. 1. Heri poſt magnas anxietates ſurſum et deorſum aluum depoſuit.

20. Iterum in largam narium haemorrhagiam incidit. Dedi ſang. dracon. lap. haemat. fiſtuloſi quid circa anum habet.

24. Heri dolorem per latera et pectus ſentit, vti et in carpo, arthriticus ante fuit, vrina illud fuſci adhuc habet, pallor in toto corpore et debilitas. Dedi condit. ex lap. haemat. cort. tamariſci, cappar. cinnamomi.

26. Vrina vt ante, pulſus adhuc durus, licet non ita plenus. Dedi ſimilia.

Nou. 30. Cum iam intra hoc tempus adhuc haemorrhagia narium laboraſſet, palleret totus, incepit ſubito paralyticus fieri in vno latere nempe dextro, tamen paralyſis modica fuit; credidi rubra parte ſic euacuata, aquoſum in capite accumulari. Dedi pilul. coch. dr.

dr. j. diſſolutam in aq. cichor. inſtar hauſtus. Inde fortiter purgatus, multo melius ſe habuit. Dedi dein chalybem et iuſſi frictiones.

Dec. 13. Heri metuebam, ne iterum ſanguis flueret, nam concretum de faucibus ſanguinem ſpuebat, ex naribus credo deriuatum, pulſus durus, non adeo plenus, febrilis. Iuſſi balnea pedum; dolorem ſentiebat capitis ſatis validum circa nucham et in ſiniſtra parte.

14. Heri veſperi paralyticus factus in latere dextro, poterat parum mouere digitos, balbutiebat, nec oculo dextro tam bene videbat. Iuſſi ſinapiſmos pedibus applicari, et dedi forte purgans ex fol. ſenn. etc. pulſus vt heri.

15. Parum melius ſe habebat, pulſus vt ante. Dedi eadem.

16. Periit hac nocte apoplecticus.

## *Colica nephritica et calculi excretio.*

Aug. 5. Annorum 30 tenerae fabricae, ante 5 menſes gemellorum mater, heri ſudante corpore ſe veſperi frigori expoſuit; ſenſit leuia hinc inde tormina hodie mane, nunc veſperi plurimum aucta, ex lumbis inceperunt, dein verſus ilia tendebant, nulla febris erat; ſumſerat pulu. cort. aurant. Dedi decoct. rad. foenic. fl. alth. rhoead. et clyſma iuſſi applicandum.

6. Ex clyſmate aluum depoſuit, inde tamen vix leuata, ſed mane circa horam quintam bis aluum depoſuit cum leuamine, vrina erat ſatis foetida, ſtrangurioſa, medicamentum vix aſſumſerat; iuſſi ſumere reſiduum.

Menſes

Menſes inſtant, vrina vt hodie cum carunculis, aliquid fuſci habet in colore, non ſumſit medicamentum, aluus ſtricta, anxietas circa praecordia. Dedi mann. electam, cum ſucco citri etc.

Aug. 7. Aluum non depoſuit, bene dormiuit, febris nulla, vrina parum coloratior ſana recens emiſſa erit. Dedi pulp. caſſ. tamarind.

8. Hac nocte modice ſe habuerat, aluum bis depoſuit, ſed hora 4 mane dolor ſummus cum ſtranguria moleſtiſſima ingruit. Dedi decoct. alth. malu. etc. cum glycyrrh. et ol. amygdal. rec. preſſum; mater eius calculoſa fuerat; dolor circa meridiem in ſiniſtro latere abdominis haerebat, calculo huc promoto. Dedi ſimilia, et fomentum ex ſapon. veneto, etc.

Veſperi: eodem modo ſe habebat fere, dum crus ſiniſtrum eleuat, agente, vt credo, muſculo pſoa, dolor ſatis magnus.

9. Vrinam emiſerat limpidam, poſtea heri veſperi hora 9 magis coloratam, ſubturbidam, non vt iumentorum, ſtrangurioſam, cum leuamine doloris, tamen in illo loco adhuc in abdomine dolorem ſentit, ſed leuiorem, febris nulla, bene dormiuit. Dedi rad. ſiſari, ſcorzoner. glycyrrh. etc forma decocti.

10. Calculum triangularem, angulis ſatis acutis eminxit, in vno apice rubrum, cum ſummo leuamine. omnia ſedata ſunt, leuis anxietas ſupereſt, et vertiginem quamdam ſentit. Dedi tinct. croci gutt. xxx. cum ſyr. 5 rad. 3 vicibus ſumendam.

Aug.

Aug. 11. Heri dolorem punctorium per totum corpus habuit, nulla febris, nulla ſtranguria, parum doloris in latere habuit, vrina parum turbida, alba, ramentula et arenulas habet. Dedi ſem. diuret. calida infuſa.

13. Conualuit: iuſſi motum corporis, mannae vnc. j. bis de menſe, et 3 diebus ante nouilun. et plenilun. infuſ. dr. ij. ex ſemin. cumini, aniſi, bardan. etc. croco, et reliqui.

Sept. 12. Quartana correpta eſt. Dedi purg. ante paroxyſmum bis repetendum et inde feliciter curata fuit.

## *Colicus dolor ab aluo ſtricta.*

Aug. 6. Annorum 25. valido ſatis labore vitam ducens, ſtricta ſaepe laborabat aluo, vti nunc; inſidens latrinae ſenſit impoſſibilitatem aluum et veſicam exonerandi, et incepit dolorem ſummum ſentire in epigaſtrio, ſic, vt animo linqueretur, conuulſa fere, cum ſudore frigido, ſumta caffa calida, et aſſeribus calidis abdomini impoſitis, leuamen habuit, et aluum depoſuit duram valde; ſenſit, ac ſi illud pondus aſcenderet verſus hypochondria, credidi, craſſas feces in colo haerere, et iuſſi clyſma iniici, ex melle, et ol. lini, ſal. gemmae, dr. iij. aq. foeniculi; hoc non multum fecit boni, et dolor manebat, prout decumbebat, nunc in hoc nunc in illud latus vergebat dolor; iuſſi poſt 4 horas iniiciendum clyſma ex ſapon. venet. dr. vj. ſyr. alth. ℥ ij. aq. foenic. ℔ ß. hoc eduxit craſſas admodum feces cum ſummo leuamine. Dedi ſimul mell. ℥ iv. ſal. polychreſt. ℥ ß. aq. foenic. ℔ i ß.

Aug. 7. Hodie adhuc aliquoties aluum depoſuit cum leuamine.

8. Hac nocte ſaepiſſime aluum tenuem depoſuit, et conualuit penitus.

*Tertiana.*

Aug. 17. Annorum 64 die 16 mane hora quarta incepit aegrotare, bilem vomuit, obeſa ſatis ſaepius ante eryſipelate laborauit, hodie mane melius ſe habuerat, poſt meridiem hora quarta incepit iterum laborare, torvum dat reſponſum, humeri, brachia, manus motibus quaſi conuulſiuis trahuntur ſaepiſſime, lingua albicans, pulſus non valde febrilis, reſpiratio bona. Dedi rob ribeſ. nitr. ſyr. viol. aq. meliſſ.

18. Mane melius ſe habet, vrina craſſa, turbida, parum ſubſidens, dormiuit bene. Dedi idem medicamentum.

19. Vrina craſſa, bene dormiuit, apyrexia, reſpiratio bona, lingua humidior, ſudauit toto corpore. Dedi ſimilia.

20. Vrinam non vidi, lingua alba, heri poſt meridiem hora 3 febris prehendit, vſque ad quartam durans mane, vti dicunt; inueni hodie mane apyrexiam, ſitis modica, appetitus adhuc modicus, bis aluum depoſuit. Dedi rob ribeſ. ſamb. ſucc. citri, ſal. polychr aq. meliſſae.

21. Dormiuit, ſed ſine refectione, hodie mane apyrexia, nauſea et vomitus, languet, ſemel aluum copioſam depoſuit, pulſus et reſpiratio bona. Dedi diamoron,

moron, rob ribes. aq. citri, cinnamomi, superbibendo decoct. panis cum malo citreo, vino rhenano, et saccharo.

Aug. 22. Saepe aluum deposuit olidissimam, et bis vomuit, cum magno leuamine, pulsus nunc et respiratio bona. Dedi eadem.

23. Medicamentum respuit, vrina parum subsedit, modice se habet.

24. Heri post meridiem dicunt febricitasse, aliquoties aluum heri deposuit, semel hodie, lingua parum sicca, pulsus et respiratio optima, dormiuit bene. Dedi pulp. tamar. rob samb. ribes.

25. Heri se male habuit, febris iam non adest, respiratio bona, lingua alba, sicca, aliquid aphthosi habet, singultus, caput, et lumbi dolent, vrina magis flammea, anxietas, aluum parca copia foetentem saepissime deposuit. Dedi decoct. aper. cum sale polychr. et ℥ ij. syr. cich. cum rheo.

26. Vigesies aluum deposuit foetidam, cum magno leuamine, nunc pulsus et respiratio bona, lingua nitidior, vrina incipit turbari. Dedi hesterni decocti residuum, et dein gratum cardiacum.

27. Vrina crassa, sedimentosa, semel adhuc aluum deposuit magna copia, sed parum spissiorem: pulsus et respiratio bona. Dedi residuum prioris mixturae.

28. Vrina vt heri, modice se habuit heri, bis aluum deposuit satis valide, sed magis crassam: pulsus, respiratio bona, melius appetit. Dedi infus. contraieru.

Aug. 29. Non dormiuit multum, vrina craſſa, pulſus et reſpiratio bona, appetitus melior; noluit aſſumere medicamenta.

31. Vrinam non vidi, pulſus et reſpiratio bona, in reliquis omnibus ſe melius habet. Dedi tinct. contraieru. ſyr. citri.

Sept. 5. Omnia bona, conualuit. Dedi pilul. x. purgantes, binis vicibus poſt octiduum ſumendas.

## *Tertiana duplex.*

Aug. 18. Annorum 40 circiter die 15 veſperi incepit febricitare, animo ante aliquot dies perculſus, die 16 veſperi exacerbata febris, dein heri iterum. Parum rhabarbari heri ſumſit, et inde aluum ſaepe depoſuit, pulſus plenus, modice febrilis; macilentus eſt, lingua aſpera, ſicca, dolor capitis validus, vrina flammea, rubra; iuſſi balnea pedum; dedi rob ribeſ. ſambuc. nitrum, aq. meliſſ. et capiti applicui fomentum ex acet. nitr. aq. ſambuc.

19. Vrina minus colorata, heri modice ſe habuit, hora ſecunda pomeridiana febris cum frigore prehendit, cum ſumma anxietate, non vomuit, tamen 4 aluum depoſuit, heri dolor capitis parum minor, lingua minus ſicca, dormiuit hac nocte, ſaepe euigilans. Dedi dr. ß. ipec. poſtea diacod.

Veſperi: vomuit amara, copioſa, pituitoſa, aluum depoſuit 5 nigram, foetidiſſimam, ſummam anxietatem habuit, dixit, ſe febricitaſſe hora tertia: veſperi hora

hora octaua pulſus non multum febrilis, reſpiratio bona. Dedi acidum cardiacum medicamentum.

Aug. 20. Nox modica fuit, dormiuit aliquantulum, lingua vt heri, pulſus plenus, aequalis, non febrilis, nauſeat, et vomiturit adhuc, ſitis modica, dolor capitis minor, anxietas aliqua. Dedi miuam cydon. laud. liq. gtt. xxx. cum aq. cinnamomi, ſp. nitr. dulc. vrina minus rubra.

Veſperi: vrina minus colorata, febris hora tertia pomeridiana, ſed minor, anxietas adhuc aliqua, lingua ſicca, dolor capitis minor, ſitis; lac ebutyratum ſumſit. Dedi ſimilia.

21. Nox inquieta, febris videtur maior, heri veſperi aluum depoſuit tenuem ſatis, copioſam, ſitis, lingua adhuc ſicca, dolor capitis minor. Dedi decoct. rad. gram. bardan. tamarind. etc.

Veſperi febris maior, hinc inde leue delirium, vrina minus colorata, ſitis, appetitus nullus; dedi balnea, epiſpaſtica, et ſimile medicamentum.

22. Dormiuit modice, cum anxietate euigilat, et oppreſſionem circa praecordia habet, febris nunc minor, lingua ſicca, mens conſtat, ſitis modica, dolet caput. Dedi decoct. rad. gram. bard. ſcorzoner. tamarind. ſal. polychreſt. cum ſyr. cichor. cum rheo. Heri depoſuit aluum foetidiſſimam ſemel.

Veſperi vomuit ſaepius pituitam, 4 aluum depoſuit, viridem, tenuem, foetidam valde, febris minor, lingua humida. Dedi emulſum diacodiatum.

Aug. 23. Dormiuit ſatis bene, pituitam vomuit, bis aluum depoſuit, febris minor, ſitis ſatis magna fuit, hodie mane dolor capitis minor, lingua vt ante. Dedi mixt. ex rob ribeſ. ſamb. ſal. polychr. ſp. nitr. dulc. aq. meliſſae.

Veſperi: tota die turbatus alloquiis peius ſe habuit, caput dolet. Dedi epiſpaſtica, et gtt. xx. laud. liquidi.

24. Pulſus non febrilis multum, nox inquieta omnino, aluum depoſuit nigram, olidiſſimam. Dedi rob ribeſ., diamor. diacod. aq. meliſſ. cort. citri, ſpir. nitr. dulc.

25. Heri leue delirium, febris non magna, lingua ſicca, nox modica, dormiuit, ſitis non magna, faſtidit medicamenta. Dedi pulp. tamarind. rob ribeſ. ſamb., ſal. polychr. veſperi pulſus erat vndoſus, vrina tenuis cum nubecula.

26. Heri iterum cum amicis locutus, delirauit tota nocte, vrina fulua, tenuis, aliquis ſubſultus tendinum, iuſſi balnea pedum, epiſpaſtica, tenebras, et dedi emulſum diacodiatum. Non aſſumſerat emulſum, dormiverat parum, dedi eadem.

27. Nox modica, quieta, cum terrore euigilat, pulſus et reſpiratio bona, vrina fulua cum nubecula, emulſum faſtidit. Dedi ſal. polychr. diamor. etc. bis alvum depoſuit, reſpiratio et pulſus bona, parum dolet in capite, medicamenta faſtidit.

28. Leue delirium, rogatus tamen bene reſpondet, pulſus vt ante, vrina cum nubecula, iuſſi quietem, et dedi ſyr. flor. rhoead. cum diacod. nitro.

Aug.

Aug. 29. Dormiuit bene, pulſus non febrilis, mens conſtat, vrina coloratior ſana, lingua ſicca, appetitus melior. Dedi inſuſ. contraieruae.

30. Aluum depoſuit fuſcam, ſemiliquidam, non figuratam, pulſus bonus, parum celerior, vrina vt ante, dicunt illum ſebricitaſſe heri et hac nocte, in deglutiendo aliquid habet incommodi, mens conſtat, lingua ſicca, iactatio inquieta hac nocte. Dedi ſal. polychr. cum rob ribeſ. ſyr. rub. idaei, aq. meliſſae.

31. Doluit totum corpus et caput heri, modice dormiuit, appetitus paruus, vrina ſubſedit, apyrexia, reſpiratio bona, illud in deglutitione incommodum manet. Dedi ſucc. ſemperuiui, ſyr. fl. violar. aq. meliſſ. ſucc. citri.

Sept. 1. Satis bene ſe habet, ſed parum tuſſit. Dedi ſyr. diacod. ℥j. aq. meliſſ.

2. Vrina flammea, appetitus bonus iam eſt, ſomnus modicus, tuſſis, et raucedo pectoris. Dedi ſyr. alth. laud. pur. aq. flor. tiliae.

3. Heri poſt meridiem ſe non bene habuit, anxius, tenſionem ſenſit circa praecordia, vrina rubra adhuc, dormiuit modice. Dedi decoct. aper. cum ſale polychr. ſyr. cichor.

4. Aluum bis depoſuit, ſentit quaſi aſperitatem in pectore. Dedi ol. amygd. dulc. cum vitello oui, et aq. meliſſae.

5. Omnia eadem. Dedi ſimilia.

6. Vrina fulua, febris nulla, tuſſit cum ſputis quibuſdam, appetitus adhuc languet. Dedi tinct. myrrh. cum ſyr. menth. et aq. cort. citri.

Sept. 7. Anxietas circa praecordia, color oculorum flauefcens, vrina adhuc rubra, febris nulla, naufeat, non appetit. Dedi decoct. 5 rad. cum fale polychr.

8. Vrina profunde rubra cum nubecula, lingua vt heri, vomuit pituitam cum leuamine, femel aluum depofuit, dormiuit modice. Dedi oxymel. fcillit. cum fale polychr. fyr. cichor. cum rheo, aq. rutae.

9. Omnia fere eadem, naufeauit. Dedi fimilia.

10. Nox melior, oculi flauefcunt, vrina adhuc colorata, capitis dolores lancinantes, mox euanidi. Dedi gr. xv. pilul. cochiae, cum 5 gran. fal. polychr. cras fumenda.

11. Hodie mane febricitat, nox incommoda, magnam copiam pituitae fcreando eduxit, vrina heri craffa fuit, hodie non vidi, a pilulis nondum aluum depofuit. Dedi mixt. ex fale polychreft. dr ij. fyr. fumar. aq. fumar.

12. Pectoris offea compages anterior tota dolet, 6 aluum depofuit nigram, 4 vltimis vicibus, febricula, vrina craffa, fedimentofa, oculi adhuc flauefcunt. Dedi decoct. 5 rad. tarax. cum fale polychr.

14. Aluum bis fingulo die depofuit, facies minus crocea, pectoris compages tamen adhuc dolet. Dedi idem medicamentum.

16. Vrina minus colorata, ter aluum nigram depofuit heri; oculi adhuc flauefcunt, pulfus vix febrilis, tamen circa praecordia tenfio haeret. Dedi dec. 5 rad. cum fale polychr. fuperbibendum pilul. ex fapon. veneto, rheo, galban. terebinth.

Sept.

Sept. 19. Heri vomuit pituitam tenacem, hac nocte doluit abdomen, vrina magis colorata, subsidebit credo, oculi flauescunt, appetitus nullus. Dedi gr. xx. pil. cochiae.

20. Vrina rubra admodum, facies melior, oculi parum flauescunt, ter aluum deposuit viridem, sed duram, lingua humida, tamen dolor abdominis, et circa praecordia anxietas, pulsus vix febrilis. Dedi oxym. scillit. syr. rhei, sal. polychr.

21. Pituitam spumosam vomuit, vrina subsedit lateritia, non appetit, dolor abdominis, hac nocte semel aluum parca copia deposuit, oculi flauescunt. Dedi gr. xx. pil. cochiae.

22. Vrina subsedit sedimento, dum mouebatur, lateritio, inaequali, quater aluum deposuit, et semel pituitae quasi concretae frustum, cum magno dolore, ex lumbis quasi descendens; cum leuamine, febris nulla, oculi parum flauescunt, in abdomine minor dolor, tamen aliquis. Dedi gr. x. pil. coch. et Ruffi, cras sumenda

24. Copiosam euacuationem habuit cum leuamine. Dedi easdem post biduum vsurpandas.

28. Inde purgatus bene, melius se habet, oculi minus flauescunt. Dedi elix. pp. cum sp. antiscorb. et reliqui.

Oct. 22. Dixit se febricitasse saepius, diffluit sudoribus nocturnis, appetitus deficit, sitit, singultus molestissimus. Dedi heri vesp. diacod. cum insomnes duceret noctes, et hodie infus. saluiae cum vino fortissi-

mum, et empl. ex theriac. et camph. scrobiculo cordis applicui, vrina turbida, non subsidens.

Sept. 23. Vrina coloratior sana, singultus minor, febricula, non sudauit hac nocte, facies pallida, collapsa, appetitus modicus. Dedi simile infus. cum contraierua, vesperi singultus rediit. Dedi emuls. cardiacum diacodiatum.

24. Vox rauca, singultus circa horam 3 nocturnam incepit magnus. Credo ab inanitione esse; iussi dari iura carnium, et ol. amygdal. cum vitello oui, syr. diacod. etc. dedi.

25. Heri hora 10 riguit, dixit, se febricitasse hac nocte, dormiuit modice, sudauit plus, singultus auctus, pulsus hodie mane non febrilis, vrina crassum, copiosum, album diuulsum, flocculentum sedimentum habuit, in imis faucibus alba quaedam sunt stigmata, sed non aphthosa. Dedi infus. forte sa'u.

Vesperi febris aucta, sed forte a singultu, qui auctissimus est. Dedi ol. amygdal. dulc. et mixt. omni ⅛ horae sumendam, vbi 3 erant op. grana vnc. ß diacod.

26. Vrina diuulsa, nunc vltimo emissa limpida est, ol. amygd. rancidum fuit, febris fere nulla, nox inquieta, singultus parum minutus. Dedi emuls. mollissimum diacod. vesperi dixit, tota die se singultiuisse, inprimis in accessu febris, nam febricitabat.

27. Nox inquieta, cum singultu valido, vrina sanae similis. Dedi decoct. cort. Per. cum vino, et cort. citri.

Singul-

Singultus durat adhuc, febricitare incepit hora quinta, vrinam dicunt fuiſſe turbidam. Dedi ol. amygd. cum vitell. oui, ſyr. diacod. aq. fl. rhoead.

Oct. 28. Nox inquieta fuit, vrina craſſum ſedimentum habet. Dedi reſiduum cort. Peruu.

29. Vrina craſſam nubem habet, dixit ſe febricitaſſe, ſingultus hac nocte parum exacerbatus. Dedi idem decoct. cort. Peruu. vt ante.

Veſperi: ſingultus auctus, non fert iam medicamentum. Dedi mucilag. ſem. cydon. cum ſyr. diacod.

30. Nox placida fuit, minor ſingultus. Dedi reſid. decoct. cort. Peruu. quod non aſſumſit, ſed cum magnum leuamen habuerat a mucilag. ſem. cydon. idem petebat.

31. Nox placida. Dedi reſid. decoct. cort. Peruu. 1 et 2 fere ſimiliter, niſi quod iam non ſingultiat, ſed tuſſiat, et ſentiat circa cardiam pondus.

Nou. 3. Bene manducauit, ſola tuſſis moleſta eſt, dormit bene. Dedi ol. amygd. cum vitell. oui, ſyr. alth.

6. Sola tuſſis vexauit, ſed iam incipiunt pedes tumere. Dedi rad. zingib. condit. cum theriac. diatheſſaron.

9. Dolet circa hypochondrium ſiniſtrum, vrina ſana, empl. applicui loco, pedes tument. Dedi idem conditum.

14. Vrinam copioſiſſimam aquoſam demittit, pedes detumeſcunt, in latere ſiniſtro, et circa praecordia dolor et tenſio. Dedi ſal. polychr. tart. vitriol. aq. meliſſ. ſyr. 5 rad.

Nou.

Nou. 16. Sudauit de nocte fortiſſime, vrina ſana, pedes detumeſcunt, appetitus augetur. Dedi infuſ. forte ſaluiae, dolet ab humero ſiniſtro ad hypochondrium ſiniſtrum vſque, color faciei bonus.

24. Quartana laborat legitima, pedes detumuerunt. Dedi antiſcorbutica cum tinct. myrrhae.

Dec. 24. Sic perrexi in vſu amarorum et aromatum.

## *Febris cum dolore capitis acutiſſimo.*

Aug. 19. Annorum 26 ſanguineae temperiei die 17 ſine cauſa manifeſta praegreſſa, ſine laſſitudine ſpontanea ſubito febricitauit, heri parum minus, ſed intolerabilem habuit capitis dolorem, nunc rubet, calet, dolor capitis maximus, anxietas magna, pulſus modice febrilis, V. S. oxycratum fronti, et mixt. cum rob ribeſ. ſamb. nitr. etc. dedi.

20. Pulſus debilis, parum febrilis, vrina decolor cum nubecula, ſanguis parum phlogiſticus, ſero copioſo dilutus, aluum ſemel depoſuit nigram, tenuem, ſatis copioſam, non potuit dormire de nocte iam per aliquot ſeptimanas, dolor capitis idem fere. Dedi decoct. gram. bardan. tamarind. ſal. polychr. oxycratum fronti, balnea pedum, epiſpaſtica.

21. Heri fortiter febricitauit, ſurſum et deorſum euacuauit bilem amaram, menſes fluunt, caput dolet adhuc fortiter, pulſus vix multum febrilis. Dedi reſid. prioris decoct. et veſperi diacod. dein balnea pedum etc. vt ante.

Aug.

Aug. 22. Dicit, ſe heri veſperi febricitaſſe, dormiuit ſatis bene, aluum non depoſuit, lingua alba, ſicca, hodie mane pulſus debilis, minime febrilis, vrina ſanae ſimilis, ſitis magna fuit hac nocte, appetitus nullus, dolor capitis fere vt ante. Dedi rob ribeſ. ſamb. ſal. polychr. ſp. nitr. dulc. aq. meliſſae, cort. citri, etc.

23. Omnia vt heri; dedi ſimilia.

24. Dicit, ſe minus febricitaſſe, heri commode ſe habuit, ſitis ingens, aluum ter depoſuit, lingua alba, pulſus debilis, vix febrilis, dolor capitis, balnea pedum. Dedi pulpam tamarind. rob ribeſ. ſamb.

25. Vrina ſanae fere ſimilis, parum magis opaca, pulſus debilis, non febrilis multum, bis aluum depoſuit tenuem; in ore horrendum ſentit foetorem. Dedi reſid. prioris medicamenti, et veſperi leue diacodiatum. Dolor capitis heri magnus fuit.

26. Heri veſperi dixit, ſe febricitaſſe, nox inſomnis, pulſus debilis, melius ſe in reliquis habebat, nihil volebat aſſumere.

27. Tota die heri ſe male habuit, dolor capitis hac nocte intolerabilis, pulſus paruus, vix febrilis, vrina parum coloratior ſana, cum nubecula, a minimo motu dolor capitis augetur, aq. ſolani cum aceto ſamb. et croco capiti applicui, et dedi mixt. ex ſale polychr et ſyr. cichor. cum rheo.

28. Dixit, ſe heri veſperi febricitaſſe, dolor capitis vt ante, non aſſumſerat medicamentum. Dedi eadem.

29. Dolor capitis immanis, ſecundum totam ſuturam coronalem, videt flammas ante oculos, metui ſup-

puratio-

purationem internam capitis, aluus ſtricta. Dedi errhina forma halitus et gr. xv. pil. coch.

Aug. 30. Fortiter inde purgata, eodem modo ſe habet in capite, iuſſi pergere per biduum in errhinis vſurpandis.

Sept. 1. Febris minor, ſemel tantum errhina ſumſerat, inde aucto dolore abſtitit; iuſſi pergere.

3. Bene ſe habet, dolor capitis minor, non euanidus tamen. Dedi eadem.

7. Melius ſe habet, et ſentit, dum caput huic vapori exponit, ac ſi omnia verſus naſum ruerent, iuſſi eadem.

10. Paucae ſtillae de naribus fluxerunt, et de vtraque aure quid fluxit ichoroſi, ſummo cum leuamine; iuſſi eadem.

Poſt triduum iterum aliquid de naribus fluxit et auribus. Sanata eſt.

## *Tertiana duplicata.*

Aug. 20. Annorum 52 ſcorbutica, laxa, laſſitudines ſpontaneas dudum habuerat, die 16 incepit febricitare, dein 18 et nunc hodie, os amareſcens, vomiturit, aluus ſtricta, lumbi, et ceruix, et caput dolent, febris ſatis valida hodie mane hora 11. Dedi dec. gramin. cum rob ribeſ. nitro.

21. Vrina flammea, nox pacata fuit, facies cerea, apyrexia, heri febris fuit valida. Dedi ſcammon. rheum, ſtib. diaphor.

Aug.

Aug. 22. Vrina crassa, turbida, 5 aluum deposuit heri, hora 5 vesperi febris heri prehendit, nox incommoda, anxietas magna, nausea, vomitus, lingua obsita, hodie mane hora 11 febris adhuc durat. Dedi syr. rub. idaei succ. citri, aq. hord. cort. citri, vinum rhenanum.

23. Heri ad horam 7 vsque febricitauit, nunc caput minus dolet, et lumbi, quam heri, apyrexia, nox modica, vomituriuit heri, lingua obsita, hodie mane aluum tenuem semel deposuit, vrina parum fusca, sitis minor, magnum solamen a potu seri lactis ebutyrati. Dedi pulu. 6 omni ½ hora ante paroxysmum sumendas ex contraierua, serp. laud. gr. j. lap. 69 etc.

24. Heri hora 10 febricula leuior, hora octaua vespertina grauior paroxysmus prehendit, de nocte anxietas, nec dormiuit multum, pulsus hodie mane modice febrilis, lingua sicca, nausea, anxietas, vrina fulua, respiratio bona, dolor capitis maior. Dedi decoct. gramin. bard. cum rob ribes. syr. rub. idaei, vini rhenani.

25. Heri moleste se habuit, nauseans continuo, vrina magis flammea, aluum parca copia deposuit saepius, apyrexia nunc, nox modica, lingua obsita. Dedi pulp. tamarind. rob ribes. samb. sal. polychr.

26. Heri dicit se fortius febricitasse, tamen hac nocte se melius habet, nec tantum febricitat, sapor amarus heri in ore, nunc dulcis, hodie mane hora 7 inueni apyrexiam, nox modica, vrina subsedit crassa, lateritia, anxietas circa praecordia, minor parum, sed plenitudinem quasi sentit. Dedi decoct. 5 rad. cum sale polychr. et syr. cich. c. rheo.

Aug.

Aug. 27. Vrina turbida, craſſa, febris nulla, heri ſaepe aluum depoſuit cum leuamine, appetitus heri melior, bene dormiuit. Dedi gratum cardiacum.

28. Vrina vt heri, dormiuit modice, appetitus parum melior. Dedi eadem.

29. Vrina parum coloratior ſana, heri dixit ſe febricitaſſe, plus aluus ſtricta, aliqua anxietas. Dedi gr. xv. pil. cochiae: inſomnia habuit.

30. Heri aluum depoſuit bis cum leuamine magno; hora quinta poſt meridiem quaſi aliquam febriculam ſenſit, nox inquieta, vrina parum magis fulua, quam ſana, caput graue, lingua apparet nitida, tamen os faſtidioſum ſaporem habet. Dedi rob ribeſ. ſal. polychr. aq. meliſſ.

31. Vrina craſſa, caput dolet; heri dicit ſe febricitaſſe, aluus ſtricta. Dedi decoct. 5 rad. cum ſale polychr. ſyr. cich cum rheo.

Sept. 1. Doluit ceruix, dolore ex ceruice ſupra caput ad radicem naſi deſcendente, vrina flammea, febricitauit heri modice, dormiuit cum inſomniis, dolor lumborum. Dedi gr. xv. pil. coch.

2. Heri bis aluum depoſuit cum leuamine, poſtea teneſmum et tormina habuit, pulſus bonus, dormiuit modice, dolor capitis vt ante, vrina flammea. Dedi ſal. polychr. tart. vitriol. ſyr. fumar. etc.

Aluum ſemel depoſuit, heri veſperi hora 7 febricitauit, dolor capitis, et circa cardiam, nunc apyrexia, vrina coloratior ſana. Dedi gratum cardiacum.

Sept.

Sept. 4. Heri adhuc parum febricitauit, fed mitius, caput doluit, vrina fulua. Dedi gr. xv. contraieru. cum ℥ß diacodii forma hauftus.

5. Vrina fanae fimilis, aluum non depofuit, nox incommoda, anxia fuit. Dedi fal. polychr. fyr. cichor. cum rheo, aq. fumar. etc.

6. Vrina coloratior fana, fulua, febris iam hoc mane nulla, heri hora tertia febricitauit, femel cum levamine aluum depofuit. Dedi fal. polychreft. fyr. fumar. aq. rutae.

7. Heri vefperi hora 8 febricitauit, antea bene fe habuerat, nunc apyrexia. Dedi infuf. contraieru. ferp. virgin. etc.

8. Vrina fubfedit, nunc febris nulla, dolet caput, languet, dormiuit modice. Dedi fimilia.

9. Dixit, fe heri mitius febricitaffe. Dedi eadem.

11. Vrina modice colorata, dormiuit modice, alvus ftricta iam a die 6 Septbr. hodie apyrexia, heri leuis febricula fuit. Dedi gr. xv. pil. Ruffi, his affumtis dixerunt peffime angi. Dedi mel cum aq. hord. aceto. Vomuit, et bis, vel ter aluum depofuit. Dedi adhuc gr. xv. pil. Ruffi, fuperbibendo refid. mixt. ex melle.

14. Aluum depofuit bis, vrina fatis colorata, febricitauit tamen die 12. Dedi crocum cum fyr. 5 radicum.

16. Heri bene fe habuit, fed die 14 iam hora 3 pomeridiana febris prehendit, 5 horis anticipans, fortior ac ante, vrina modice colorata. Dedi fimilem hauftum.

Sept. 17. Febricitauit fortiter adhuc heri cum incipiente quasi delirio, nunc modice se habet. Dedi decoct. cort. Peruu.

19. Vrina sanae similis, non febricitauit, sed anxia est, non deposuit aluum intra 6 dies, circa praecordia habet sensum ponderis. Dedi sapon. venet. cum pil. Ruffi.

22. Cum magno leuamine saepius aluum deposuit, oculi minus flauescunt. Dedi easdem pilulas.

26. Melius se habet, color bonus, purgata modice. Dedi elix. pp. cum tinct. helen. Conualuit.

### *Pleuritis.*

Aug. $\frac{20}{1}$. Annorum 34 labore victum quaerens, in magno aeris calore praelo premebat pannos, hodie mane dolorem validum in dextro dorsi latere prope scapulam habuit, respirationem impedientem, heri bene se habuit, pulsus celer, paruus, vrina fulua, tenuis, nunquam aegrotauit ante. V. S. ad ℥x. mixt. ex nitri ℥ß. rob samb. etc. dedi, fomentum lateri applicui, ex aq lacte, et sapone.

$\frac{21}{2}$. Sanguis non erat phlogisticus, serum flauum, a V. S. doloris remissio, postea circa vesperam dolor recruduit, febris cum pulsu celeri, non ita pleno, lingua siccior, parum nigrescens, vrina fulua habet aliquid subturbidi, dormiuit placide, dederam heri vesperi sex drachmas diacod. aluum non deposuit, sputa quaedam, respiratio non nimis impedita. Dedi nitr. cum syr. fl. rhoead. alth. aq. samb.

Aug.

Aug. $\frac{22}{3}$. Febris minor, dormiuit bene, dolor iam verſus anteriora pectoris dextri haeret, lingua humida, parum adhuc nigreſcit, ſputa educit multa, quae non vidi, cum leuamine, ſitis ſatis magna. Dedi decoct. alth. malu. verbaſc. rad. gram. ſyr. alth. nitr. fomentum ſimile.

$\frac{23}{4}$. Heri mane circa decimam dolor acerbior fuit, parum magis verſus ileum vergens, febris cum pulſu non admodum elato, lingua nigreſcens, ſputa tenacia, reſpiratio ſatis quieta, dum quietus iacet, in profunda inſpiratione et tuſſi dolet, ter depoſuit aluum tenuem, et nigram. Dedi decoct. aperiens ex gramin. bardan. nitro, rob ſamb.

$\frac{24}{5}$. Heri veſperi peſſime ſe habuit, ſic, vt moriturum iamiam crederent, aluum poſtea ſemel depoſuit, facies guttis ſudoris tecta, pulſus paruus, celer, lingua nigra, vrina cruda, fulua, ſine ſedimento. Dedi emulſ. nitroſum.

Veſperi: pulſus vt hodie mane, ſtrepitus in pectore, dolor idem, leue delirium. Dedi epiſpaſtica, balſ. Peruu. cum melle, vitell. oui, ol. amygd. dulc. ſuperbibendo decoct. ex ficubus 5 rad. aper. nitr. ſyr. alth.

$\frac{25}{6}$. Omnia eadem, extrema tamen calent, iuſſi acriter pergere in iiſdem, veſperi parum melius ſe videbatur habere. Dedi eadem, pulſus parum erat plenior, reſpiratio melior.

$\frac{26}{7}$. Nox incommoda, ſtertor maior, pulſus celer et minor, extrema non ita calida vt heri, reſpiratio magis impedita, vrina vt ante, ſputa craſſa, tenacia, viridis

porracei coloris, lingua vt ante. Dedi tinct. contraieru. vnc. ß. nitri antimoniati dr. i ß. syr. 5 rad. ℥ ij ß. aq. rut. ℔ ß. superbibendo magnum decoctum ex rad. bard. gram. foenic. glycyrrh. bis aluum deposuit.

Aluum ter deposuit, pulsus paruus, celer, extrema frigent, sputa vt ante, respiratio breuis, stertorosa. Dedi puluerem carthus. gr. ij. cum sacharo trita binis vicibus sumenda; 9 vespertina et 4 matutina.

Aug. $\frac{27}{8}$. Aluum deposuit, pulsus melior, extrema calent, sputa commodius prodeunt, et incipiunt magis flaua fieri, lingua humidior. Dedi decoct. pectorale, et duas adhuc doses.

Vesperi se melius habebat, sexies aluum deposuerat, pulsus et respiratio meliora, sputa meliora. Dedi vnam dos. pulu. carthus.

$\frac{28}{9}$. 5 aluum deposuit, dormiuit bene, respiratio melior sine vllo fere strepitu, sudauit toto corpore, vrina per $\frac{1}{2}$ horam steterat crassa, subsidens, sputa similia, melius se habet in omnibus, dolor lateris fere euanuit. Dedi idem decoct.

$\frac{29}{10}$. Vrina hesterna subsederat, superius turbida manens, hodie emissa statim crassa fit, saepius aluum deposuit, respiratio et pulsus meliora, lingua adhuc sicca, et dolens, non dormiuit multum, sputa vt ante. Dedi syr. rhoead. alth. diacod. aq. rhoeados, nitrum.

$\frac{30}{11}$. Dormiuit bene, vrina crassa, aliquem dolorem in latere sentit adhuc, pulsus bonus, lingua ad latera dolet, forte parum excoriata. Dedi resid. prioris medicam. omnia alimenta salsa ipsi apparent.

Aug.

Aug. $\frac{31}{12}$. Vrina ſana, lingua non dolet, appetitus bonus, febris nulla, dormiuit bene, in latere adhuc aliquid ſupereſt, non impediens tamen reſpirationem. Dedi infuſ. agrimon. beton. etc. cum melle.

Sept. $\frac{2}{14}$. Omnia videbantur ſatis bona, in latere dum tuſſit, dolor eſt. Dedi infuſ. ſem. calid. cum glycyrrhiza. Conualuit.

## *Synouia.*

Aug. 31. In parte interna pollicis dextri prope articulum ſecundum ſine cauſa manifeſta (niſi quod caſeum viridem raſpans per bihorium valida vi intra pollicem et indicem preſſerat) vidit veſiculam ſine dolore, quam non curans per 5 vel 6 dies reliquit, aperitur, et ingentem copiam ichoris profundit ſine dolore, ichor effluens exſiccabatur in plaſticam maſſam, tunc me acceſſit: incepi timere, ne articulus rigeſceret, vidi cuticulam ad apicem vſque craſſeſcentem ſecedere, applicueram ſpir. matricalem cum aq. rut. vix dolebat, immanis erat fluxus: oleo calido terebinthinae tentaui compeſcere, ſed fruſtra, tota cuticula ſecedebat, et in omni ſuperficie immanis copia tenuis liquidi exiuit, quod indicis internam partem tangens, in puſtulas eleuauit; dolor erat modicus, feruens fere, iuſſi applicari alcohol, parum ſiſtebatur, incepit pollex plus tumere, ſic et index, manus interna ad carpum vſque tumere, puſtulis plurimis turgere, quae diſſectae ſimile plorabant liquidum; ingens veſica attollebatur, circa apophyſin oſſis metacarpi ſuſtinentis minimum digitum, diſſecta dedit magnam co-

piam ſimilis liquidi, propagabantur hae veſiculae per totum dorſum manus cum dolore acri, vrente quaſi, inprimis antequam hae veſiculae ichorem plorarent; motus digitorum bonus manſit, iuſſi applicari molliſſimum cataplaſma.

Sept. 1. Dolor minor, heri veſperi immanis adhuc copia ichoris effluxit, omnia penetrans, vel denſiſſima tegumenta, cuticula volae, et dorſi manus arida, alba, ſecedit vbique, iuſſi continuare in iiſdem.

2. Dolor auctus, rubor et tumor prope cubitum, vbi erector communis digitorum eſt, pollex ſe bene habet, digiti moueri poſſunt, ſed cum dolore, ingens effluxus ichoris. Eadem iuſſi applicari, et dedi leue diacodiatum.

3. Minus parum fluxit ichoris, manus interna prope minimum digitum dolet acriter. Dedi eadem.

5. Minus fluxit, minor dolor omnino, dedi et applicui eadem.

7. Omnia melius ſe habent. Dedi eadem.

10. Heri ſe male habuit, tota die tremuit, turbata vtcunque cogitatione, dixit, ſe fortiter febricitaſſe, et caluiſſe, manus plus intumuit, totum corpus dolebat conquaſſatum, hodie mane apyrexia, debilitas, lingua ſicca, vrina magis colorata, nauſeauit, latus dextrum doluit, ſemel parua copia aluum duram depoſuit. Dedi rob ribeſ. ſyr. viol. aq. meliſſ. cort. citri, etc.

11. Dolent plus digiti tres, et inprimis minimo proximus, plus ichoris effluit, dolor, rubor, tumor circa

ca originem extenſoris digitorum. Cataplaſma molliſſimum iuſſi.

12. Dolor immanis fuit in digito minimo proximo, ad cubitum vſque, ſecundum ductum extenſoris communis tendens, cum rubore illius loci, et puſtulis, veſperi tumor in ſuperiori parte illius digiti prope vnguem ortus eſt, quo diſſecto immanis copia ichoris effluxit, et illico dolor quaſi efflaretur (ſic ſe exprimebat) ex ſuperiori parte muſculi verſus apicem abiuit, dormiuit optime. Dedi mixt. ex lap. 69, etc.

13. Non dormiuit ob moleſtiam totius corporis, nulla febris. Dedi cardiacum medicamentum, appetitus nullus, manus minus dolet.

14. Manus ſe habet vt heri, debilis languet. Dedi vinum rhenanum.

15. Melius ſe habet.

16. Vrina ſubſedit albo, aequali ſedimento, heri hora quinta incepit dolere dorſum manus, febricitare, nunc tumet dorſum manus, et inprimis digitus medius, facies rubet, et tenſa eſt, ſitis, aluus reſpondet, parum vrinae dimittit. Dedi rob ribeſ. ſamb. nitrum, aq. ſamb. ſudauit.

17. Heri fortiter febricitauit cum delirio leui, dorſum manus parum detumuit, ſed nunc magis dolet verſus principium muſculi erectoris, apyrexia nunc, vrina vt heri. Dedi idem medicamentum.

18. Melius ſe habet in omnibus, appetitus deficit. Dedi mixt. ex tinct. myrrhae.

Sept. 19. Heri post discessum febricitauit illico fortiter cum lingua sicca, sitis maxima, manus intumuit iterum, debilitas magna, vrina subsedit crassa. Dedi rob ribes. syr. citri, aq. meliss. et decoct. panis.

20. Nox modica, vrina parum colorata, sitis ingens, brachium tumet, ad cubitum vsque pollex intumuit, pedes friguerunt. Dedi decoct. bard. gram. cum rob ribes.

21. Heri minus febricitauit, quam die 18, vrina sana, lingua sicca, dormiuit bene, appetitus nullus, manus tumet, sed minus dolet. Dedi similia.

22. Vrina parum colorata, febris nulla fere, dorsum manus intumuit, brachium detumuit. Dedi decoct. simile.

23. Melius se habet, sed appetitus deficit. Dedi nihil.

24. Melius se habet, incipit appetere.

25. Heri deposuit aluum, manducauit lactucam cum betae radicibus, febricitauit, sed parum: debilitas in manu, tremuit index a minimo motu, vrina crassa. Dedi puluerес febrifugos ex contraieru. serp. virg. etc.

27. Heri febricitauit adhuc, manus parum tumuit, tamen in reliquis se melius habuit. Dedi infus. contraieru. cum sale polychr.

28. Adhuc parum febricitauit. Dedi similia; manus melius se habet.

Oct. 10. Ab applicato vng. alth. incepit manus tumere, dolere valide, remotum fuit vnguentum; applicatum cataplasma. Dedi nitrum, rob samb. aq. fl. samb.

Sept.

Sept. 12. Melius ſe habet manus, conualuit omnino, vngues ſeceſſerunt a digitis, et omnes motus manus expeditos habet.

Dec. 1. Laeſerat pollicis dorſum in manu ſiniſtra circa primum articulum leui vulnuſculo ſuperficiali, illo fere ſanato incepit ſimilis fluxus oriri; ſtatim iuſſi applicari molliſſimum cataplaſma, et poſt aliquot dies conualuit omnino; ſimile quid poſtea in digito indice paſſa eſt, breui eodem modo ſanata.

## *Febris inflammatoria continua fere in peripneumoniam degenerans.*

Sept. 10. Annorum 63 leui hemiplegia ante biennium laborauerat, incepit die 8 fortiter febricitare, heri mitius, ſed magnos in abdomine borborygmos habuit; hodie mane vrina rubra, flammea, nunc bene ſe habet, dormiuit bene, aluum ter depoſuit. Dedi decoct. rad. gramin. bard. ſcorzoner. tamar. ſal. polychr. ſyr. fl. viol.

11. Nox inquieta, heri 5 aluum depoſuit et hac nocte ſaepius, facies rubra, tenſa, ſitis magna, lingua alba, ſicca, pulſus durus, vrina decolor, diuulſi quid habet, vt in vrina corrupta, ſed ſine foetore magno. Dedi rob ribeſ. ſamb. ſyr. citri, aq. meliſſ. cort. citri, cinnamomi, ſal. polychr. balnea pedum.

Melius ſe habet, tamen aluum aliquoties depoſuit. Dedi eadem.

12. Dormiuit modice 7 vel 8 tamen aluum depoſuit, pulſus durus, non febrilis, hodie mane vrina minus colorata, aliquid habet ſubturbidi, flocculenti, lingua

adhuc ſicca, ſordida, minus tamen faſtidioſum ſaporem habet in ore, dolet nullibi. Dedi rob ribeſ. ſamb. ſp. nitr. dulc. ſal. polychr. aq. meliſſ. cort. citri.

Veſperi pulſus erat fortis, durus, plenus, vrina vt hodie mane, aluum ter depoſuit, vt ante, lingua parum humidior, borborygmi minores, ſtrepitus in pectore, et ſputa, facies rubra, non dormiuit. Dedi emulſum cum nitro, et leui diacodii quantitate.

Sept. 13. Venam ſecui ob magnam preſſionem, et pulſum durum, lingua ſicca, ſtrepitus in pectore, dormiuit modice. Dedi decoct. gramin. bard. ſcorz. ſyr. citri, rob ſamb. vrina decolor.

Sanguis habet cruſtam phlogiſticam craſſiſſimam, pulſus minus durus, ter aluum foetidam depoſuit, lingua ſicca, fuſca, aliquis in pectore ſtertor. Dedi ſimilia.

14. Erectus ſedet continuo, vrina decolor, pectus magis oppreſſum, pulſus vacillat, non ita aequalis, ſputa tenacia admodum fuerunt, lingua ſicca, hebetior eſt, 4 aluum depoſuit, mens conſtat. Dedi nitrum cum ſyr. alth. ʒ rad. ſuperbibendo decoctum magnum ex rad. bard. gram. ſcorzoner. etc.

Veſperi peius ſe habebat, pulſus incipit aequalis eſſe, hinc inde delirat, pulmo oppletur magis. Dedi 3 grana pulu. carthuſ. omni trihor. j gr.

15. Nox quieta, ſed vrinam clam dimiſit, pulſus inde melior, delirium, facies plumbea, ſtertor maior, mortem praedixi, quae circa 12 ſequuta eſt, meridie.

Apo-

## *Apoplexia.*

Sept. 19. Annorum 20 iuuenis magno anni calore multum tenuis potus ingurgitauerat, inde incepit tumere pedibus, pallere, victu ſicco, motu, roborantibus, et dein chalybe cum myrrha malum hoc fere ſuperauerat, heri veſperi bene ſe habebat, niſi quod circa malleolum dextri pedis tumor eryſipelatoſus oriretur, applicuit farinam hordei, et cubitum iuit. De nocte hora ſecunda euigilans, de ſummo dolore capitis queritur, mox conuellitur, poſtea ad ſe redeuns mentis compos, coecus erat, mox conuellebatur iterum V. S. forte purgans antiphlogiſt. applicui, pulſus erat elatus, durus, ſem. ſinapi etc. pedibus adhibui, ſanguis parum erat phlogiſticus: periit apoplecticus hora decima.

## *Anxietas poſt paſtum cum tumore abdominis ſenſim increſcente.*

Sept. 22. Ante binos circiter menſes mulier 58 annorum modicae ſtaturae, quae hactenus ſana vixerat, incepit conqueri, quod poſt cibum aſſumtum angeretur, et in abdomine magnam ſentiret preſſionem, nulla cauſa manifeſta praegreſſa fuerat, appetitus erat optimus, ſed vix audebat comedere, vel bibere, aluus reſpondebat, ſomnus bonus, alacriter corpus mouebat, labia rubra ſunt, (ſpiritus fermentati abuſui dedita erat.) Dedi per binas ſeptimanas pilulas ex ſapone veneto, rhei pauxillo, galbano, ſuperbibendo decoct. 5 rad. aper. tarax. etc. ſine vllo leuamine, ſed verſus inferiora abdominis

incepit

incepit tumere parum, parcius vrinam dimittebat. Dedi oxym. ſcillit. larga ſatis copia c. ſale polychr. victum ſuaſi ſiccum, antea enim ſolebat largam ſatis copiam vulgaris cereuiſiae quotidie ingerere, cum in farinae ſatis volatilis puluere verſata fauces ſiccas ſentiret ſaepius. Frictiones ſimul abdominis adhibui.

Cum haec non proficerent, tentaui cereuiſiam medicatam ex baccis lauri, iuniperi, ſale geniſtae etc. abdomen incepit plus tumere, tentaui purgans hydragogum bis ſed ſine multo leuamine, inceperunt et crura tumere. Dedi bina grana purgantis lunaris Boilei, ſed nequidem inde mouebatur. Dedi poſt biduum tria grana eiuſdem, bis aluum liquidam depoſuit cum paruo leuamine.

Tentaui infuſ. fol. recent. hellebori nigri vulgaris officin. infuſa, vrinam excreuit copioſiorem cum leuamine, et aluum depoſuit, binis diebus poſtea eadem rediit anxietas, addidi dr. iij. fol. recent. gratiolae, aluum depoſuit aliquoties, ſed ſine multo leuamine.

Interpoſueram his interdum vſum theriacae diateſſaron.

Conſuluit Cl. B. ol. roriſmar. gtt. x. pil. coch. dr. ß tart. vitriol. ſal. polychr. ana dr. j. tereb. gr. xv. fiant pil. gr. iv. omni ½ hora duas pilulas, donec moueretur aluus.

Sept. 23. His aſſumtis aliquoties quotidie aluum depoſuit, ſed ſine vllo leuamine anxietatis; Cl. B. dixit, ſe credere, eſſe flatulentiam ab obſtructis inteſtinis.

Sept.

Sept. 25. Cum eodem modo maneret; dedi dr. ij. helleb. nigr. radicum in infuſo, inde aliquoties aluum depoſuit ſine leuamine.

26. Omnia aſſumta euomuit, pulſus debilior. Nihil dedi.

27. Omnia eadem. Vires debilitantur.

30. Omnia eadem. Dedi ſapon. venet. aloen, ol. tereb. forma pilularum.

Oct. 5. Omnia eadem. Dedi mercur. ſolutum in aq. forti, multa aq. dilutum.

12. Euomuit ſtatim, nil vult aſſumere, vires ſenſim minuuntur.

15. Senſim deficiens periit: ante mortem nigra, olida, ſtercoracea quaſi dicunt vomuiſſe.

## *Vomitus ſanguineus.*

Sept. 22. Annorum 28 ſaepe dolore ſiniſtri lateris vexata, ſanguinem iam antea aliquoties vomuerat, die 19 ſine manifeſta cauſa incipit angi, frigus internum circa hypochondria ſentire, dolebat circa lienem, euomebat eructando quaſi ſanguinem nunc fluidum, nunc coagulatum. Dedi decoct. plantaginis, rad. conſolid cum pulueribus ex lap. haematid. ſang. dracon. etc. ſine multo leuamine: heri veſperi irritos conatus habebat vomendi, excernebat pauculum ſanguinolentae aquae, credidi ſanguinis grumum in ventriculo haerere. Dedi oxymel. cum ſal. gemmae pauxillo, et aq. meliſſae.

23. Inde magnum habuit leuamen, dedi idem; veſperi angebatur maxime, aluus ſtricta erat, ſentiebat quaſi

quaſi ſummam in ventriculo repletionem, iuſſi clyſma applicandum et dedi emulſum.

Sept. 24. Vrina aquoſa, tenuis fuerat, credo quid hyſterici ſubeſſe, ſummum leuamen a clyſmate, excretis rotundis globulis, copioſiſſimis, ſtercoreis, bene dormiuit, pulſus bonus. Dedi ſimilia.

25. Dolorem habuit, a ceruice ad lumbos vſque pertingentem, dormiuit modice, caput leue eſt, aluus non reſpondet, dolet ſiniſtrum latus, dum tuſſit. Dedi pulpam caſſiae.

26. Heri 5 aluum depoſuit nigerrimam, anxia fuit, dolet a ceruice ad lumbos medios vſque, dein dolor verſus latus ſiniſtrum tendit, poſt meridiem hora quarta friguit a pedibus ad medium vſque corporis, hoc durauit vſque ad ſeptimam, vrina ſubſedit craſſa, febris nulla, appetitus melior, appetit acida. Dedi decoct. rad. acetoſae, graminis, bard. etc.

27. Dolor a ceruice ad lumbos, frigus inferiorum etc. vt heri, ſurſum et deorſum hac nocte euacuata eſt, pulſus modice febrilis. Dedi gratum cardiacum emulſum.

28. Dolor ille durauit ad ſeptimam veſpertinam vſque, tunc melius ſe habebat, bene dormiuit. Dedi nihil.

29. Heri bene ſe habuit, anxietatem ſentit ſimilem, qualem ſenſit, antequam ſanguinem ſpueret, poſtea dolor lienis, flatus, incipit ſanguinem eructare, a digitis pedum ad lumbos vſque madet ſudore frigido. Dedi decoct. plantag. cum cinnamomo et ſyr. diacod.

Sept.

Sept. 30. Heri ſanguinem eructauit ſatis copioſum, dein melius ſe habuit, febris nulla, vrina ſubſedit ſedimento albo aequali, tenſionem ſentit circa hypochondria. Dedi ſyr. cichor. cum rheo, ſal. polychr. aq. meliſſ.

Oct. 1. Heri bene ſe habuit, aluus ſtricta. Dedi pil. coch. Ruffi, ſal. polychr. ana gr. x.

2. Ter aluum depoſuit cum leuamine, vrina ſana, pulſus et reſpiratio bona, vires adhuc modicae, ſiniſtrum dolet hypochondrium, leuamen ab adſtricto abdomine. Dedi decoct. 5 rad.

3. Melius ſe habet in omnibus. Dedi idem.

5. Dum erecta ſtat, dolet hypochondrium ſiniſtrum, quaſi aliquid ibi dilaceraretur, ſic et dum ſubito ſe mouet in lecto. Dedi ſperm. ceti cum vitello oui, etc.

7. Nauſeat a medicamento aſſumto, tamen inde leuamen habet, per ſputa paruos ſanguinis grumos educit, febris nulla, melius ſe habet in omnibus, latus minus dolet. Dedi pilulas ex ſperm. ceti, ſucco glycyrrh. balſ. Peruu.

Exſpuit tuſſiendo ſanguinem concretum, aluus ſtricta, dum manducat tumet ſtatim abdomen. Sumſit proprio conſilio mannae ℥j.

11. Vrina ſana, caput dolet ſaepiſſime, et inprimis dum decumbit, latus ſiniſtrum ſe bene habet, parum tantum dolens, plenitudinem ſentit in abdomine, tuſſiendo aliquid ſanguinis exſpuit, febris nulla, bene appetit, aluus reſpondet, ter aluum depoſuit, a manna aſſumta. Dedi pil. ex ſapon. veneto, galbano, balſ. Peruu.

Sept.

Sept. 12. Heri vefperi poft magnam perceptam in abdomine tenfionem, fanguinem ructauit fatis multum, fic et hodie mane circiter ℔ß. dicit, fe totum abdomen tenfum fentire, et inftar tabulae durum, pulfus bonus, vrina fana, tota hypochondria fentit inftar arcus tenfa. Dedi infuf. agrimon. rad. pentaph. biftort. tormentill.

13. Parum fanguinis fpuit, aliter melius fe habuit. Dedi eadem.

15. Heri menfes fluere inceperunt, et fumma illa tenfio abdominis euanuit, nunc bene fe habet. Iuffi continuandas pil. ex galb. et fapon. ven. balf. Peruu.

## *Dyfuria et fuppuratio renis.*

Oct. 2. Annorum 30 per 3 menfes grauida fubito hac nocte in dyfuriam incidit moleftam, fine febre. Applicui fomentum fapon. aq. lactis decoct. Dedi alth. glycyrrh. his non iuuantibus circa meridiem clyfma, fed fine leuamine, dedi ol. amygd. vaporem aq. tepidae, vefperi febricitabat, dixit pudendum tumere, dolere inprimis circa orificium vrinarium. V. S. et dedi eadem

3. Tumor adhuc in parte, non dormiuit, aluum depofuit, leuamen a vapore aq. parum vrinae dimittit, fed dum clauditur vefica, dolet acerbe. Dedi eadem fine ol. amygd.

4. Vrina fana, cum minori dimittitur dolore. Dedi eadem, vefperi cum tenfio et dolor adhuc adeffent in parte, applicui cataplafma emolliens admodum.

5. Dormiuit parum hac nocte cum leuamine, vrina fana eft, fed guttatim dimittitur; idem iuffi cataplafma, et dedi decoct. rad. alth. cum aq. et lacte.

Oct.

Oct. 6. Nox incommoda fuit, mollitur illud durum pudendi, sed dolor plus dispergitur per abdomen quasi. Dedi, cum aluus stricta esset, pulp. cass. ℥j. mann. ℥ß.

7. Heri vesperi dederam leue diacodiat. et de die bis aluum deposuit, dein vesperi adhuc semel cum magno leuamine, dolore quasi ex lumbis descendente, nox modica, tamen vix potest decumbere, et continuo sedere cogitur, vrina, dum aquae vapori insidet, frigida quasi sensim dilabitur, febris nulla, vrina sanae similis. Dedi infus. ex semin. calidis, diuret. cum glycyrrh.

Vesperi dolor subito summus in ileo dextro et lumborum in ani parte circa renem quasi, febris nulla, tensionem sentit in toto abdomine, dolor per interualla redit, tamen semper manet sensus quasi mordicationis cuiusdam, iussi iniiciendum clysma emolliens. Dedi ol. amygd. cum vitell. oui forma mixt. superbibendo magnum emolliens decoctum. Lumbis applicuerunt fila linea in cereuisia cocta.

8. Clysma nil eduxit fecum, leuamen tamen doloris inde habuit, et dormiuit placidissime hac nocte, et semel magnam copiam vrinae simul dimisit, vrina sanae similis, habens aliquam particulam glutinosam quasi. Dedi eadem.

9. Vrina aliquid sabulosi habuit heri vesperi, dormiuit bene, febris nulla, dolent lumbi adhuc valide, aluus stricta. Dedi mann. syr. cichor. cum rheo, aq. foenic.

10. Vrina nunc facile, nunc difficilius dimittitur, nox modica, tamen bis vel ter debuit surgere, et in-

 sidere

ſidere aquae tepidae, et tunc vrinam dimittit, aluum ſemel depoſuit. Dedi ſimilia.

Oct. 11. Aluum depoſuit cum ſummo leuamine, vrinam adhuc difficulter dimittit, lumbi iam non dolent amplius, ſed ſupra pubem tenſionem, et dolorem ſentit.

12. Vrinam dimittit, dum aquae inſidet, aliter non, dolent lumbi maxime, aluus ſtricta, febris nulla, appetitus vix vllus, ſitis magna. Dedi mann. ℥ jß. cum ſale polychr.

13. Vrina ſana, heri veſperi dolores maxime deprimentes ſenſit, diacod. dato ſedatos, febris nulla, dormiuit bene, vrina commodior, lingua obſita, ſitis magna. Dedi rob ribeſ. ſyr. citri, aq. meliſſ. cort. citr. aurant. etc.

14. Hac nocte habuit dolorem multum vt heri, vrina commodior. Dedi op. gr. ij. 4 doſibus diuiſa.

15. Heri ſe inde optime habuit, et incredibilem copiam vrinae ſummo cum leuamine profudit, vomuit ſemel, ſed de nocte ceſſante vi opii, omnia fuerunt eadem. Dedi eoſdem pulueres quatuor.

16. Non poteſt ſedere vel decumbere, vrinam copioſam depoſuit, circa os ſacrum, et vltimas lumborum vertebras dolores continuos, quaſi rodentes habuit, dormituriuit quidem, ſed non dormiuit, muliebria detumuerunt, vrina fluit libere, aluus ſtricta. Dedi mann. ſal. polychr. aq. petroſel. iuſſi fricari lumbos.

17. Non aſſumſit medicamentum, leuamen a frictione, vrina bene fluit. Dedi infuſ. ſem. calid. febris nulla.

Oct.

Oct. 18. Vt heri, ſed vrina pallida eſt; empl. applicui labdani.

19. Vrina decolor, leuamen ab emplaſtro, febris nulla, vrina iterum ſtrangurioſa eſt, non poteſt de nocte diutius quam per $1\frac{1}{2}$ hor. decumbere, tunc debet ſurgere. Dedi terebinth. cum rheo et croco forma pil.

21. Melius ſe habet, heri ſemel aluum depoſuit cum leuamine, liberius vrinam dimittit, ſitit, lingua obſita, in abdomine dolorem percipit. Dedi mixt. ex ſale polychr. aq. foenic. ſyr. fumar.

22. Vrina ſatis libere fluit, tamen aliquid albicantis, pituitoſi, flocculenti, ineſt. Dedi infuſ. ſem. calid. diuret.

24. Vrina vt ante, dolet dorſum circa renes. Dedi pil. ex rheo, croco, tereb. ſuperbibendo tale infuſum.

26. Omnia fere ſimilia, ſed parum meliora. Dedi eadem.

28. Vrina parum coloratior cum floccis vt 22. Sed commodius prodit, immo de nocte ſaepe vix continere poteſt. Dedi eadem, cum inde leuamen ſentit.

31. Magnam copiam glutinis cum vrina deponit cum leuamine. Dedi eadem.

Nou. 4. Dolor minuitur, tamen circa os ſacrum adhuc dolorem ſentit, aluus reſpondet, ſitis magna, appetitus fere nullus, vrina ſedimentum album glutinoſum, purulentum forte habet, febris nulla. Dedi easdem pilulas, ſuperbibendo infuſ. hederae terreſtris, virgae aureae, etc.

Nou. 11. Vt ante, ſimile ſedimentum, dolor adhuc circa renem ſiniſtrum. Dedi eaſdem pil. ſuperbibendo infuſum forte glycyrrh. quia alia faſtidiebat.

16. Die 14 longe maiorem dolorem ſenſit, et exiit, parum inde fatigata, heri et hodie parum pus album, laeue, aequale minxit, febricula leuis, dolor circa renem ſiniſtrum iam abeſt. Dedi decoct. ſcabioſae, 5 rad. cum ſem. dauci Cret. glycyrrh.

18. Non aſſumſit medicamentum omnia euomens, vrina purulenta, febricula. Dedi idem, et empl. ex theriac. maſtiche, ol. menth. cinnamomi.

19. Non vomit iam, ſed vrina valde purulenta eſt.

21. Emaciatur, pus minuitur copia in vrina. Dedi pilul. ex glycyrrh. ſucco myrrh. tereb. etc.

23. Puſtulae circa os et labia, pus adhuc in vrina. Dedi eadem.

26. Pus minuitur copia, ſed craſſius eſt. Dedi eadem.

Dec. 1. Vt 26 Nou. Dedi eadem.

5. Pus minuitur parum. Dedi eadem.

9. Abortum 5 menſium mortuum enixa eſt.

31. Incepit iam ante 14 dies tuſſire, et metuo puris metaſtaſim ad pulmonem, vrina adhuc purulenta eſt, ſed vix aſſumit medicamentum. Dedi pilulas ex myrrha, olibano, ſucco glycyrrh. terebinth. ſuperbibendo decoct. ex agrimon. beton. etc.

Ian. 22. Omnia eadem. Perrexi in iiſdem.

30. Emaciatur, tuſſit ſputa copioſa, dolor circa lumborum dextram partem, vrina ſedimentum lateritium

tium habet. Dedi decoct. 5 rad. fl. hyperici, cum ſem. foenic.

Febr. 1. Omnia eadem, dedi mixt. ex tinct. myrrhae, ℥ i ß. aq. foenic. ſyr. hyſſop. ſuperbibendo ℥ j. lactis cum ſalu. infuſi.

3. Omnia eadem. Perrexi in iiſdem.

8. Omnia eadem. Perrexi in iiſdem.

12. Dedi idem, ſuperbibendo decoct. alth.

15. Vt ante.

20. Vt ante.

27. Omnia eadem. Dedi ſimilia.

Mart. 1. Incidit in diarrhoeam maxime debilitantem. Dedi mixt. ex laud. pur. gr. ij. catechu, ſp. matrical. etc.

2. Diarrhoea ceſſauit inde, conſultus Cl. Boerh. in periculo aegram verſari dixit, et dedit ℞. ol. amygd. ℥ i ß. ſyr. diacod. dr. x. viteli. oui dr. ij. m. omni hora ſuperbibendo infuſ. glycyrrh. cum lacte ℥ j.

5. Cl. Boerh. conſultus dedit emulſ. ex ℥ j. amygd. dulc. et amar. cum aq. hord. tinct. cinnamomi, ſyr. diacod. et cum glycyrrhizam faſtidiret, iuſſit ſacharum candum fuſcum, cum aq. et lacte.

9. Conſultus Cl. Boerh. iudicauit, vt erat, eſſe vomicam pulmonum, tentandum eſſe, ſi vitae vis adiuta his remediis efflare poſſet hoc corruptum, in hunc finem dedit decoct. 5 rad. cum glycyrrh. et ſem. 4 calidis maioribus infuſis.

10. 11. Perrexit, tamen illico faſtidiens, vix magnam copiam ſumſit.

Mart. 12. Febris illa durat, aluus laxa aliquando, dedit Cl. Boerh. emulſ. ex amygd. dulc. amar. auena excort. diacod. ſputa vt ante.

13. 14. Febris eadem, ſputa vt ante.

15. Aliquid in faucibus moleſti ſentit, ſputa copioſa, vires minuuntur. Iuſſit Cl. Boerh. hoc. ℞. fl. alth. pug. ij. fol. alth. m j. rad. alth. ℥ ß. decoque per horam, in ſ. q. aq. communis, colat. ℔ iij. add. ſyr. diacod. ℥ ij.

17. Inde aluus incepit fluere, iuſſit abſtinendum ab hoc potu, et dedit pil. ex olibano, maſtiche, tereb. ſuperbibendo mixt. ex ſp. meliſſ. aq. meliſſ. tinct. ſuccin. ſyr. diacod. ſpem nullam ſupereſſe dixit Cl. B.

21. In his perrexit hucuſque.

April. 8. Senſim tabe confecta periit hodie mane.

## *Peripneumonia ſuppurata.*

Oct. $\frac{26}{2}$. Annorum 20 iuuenis boni habitus, die 24 velociſſime currens, vt literas traderet debito tempore, incepit circa pectus magnum dolorem ſentire, et poſtea febricitare, vt dixit, fere continuo. Inueni hodie mane pulſum debilem, non multum febrilem, magna eſt debilitas, et dolor omnium artuum, vrina coloratior ſana, dolor capitis modicus. Dedi decoct. gram. bard. ſcorzoner. tamarind. cum ſyr. violar.

$\frac{27}{3}$. Vrina craſſam nubem habet, pulſus debilis, parum celerior, lingua ſicca valde, et ad latera alba, reſpiratio impedita, color genarum ſubliuidus, nox inquietiſſima, hinc inde delirium intercurrit, nunc bene reſpondet ad omnia, dolorem circa cordis regionem, et

inter

inter scapulas sentit, pulmonem immeabili sanguine repletum iudicans. Dedi mixt. ex ℥ß. nitr. syr. 5 rad. ℥iij. aq. melisſ. ℥vij. superbibendo decoct. ex 5 rad. aper. et sapon. cum lacte et aq. imposui pectori.

Vesperi: haemorrhagiam narium habuit modicam 2 vel 3 vnciarum, inquietudo, pulsus vt ante, calent extrema. Dedi eadem.

$\frac{28}{4}$. Nox quieta fuit, bene dormiuit, sed mane circa $\frac{1}{2}$ sextae incepit molestius se habere, extrema calent, manus madent aequabiliter, pulsus vt ante, dolorem versus ileum dextrum sensit productum, nunc cessantem post applicatum fomentum calidum, respiratio adhuc impedita, sputa nulla, lingua adhuc in medio sicca quidem, sed parum mollior. Dedi similia, aluus stricta.

Circa meridiem dolorem summum circa os sacrum sensit; applicui empl. de labdano.

Sputa quaedam sanguinea, pulsus paruus, respiratio parua, sublimis, facies rubet, dolor ille parum minor circa os sacrum, aluus stricta, lingua sicca, iussi clysma applicari ex melle, aceto, nitro, aq. fl. samb. et dedi decoct. aper. ex bard. ficubus, superbibendum simili mixturae.

$\frac{29}{5}$. Vrina turbida, non subsidens, sputa sanguinea, meraca, vt dicunt, pulsus paruus, debilis, lingua nigra, clysma non multum eduxit secum, respiratio breuis, sed extrema tamen calent. Dedi idem decoctum, superbibendo linctui ex ol. amygd. vitello oui, bals. Peruu. etc.

Vesperi se habuit eodem fere modo. Dedi idem decoct. vrina nubem habet crassam.

Oct. $\frac{30}{6}$. Haemorrhagia valida fuit narium hac nocte cum magno leuamine, respiratio melior, pulsus parum melior, plenior, anxietas minor, dicunt, vrinam subsedisse. Dedi decoct. gram. bard. scorzoner. cum agrim. bet. fol. et lign. ʒ santalis.

Videtur quarta die vrina nubeculam habuisse, et stillas paucas sanguineas septima die crisis secundum Hippocratem.

Vesperi sputa quaedam sanguinea, meraca erant, sed credo esse a sanguine in naribus concreto, pulsus parum melior, totum corpus dolet, respiratio adhuc impedita, vrina modice colorata, cum nubecula incipiente formari, sed non diu steterat vrina, lingua sicca, pectus minus dolet, tussis adhuc aliqua. Dedi decoct. ficuum cum glycyrrh. rad. foenic. etc.

$\frac{31}{7}$. Bene dormiuit, aluum semel duram figuratam deposuit magna copia, cum leuamine, vrina turbatur, nondum penitus subsedit, respiratio melior, sputa pauca, pulsus non febrilis et melior, lingua humidior. Dedi idem decoct. ac heri vesperi.

Vesperi: vrina turbata adhuc perstat, non subsidens, pulsus melior, circa pectus dolor, et tussis adhuc aliqua, sputa adhuc tenacia, nondum cocta, non potest decumbere, nisi in dorso. Dedi emuls. cum paucis gtt. bals. Peruu.

Nou. $\frac{1}{8}$. Vrina coloratior sana, cum nube conglobata, crassa, lingua iam humidior, et respiratio melior, tamen adhuc breuior, pulsus melior, non dormiuit multum, sputa fere nulla, vnc. ß. sanguinis de mane dextra nare,

nare, ante ex nare ſiniſtra. Dedi nitr. antimon. cum ſyr. 5 rad. ſuperbibendo caſſam mellitam.

Veſperi ſe habebat eodem fere modo. Dedi eadem.

Nou. $\frac{2}{9}$. Nox modica, vrina craſſa, turbida, ſputa nulla, pulſus bonus, maior vtcunque in pectore anxietas, reſpiratio breuior parum, tuſſicula ſicca. Dedi decoct. rad. alth. fol. malu. etc. cum glycyrrh. dulcamar. ſem. foenic.

$\frac{3}{10}$. Vrina ſubſedit craſſo, carneo ſedimento vtcunque tenaci, apyrexia, lingua adhuc ſicca, fuſca, et in pulmonibus adhuc impedimentum ſenſit, ſputa quaedam tenacia, heri aluum depoſuit, de nocte bene dormiuit. Dedi eadem.

$\frac{4}{11}$. Vrina ſubſedit vt heri, aluum depoſuit fuſcam, liquidam, foetidam, cum torminibus, nox incommoda, appetitus modicus, pulſus bonus, lingua ſicca, faſtidivit hoc medicamentum. Dedi decoct. ſimile, ſed ſine ſtipit. dulcamarae.

$\frac{5}{12}$. Vrina vt ante, non dormiuit multum hac nocte, tuſſit, ſed nil educit, lingua adhuc ſicca, non poteſt decumbere in latus, ſed debet dorſo incumbere, pulſus non ita febrilis, nullas ſentit horripilationes. Dedi mixt. ex ol. amygd. balſ. Peruu. vitello oui, melle etc. ſuperbibendo decoct. auenae cum aq. et lacte.

$\frac{6}{13}$. Vrina ſubſedit, vt ante, pulſus paruus, debilis, lingua ſicca adhuc, ſcabra, de nocte magna anxietas fuerat. Dedi pil. ex myrrh. opopan. et terebinth. cum decoct. ex rad. bard. glycyrrh. hyſſopo.

$\frac{7}{14}$. Omnia eadem. Dedi idem medicam.

Nou. $\frac{8}{15}$. Heri vefperi magnam habuit in abdomine anxietatem, fic et hodie mane, tunc aluum duram depofuit, cum magno leuamine, pulfus non febrilis, in pectore illud moleftum adhuc eft, et in latere aliquis dolor. Dedi decoct. emoll. cum femin. foenic. et melle.

$\frac{9}{16}$. Vrina parum coloratior, pulfus debilis, non dormiuit de nocte, anxietas magna, dolet fub axilla ad attactum finiftrum pectus; applicui tenax empl. et dedi pil. fimiles ac die 6 fuperbibendo infuf. hederae terreftr. cum aq. melle, hyffopo; metuo vomicam pulmonis.

$\frac{11}{18}$. Dolor idem. Dedi eadem, fed aluum faepe depofuerat fine leuamine.

$\frac{14}{21}$. Omnia eadem. Dedi tinct. myrrhae, croci, aq. foenic. fyr. diacod. aluum faepe depofuerat.

$\frac{16}{23}$. Anxietas maior. Dedi decoct. fcabiofae, 5 rad. fem. 4 calid. maiora cum melle, fputa nulla, vrina craffa, fedimentofa, dum fedet, abdomen dolet peffime circa vmbilicum, aluus ftricta.

$\frac{18}{25}$ Decubitus in dorfum fere folus poffibilis, tamen de lecto aliquando exit, lingua ficca, dormiuit melius, aluus ftricta, et inde abdomen dolet, fputa nulla, fudavit hefterna nocte, vrina coloratior fana. Dedi fcabiof. agrimon. beton.

$\frac{21}{28}$. Parum melius dormiuit, omnia eadem, emplaftrum acre lateri applicui. Dedi eadem.

$\frac{26}{33}$. Heri vefperi fubito incepit magna cum facilitate, et copia magna fputa educere purulenta, pulfus debilis, febrilis, ingens leuamen. Dedi terebinth. vitello oui

fub-

ſubactam, cum melle et pulu. myrrhae, ſuperbibendo infuſ. hed. terreſtr. hyſſopi cum aq. et lacte.

Nou. $\frac{28}{35}$. Sputa copioſa vt ante purulenta, dolor circa mammam dextram ad attactum auctus, et plus quaſi extenduntur in illo latere coſtae. Dedi decoct. bard. gramin. ſcorzon. ſarſaparill. cum agrim. beton. rad. foenic. glycyrrhizae.

$\frac{30}{37}$. Sputa copioſa purulenta alba, appetitus inſurgit. Dolor in latere minuitur. Iuſſi pergere.

Dec. 2. Sputa augentur copia, alba, purulenta, appetitus melior. Dedi eadem.

$\frac{5}{42}$. Ingens adhuc copia ſputi purulenti, dolor et tumor circa dextram mammam, applicui cataplaſma, et dedi infuſ. agrim. beton. etc.

$\frac{7}{44}$. Diarrhoea olidiſſima, ſputa copioſa. Dolor minor lateris. Dedi mixt. ex lap. 69, tinct. cinnamomi, ſyr. diacod. aq. meliſſ.

$\frac{9}{46}$. Augetur puris ſecretio, aluus adhuc liquida. Dedi eadem.

$\frac{11}{48}$. Omnia eadem fere. Perrexi.

31. Hucuſque ſputo conſumente tabeſcit. Dedi balſamica, detergentia, fortiſſima.

1734. Febr. 8. Nunc parum melius, nunc peius ſe habet. Pertaeſus a medicamentis, dudum abſtinuit, in dextro pectore externe ad attactum ſtrepitus percipitur, dum tuſſit diarrhoea adeſt, quam vt compeſcerem, dedi mixt. ex ſyr. diacod. lap. 69, tinct. cinnamomi, ſp. matric. laudan.

Febr.

Febr. 24. Vires augentur, ſputa minuuntur, ſed iterum diarrhoea corripuit, quam ſedaui ſimili mixt.

Mart. 25. Inueni iterum copioſum pus ſpuiſſe, dextrum latus eminet, et incuruatur inde quaſi corpus. Dedi decoct 5 rad. glycyrrh. ſem. 4 calid. maior.

Aug. 19. In medio ſterno tumor apparuit mollis, nucem moſcatam aequans, et exeſi oſſis ſterni foramine rotundo margines percipere digito potuit, haeſit per aliquot dies, dein ruptus ſponte ingentem copiam puris boni emiſit.

1735. Fiſtuloſum tale vlcus gerit adhuc, magna copia puris euacuatur, ſic, vt Cl. B. metuat inde conſumtionem totius corporis. Dedit ipſi aquam quamdam iniiciendam per chirurgum, qua dixit ſe ſanaſſe fiſtulas. Conualuit quidem, ſed poſt 8 annos adhuc fiſtuloſum manſit vlcus, apertum.

## *Variolae.*

Dec. 8. Annorum 20, narium haemorrhagiis ſaepe obnoxius erat, hinc pallidus, et debilior parum, nunquam ante variolis laborauerat, in domo, vbi habitabat, variolae mites vnum occupauerant, quem non adierat tamen, incepit die 6 languere, leuiter febricitare, ſed nullum dolorem circa ſcrobiculum cordis ſenſerat, dolent lumbi, et caput parum; iuſſi balnea pedum, victum ex cerealibus heri, calorem modicum cubiculi. Heri dedi decoct. rad. gramin. ſcorzoner. bard. cum nitro, antimon.

Hodie

Hodie febris modica, parum auctior; iussi balnea pedum. Et dedi pulu. ex nitr. stib. lap. 69. et cinab. nat. gr. v.

Vesperi sensit molestiam quamdam in mingendo, febris aeque ac ante, lingua alba, dolet caput, nihil appetit, languet, non dormiuit. Dedi emuls. cum nitr. et syr. diacod.

Dec. 9. Dormiuit parum, tormina sentit ventris, aluus stricta, febris minor, vrina rubra, flammea, nil fere video in facie. Iussi clysma applicari ex oxym. nitr. aq. samb. et dedi decoct. ex auen. rad. gram. bard. scorzon. cum nitr. stib.

Vesperi vrinae difficultas, haemorrhagia narium, vomitus, febris parua, pustulae hinc inde. Clysma feces duxit, vomuit.

10. Non dormiuit, pustulae augentur numero, haemorrhagia narium hac nocte, leuis nausea, vrinae difficultas minuitur. Balnea pedum iussi, et decoct. rad. bard. gram. acetos. etc.

Circa meridiem ingens narium haemorrhagia, tunc subsidere videbantur variolae, pulsus non multum febrilis. Dedi mixt. ex sp. sulph. per camp. diamor. Nicolai etc.

Vesperi se optime habebat, hilaris, pulsu pleniore.

11. Dormiuit bene, paucae stillae sanguinis de naribus, apyrexia, illud molestum in vrina adest. Dedi eadem.

Bene se habebat vesperi. Dedi leue diacodiat. vnc. ß. diacod.

Dor-

Dormiuit bene, ſed cum laſſitudine, euigilat, pulſus languidus, vix febrilis, variolae vix multum tument, et languent quaſi, deglutitio adhuc moleſta. Dedi emulſ. gratiſſimum cum tinct. ſuccini.

Dec. 13. Nox commoda fuiſſet, niſi ſputatio adeſſet, febris nulla, variola tarſum dextrae palpebrae occupat. Dedi idem.

14. Non dormiuit, ſanguis de naribus ſtillauit hac nocte, vnguibus lacerauit plurimas in facie, ſed vix ſuppurantur. Dedi mixt. cum tinct. contraieru.

Veſperi ſanguinem fudit de naribus, non ſuppurantur multum, languet. Dedi diacod. cardiacum.

15. Non dormiuit, facies magis tumet, et inflammatur. Dedi decoct. rad. ſcorzoner. gram. etc. cum ſucco citri, rub. id. etc.

Veſperi dedi leue diacod.

16. Nox modica fuit, ſed leuis haemorrhagia, languet, pallent omnia. Dedi ius carnium, vinum, et cardiacum cum tinct. ſuccini.

Veſperi melius ſe habet. Dedi diacod.

17. Nox modica, pallet, pulſus et reſpiratio bona. Dedi eadem cardiaca, et ius carnium, vix multum ſuppurantur, niſi in manibus, in facie lacerauit vnguibus fere omnes. Dedi leue diacod.

18. Dormiuit bene, pulſus, reſpiratio bona. Perrexi in iiſdem.

19. Omnia eadem. Dedi ſimilia.

*Angina.*

*Angina.*

Dec. $\frac{15}{3}$ Mulier 43 annorum cacochymica die 12 vefperi exeuns aliquid molefti fenfit in faucibus; dolor die 13 mane maior erat, vefperi acerbiffimus cum pulfu pleno, celeri, V. S. ℥ x. Dedi purgans phlogift. catapl. balnea pedum, fanguis erat pauco rubro conftans, fed ingentem copiam pituitae viridefcentis, gelatinofae habebat concrefcentis, loco feri, et in rubra parte erat phlogifticus.

Vefperi die 14 ftrepitus in pectore, venam fecui ad ℥ vj. et dedi decoct. emolliens nitrofum; faepe purgata erat, hodie mane fe melius habebat, fanguis iam fano fimilis, ferum fluidum, non concretum, vrina craffa, turbida, lingua nigricat, fed humida.

Vefperi febris fortior, tamen nunc bene deglutit, dicit, fe fputa cum ftriis fanguineis excreuiffe; vidi vnum fputum craffum, flauum, coctum, ter aluum olidiffimam depofuit, lingua adhuc fufca, fed modice humida, ftertor in pectoris parte fuperiore. Dedi largum decoctum pectorale nitrofum.

$\frac{16}{4}$. Nox modica fuerat, febris mitior, lingua fufca, fed humida, ftertor minor. Dedi idem decoctum.

Vefperi: febris fortior, refpiratio bona, lingua albicat, vrina fubturbida cum craffa nubecula. Dedi fimilia, et balnea pedum.

$\frac{17}{5}$. Febris valida admodum, refpiratio ftertorofa, delirium, leues conuulfiones, mortem praedixi. Periit hora quinta, materia, vt videtur, per metaftafin in cerebrum rapta.

---

